المنتخب من تاريخ حلب

SELECTA

EX HISTORIA HALEBI.

المنتخب من تاريخ حلب

SELECTA
EX HISTORIA HALEBI


[ville de Syrie]

E CODICE ARABICO

BIBLIOTHECÆ REGIÆ PARISIENSIS

EDIDIT, LATINE VERTIT ET ADNOTATIONIBUS ILLUSTRAVIT

G. W. FREYTAG, Dr. Ph.



LUTETIÆ PARISIORUM,
E TYPOGRAPHIA REGIA.
1819.

PRÆFATIO.

Multæ quidem magnæque utilitates sunt, quibus linguæ Arabicæ cognitio litteris hominibusque prodesse potest; nulla vero major, nulla dignior, in quam omnes conferantur curæ, utilitate est, quam historiæ adfert: historia enim quum sit optima hominis magistra, quæ reges subditosque, rerum causis et eventibus, meliorem agendi rationem doceat, in præteritis futura ante oculos ponat, ut in rebus secundis non nimium sperent, in rebus adversis non nimium timeant, hac in re multum abest, ut, quam Orientalem appellamus, historiæ pars, Occidentis historiæ cedat, ut potius, et quum, variam illorum populorum agendi rationem depingens, novo modo nos edoceat, et quum, plures temporum varietates et fortunæ celeriores vicissitudines describens, lectorem magis delectet, nec non, quæ ad beatam vitam gerendam scitu necessaria sint, clarius nobis exponat, palmam ferre videatur. Quis autem est, qui, plurium virorum doctissimorum magna de his litteris merita ignorans, grato erga eos animo affectus non sit, quorum studio et labore, editis scriptoribus Arabicis, hujus scientiæ initia ex tenebris in lucem prolata sint? Quod si vero Orientis historiam, vel majorem ejus partem, quæ, vera in rebus enarrandis, clara in causis eventibusque rerum explicandis, quoad ejus fieri possit, omnes majoris momenti res

gestas contineat, ut pauca solummodo desideranda sint, nondum emissam esse, contendere non dubitaverim, neminem id ægre laturum esse confido; quippe qui nil auctoribus vitio ducam, omnia rei tribuam. Fontium, ex quibus res hauriendæ sunt, infinita multitudo existit; pauci puram effundunt veritatem, multi rebus dubiis fabulisque anilibus turbantur; difficilis est accessus. Quid quod codices in variis bibliothecis dissipati sint, et plures ad rerum majorem cognitionem necessarii in iis desiderentur, ut taceam impedimenta ex linguæ difficultate, rerum obscuritate, aliisque causis oriunda? Pauci præterea sunt, quibus his studiis operam dare fortuna concessit; et brevis mortalium vita est, ut unius labor tanto operi non sufficere videatur. Nihilominus tamen de re desperandum non esse videtur; tota enim res, quæ ab uno ad finem perduci non potest, in partibus faciliorem se præbet, et, partibus singulis a pluribus absolutis, ut Orientis historia componatur, fieri potest.

Quum anno 1815, ex bello a patria ob libertatem conservandam gesto, redeunti mihi contingeret, ut ob virorum perillustrium, Baronum Silv. de Sacy et Alex. de Humboldt, quos honoris causa nomino, in me benevolum animum, a litterarum in Borussia præsidibus SS., et patriæ caræ ornamento et columna Principe de Hardenberg, quem Sahdius, poëta Persarum, si nostri temporis testis fuisset, hoc, in Bostano suo occurrente, imo meliore laudasset versu:

نه ذکر جمیلش نهان میرود
که صیت کرم در جهان میرود

Memoria ejus pulchra non occultabitur,
Quum generositatis fama in mundum manet.

tempus annuum, Lutetiæ Parisiorum litteris Orientalibus dicandum, concederetur, tum iterum iterumque prorogaretur, quid, maximorum beneficiorum haud immemor, potius in animum inducere poteram, quam ut, opere quodam historico suscepto, Orientis historiæ utilitatibus servirem, et, quod in animo flagraret, gratiarum desiderium palam profiteri conarer? In tantis quidem apud me collocatis beneficiis, satis dignas gratias me relaturum esse, bonam de me spem non habens, hos poëtæ citati versus recitare non dubito:

نه نازم بسرمایه وفضل خویش
بدریوزه آورده ام دست پیش
شنیدم که در روز امید وبیم
بدانرا بنیکان ببخشد کریم

Non glorior opum fundum neque merita mea,
Mendicus solummodo manum protendi;
Audivi tamen, die spei timorisque
Deum malis cum bonis veniam daturum esse.

His vero sublevatus verbis, quas vobis offero, viri de me optime meriti, studiorum primitias, pro vestra singulari humanitate, benevolo excipiatis animo! Utinam aliquando vobis gratiam referre possim! Habebo quidem semper; meumque erit, quod, si Deus optimus maximus me adjuvabit, novis qualibuscunque argumentis, nunquam fore, ut illa vobis debita gratia possit persolvi, probare.

Halebi Historiæ pars, ab anno decimo sexto Hedjiræ

usque ad annum trecentesimum trigesimum sextum, consilio nostro magis convenire videbatur, quum quod rerum Islamismi primordia, quo remotiora sunt a nostris temporibus, eo majori egent luce, tum quod auctor, qui talem historiam composuit, ante alios, ut edatur, merere videtur. Codex qui, in Bibliotheca regia, numero 728 designatus, Halebi, oppidi Syriæ, historiam continet, viris, qui litteris Orientalibus et præcipue Orientis historiæ operam navant, omnino non ignotus est. Dom. Berthereau, monachus Benedictinus congregationis S. Mauri, qui, natus quarto ante kalendas Junii anni 1731, septimo ante kalendas Junii 1794 diem obiit, ut inter historicos qui res Franco-Gallorum scripserunt, a monachis hujus congregationis sub Regis auspiciis collectos, locum haberent, ex codice nostro plura, quæ anno 488 incipiunt et anno 640 finiunt, latine verterat. Vir perillustris Silv. de Sacy, qui a viro nominato manuscripta relicta in libello *Notice des manuscrits de D. Berthereau* indicat, in pagina 13, 8, hanc de codice nostro sententiam fert : *C'est ici une des meilleures histoires particulières composées par les Musulmans ; et nous ne craignons pas d'assurer que, parmi les historiens Orientaux, Kemaleddin est un de ceux dont l'ouvrage mériterait le mieux de voir le jour:* Idem vir plura ex codice nostro, in linguam suam versa, cum viro clarissimo, de historia optime merito, Wilkenio, communicaverat, quorum usu egregio hic adjutus, secundum Historiæ expeditionis Christianorum sacræ volumen composuit, eaque, in hoc componendo, permultum utilitatis ipsi attulisse, professus est. Nonnullis de auctoris familia præmissis, hanc de auctore sententiam dicit : *Dies ist freylich Alles, was wir von seinem Leben und seinen Verhæltnissen wissen ; es ist aber*

schon hinreichend um seinen Nachrichten, abgesehen von den innern Merckmahlen seiner Treflichkeit, ihren bedeutenden Werth zu sichern, denn Kemaleddin, als aus einer angesehenen aleppischen Familie und Abkœmmling zweyer Mænner, welche an der Vertheidigung von Haleb gegen die Franken in einer harten Belagerung Antheil nahmen, konnte über die Verhæltnisse seiner Vaterstadt in jenen Zeiten sehr wohl unterrichtet seyn. Darum sind seine Nachrichten nicht, wie die Erzæhlungen der gedrukten Arabischen Chroniken, aus andern Büchern blos mechanisch abgeschrieben, sondern von ihm selbst in unbestreitbarer Eigenthümlichkeit der Sprache und des Ausdrucks dargestellt. Seine Erzæhlung ist nicht trocken und farbelos; sondern lebendig und klar, erheitert durch charakteristische Züge von Sitten und Meinungen, dabey so treu, dass ihre Uebereinstimmung mit den christlichen Berichten sehr oft überrascht. (Vide Wilkens *Geschichte der Kreuzzüge*, 2.ter Band, Leipzig, 1813; Vorrede, p. viij und ix.) Vir clar. M. Michaud, quum codex noster ipsi, in componendo libro cui titulus est *Histoire des Croisades*, magno ex usu esset, illi laudem suam tribuit.

Hic quoque liber, jam a primo, quo in hac urbe versati sumus, tempore, a præceptore nostro commendatus, nos multum occupavit, totus a nobis transcriptus est. Talium vero virorum sententiis munitus, quid est, quod contra eos qui Halebi unius oppidi historiam non tanti momenti esse, ut in ea vel tota vel ad partem edenda, studium laboremque collocare operæ pretium sit, contendere velint, me defendam? Id solummodo observandum mihi videtur, me ab Halebo expugnato incepisse, quum ob causam jam adductam, quod rerum Islamiticarum primordium majori luce egere videatur, tum quod, si Deus conatum

A..

meum adjuvabit, fore, ut ex altera libri parte historiæ utilitatem, qualiscunque sit, parem, spem concepi; et si libri partem, quæ temporis serioris descriptionem contineret, edendam curavissem, posthac, aut illa in quibus sine dubio plures res utiles leguntur, omittenda essent, aut mihi ad libri initium redeundum foret. Primum quidem, folii lacuna, quæ inter folium octavum et nonum est, ab edenda hac parte me absterruit; sed quum ex altero hujus operis codice hanc lacunam compleri posse putarem, et si hæc spes me falleret, hoc temporis spatium ex alio codice addere animo haberem, ad opus me adcinxi. Re ipsa occupatus qui catalogum codicum Orientalium viri illustr. Rousseau, quos ante aliquod tempus emit Russorum Imperator clementissimus, sub cujus auspiciis litteræ Orientales florent, perlegerem, alter hujus operis codex in oculos occurrit. Codices tum temporis Massiliæ erant. Juvenis in litteris Orientalibus versatissimus, mihi amicissimus, Reinaud, in illud oppidum iter facturus, se partem desideratam ex illo codice descripturum esse, promisit; et, litteris præceptoris fautorisque nostri benignissimi commendatus, promissis stare potuit; sed, proh! idem locus ibi in media pagina desideratus est. Paucis hic loci observare nobis liceat, illum codicem, ut vir nominatus in catalogo contendit, autographi exemplum non esse videri. Autographum lacunam non habuit; in codice enim nostro, autographi exemplo (de quo vide infra), lacuna toto folio desiderato indicatur, ita ut, quod, si in autographo eadem fuerit, toto folio deficiente, non potius in media pagina ea conspiciatur, mirum videatur. Numerus quoque foliorum, fine codicis adscriptus, nullum in nostro folium desideratum esse, indicat. Quum vero lacuna, in codice

altero, in media pagina sit, cur non potius ille codex a nostro exemplum esse videtur? nam si scriba, quæ in fine codicis nostri leguntur verba, suo addiderit, quominus vir clar. codicem suum autographi exemplum esse pro certo affirmaret, quid obstitit? Hanc nostram opinionem, argumentis criticis, si alterum codicem inspicere nobis licuerit, fortasse probare possemus. Spe frustrato mihi, ex alio codice, illius temporis res desideratas supplere in animo erat: sed, quum plures hunc in finem perquisivissem, nullus vero rei aptus videretur, paucis in nostro deficientibus, plura et ea utilia prorsus omittere, nullo modo licitum putavi.

Paucis his, cui usui viris doctis hic codex noster fuerit, et quænam de eo sententiæ prolatæ sint, præmissis, jam restat, ut I de codice, II de fine quem in componendo libello nobis proposuerimus, et de modo quo rem tractaverimus, nonnulla addamus. Placet igitur agere, 1) de codicis titulo, 2) de rebus quas contineat, 3) de modo quo compositus sit, 4) de fontibus ex quibus res hauserit auctor, 5) de auctore ipso, 6) de forma codicis exteriore, 7) de fide rebus narratis habenda.

1) Titulus libri est : زبدة الحلب من تاريخ حلب, « Cremor lactis ex Historia Halebi. » Auctor, in præfatione libri, causam, qua adductus librum hoc modo inscripserit, adducit. Auctoris sunt verba : ورسمته بزبدة الحلب من تاريخ حلب لانه منتزع من تاريخى الكبير للشهبا المرتب على الحروف والاسما, « Et eum (librum) inscripsi, *Cremor lactis ex Halebi Historia*, quoniam ex Historia Halebi magna, quam, litterarum et nominum ordinem sequens, composui, excerptus est. » A pluribus pro vocibus من تاريخ, scriptum invenimus فى تاريخ, ex. gr. in præfatione codicis inscripti در الحبب فى تاريخ حلب [Margarita granorum in Halebi His-

A...

toria]; cujus auctor Muhammedes ben-Ibrahim Ebn-Alhanbali Halebensis est, qui, ut Hadji-Chalifa dicit, anno 971 diem supremum obiit, in Ebn-Challecano, et in Hadji-Chalifa ; sed, quum in ipsa præfatione vox من distincte scripta legatur, nec non auctor, loco citato, verbis لانه منتزع من utatur, aliam lectionem pro errore habere non dubitamus.

Hic loci vero et Herbelotii mentio facienda est, qui, sub titulo *Haleb*, dicit : *Ohmar ben-Abdolaziz, surnommé* Ebn-al-Adim, *dit* al-Halebi, *à cause qu'il étoit natif d'Alep, a écrit l'histoire de son pays en dix volumes, sous le titre de* Boghiat al Haleb fi Tarikh al Haleb, *qui signifie* la crème du lait, *à cause que le mot* Halab *signifie en arabe du lait, que cet auteur prétendoit avoir écrémé.* In plures vir doct. errores hic loci inductus est. Delendus est articulus ante vocem *Haleb*, quem vox حلب, ut nomen oppidi usitata, non patitur. Cum articulo sensus esset *in historia lactis ;* quod vero vitium, quia voci *Haleb* significationem lactis tribuerit, ortum esse videtur. Tum discrimen, quod inter duo auctoris nostri opera exsistit, ignorasse videtur, ut rem quæ ad unum pertineret, alterius esse putaret ; denique, et nomen auctoris aliud est quam idem Herbelotius appellavit. De hac vero re, in paragrapho ubi de auctore agitur, plura addenda sunt. Herbelotius, sub voce *Adim, Cadim, Tarik-Halab, Zobdat fi Tarik-Halab*, libri mentionem fecit ; sed in omnibus locis vitiosa reperis. Reiskius clar., in adn. 428 ad Abulphedam, t. IV, p. 732, quædam de his adnotavit.

2) De rebus quas continet liber, in præfatione hæc verba leguntur : وعلقت فى هذه الاوراق ذكر من ملكها من الولاة وبعض من عثرت عليه من الوزرا والقضاة واضفت الى ذلك ذكر من بناها فى قديم الزمان ومعنى اسمها المختصة هى به من بين ساير البلدان

« In his foliis, præfectos qui in hoc oppido imperium » exercuerunt, et nonnullos ex judicibus et Wesiris, » quorum mentio mihi occurrit, retuli, quibus ejus » mentionem, a quo oppidum antiquissimis temporibus » conditum est, nominisque, illi præ omnibus oppidis » proprii, sensum adjunxi. » Quod si vero ex his codicem nil aliud quam Halebi historiam proprie dictam continere, aliquis judicium facere vellet, errori obnoxius, in falsam opinionem discederet; licet enim Halebi in hoc libro præcipua sit habita ratio, quum auctor res gestas majoris momenti memorare animo proposuerit, oppidum autem Halebum magno splendore potentiaque in Syria usum sit, non poterat non rerum in aliis Syriæ regionibus, imo extra Syriam gestarum, quo Syriæ et patriæ urbis status magis pateret, mentionem habere. Liber totus in tres partes dividi potest, *A*) præfationem, *B*) introductionem, *C*) historiam.

A) In præfatione, auctor, post brevem Dei et prophetæ laudem, *a*) causam, qua adductus librum composuerit, explicat his verbis : وبعد فان بعض من يتعين على امتثال امره ويجب على الانقياد الى موالاته وبره التمس منى تعليق ما وقع الى من ذكر امرا حلب وولاتها وملوكها ورعاتها « Illis præ» missis, quidam, cujus mandato satisfacere officium » mihi est, et cujus amicitia amoreque obligatum me » esse oportet, ut Emirorum, præfectorum, regum cus» todumque Halebi mentionem factam litteris manda» rem, me rogavit », et hujus satisfacturum desiderio opus se suscepisse dicit. *b*) Quæ liber contineat, describit; *c*) de causis, cur hunc titulum libro inscripserit, agit; *d*) fore, ut aliis hac in re præstet, spem se fovere, declarat; *e*) et fiduciam in Deo ponens, præfationi finem imponit.

B) Illi parti quæ folio secundo usque ad sextum conti-

netur, etsi auctor hanc libri partem introductionem non appellat, quum res in ea descriptæ introductioni propriæ sint, hoc nomen indere non vereor. Neglecto nonnunquam ordine, de quinque rebus agitur. *α*) De nomine Halebi. (Conf. de hoc nomine Golium ad Alferg., *p. 270 sqq.* Russel, in not. ad librum, *Natural History of Aleppo*, t. I, p. 348.) Nomen *Haleb* حلب a mulgendo originem traxit; hoc enim nomen, quum patriarcha Abrahamus pauperibus multa tribueret beneficia, colli datum in arcem transiit. Sunt quidam inter auctores, qui nomen a conditore ortum esse statuant; fuisse enim narrant tres fratres, *Bardaah*, *Haleb*, *Himz*, quorum quilibet oppidum condiderit. Ab Halebo ben-Almihr ben-Haiz ben-Almalic Amalecita oppidum Halebum nomen duxit. Græci oppidum Halebum *Barawwa* vel *Birua* appellabant. *β*) De conditoribus. Opiniones plures existere (conf. Abulphar. Hist. dyn. *p. 38*). 1] Conditorem fuisse, reperiri, qui contendant, Balucum a Græcis Sardanapalum appellatum, qui ab Adamo anno 3989 (annus est 3088) regnare cœperit (cum hac opinione inscriptionem Græcam in ponte ad portam Antiochenam consentire dicit); 2] Balikurum, Ninivæ regem, qui ab Adamo 3962 regnare cœperit; 3] secundum Christianorum historicorum relationem, oppidum a Ptolemæo Alasjab exstructum esse; 4] post tempus Baluci oppidum destructum duodecim annos post Alexandrum (312 ante Christ.), a Seleuco de integro conditum esse, affert; et temporis, quo oppida Kinnesrini et Antiochiæ condita sint, mentionem facit. *γ*) De nomine Syriæ. Nomen *Syria* سوريا, secundum quorumdam relationem, primam Syriæ provinciam, الشام الاولى, id est, *Halebum regionesque hoc oppidum cingentes*, significare;

sed, quum in Halebi latere, in tractu Alahazzi, id est, a meridie Halebi, magna urbs, cui nomen Syriæ, vestigiis ejus non omni modo deletis, exstiterit, ut tota regio ab illo oppido, sicut tractus Kinnesrinensis ab oppido Kinnesrino, nomen acceperit, fieri potuisse, auctor non dubitat. Oppidum super fontem Abrahæ exstructum est. δ) De iis qui ante Muhammedanos Halebi imperium exercuerint. Primo Halebi imperium Aschmunitsa (jam vivente auctore, extra Halebum locus عين اسمونيث [fons Aschmunitsæ] appellatus erat), filia Ptolemæi Alasjabi, viginti et novem annos imperio usi, exercuit. Post patrem mortuum, quum Ptolemæus, cognominatus محب اخته [amans sororis] imperio potitus esset, Aschmunitsa fratris loco Halebi regnavit. Sub hujus successore Ptolemæo Evergete [الاورجانس], محب ابيه, Philopator, a Græcis nominato, in oppido permansit. Hunc in imperio secutus est Ptolemæus Philomator, filius Aschmunitsæ, qui, Halebi sedem figens, arcem in petra condidit. In fine hujus regni, Antiochus hostili animo contra eum profectus est. Impares ejus armis, in fuga salutem ponunt; sed, capti, in captivitate diem obeunt. Alii narrant, Aschmunitsam, auxiliis ex Ægypto missis, Antiochum fugasse. Post Aschmunitsam, Ptolemæus Aniphaninis [Epiphanes], qui dux exercitus erat, imperio potitus est. Post hunc, Ptolemæus Philopator [فيلوبطر], in cujus regno Antiochus animam exspiravit. Hunc Græcorum reges in imperio secuti sunt, donec regio, Augusto regnante, Romanis subjecta est. Post hos, Kosroës Anuschirewan oppidum in potestatem redegit, et, eo mortuo, Heraclii imperio subjectum erat. Heraclii primo imperii anno, Muhammedes à Mecca Medinam fugit.

Quæ noster de Ptolemæis dixit, cum aliis hujus his-

toriæ documentis non consentiunt. Ptolemæum quem Alavergafum appellat, alius quam Evergetes non esse videtur; nihilominus tamen dicit, eum, Græco sermone, amantem patris [Philopatorem] cognominatum esse; quum tamen postea Ptolemæum Philopatorem [فيلوبطر] nominet. Appellat Ptolemæum محب اخته, amans sororis, id quod pro محب اخيه [Ptolemæus Philadelphus] esse potest; nam puncta diacritica vocis اخيه serioris originis esse videntur. Sed quisnam est Ptolemæus Alasjab? Nil ausus sim pro certo affirmare; auctorem vero errores in his commisisse clarum est. Postea et Ptolemæi filii Lagi بن لاغوس mentionem fecit. ε) De Syria a Muhammedanis expugnata. Memoratur prælium ad Jarmucum pugnatum, Emessa per Abu-Ohbaidam expugnata, post quam Chaledus cum primo agmine Kinnesrinum mittitur. Chaledus ad Kinnesrini Hadhirum, cum Mina, Græcorum duce, pugnat, victum occidit; oppidum et arx traditur.

C) Tertia codicis pars, a linea quarta folii sexti incipiens, historiam continet. Incipit ab Halebo expugnato anno Hedjiræ decimo-sexto, et anno sexcentesimo quadragesimo primo finit (*fol. 268 r.*). Præfationis spatium totum excerpere librum non permittit, quam ob causam illorum qui in oppido Halebi, addito anno quo adepti sint et quo amiserint imperium, regnaverint, nomina breviter recensere in animo mihi est, ita tamen ut, in temporis spatio, cujus descriptionem latine vertimus, imperiorum vicissitudinibus enarratis, singula omittamus. 1] Halebum sub trium Chalifarum Ohmari, Ohtsmani, Ahlii imperio, dum sub tertio Moahwijja imperio absoluto regebat, ab anno 16 usque ad annum 41 (*fol. 6 r. — fol. 8 v.*). 2] Omajjadarum imperium, ab anno 41 — 132

(fol. 8 v. — fol. 10 r.). 3] Ahbbasidarum regnum ab anno 132 — 264 vel 265 *(fol. 18 r. — fol. 21 v.).* 4] Ahmedes ben-Thulun, Ægypti præfectus, obsequium in Abu-Ahmedem Almuwaffik exuens, totam Syriam ditionis suæ facit. Cum hoc Thulunidarum in Syria imperium initium capit (anno 264 vel 265). 5] Anno 269, hujus imperium, Luluo fidem lædente, et in Abu-Ahmedis Almuwaffik obsequium jurante, in Syriæ parte paulummodo interrumpitur. 6] Haruno Chumarujjæ filio regnante, Halebum sub Ahbbasidarum imperium redit *(fol. 21 v. — fol. 26 r.).* 7] Fine anni 329 vel initio 330, Muhammede ben-Jesdad a Cafuro victo, Halebum Ægypti principi, Muhammedi ben-Thoghdj, subjicitur; sed, pace inter hunc et Muhammedem ben-Rajek composita, huic Halebum cum Emessa redditur *(fol. 26 r. — 26 v.).* 8] Occiso Muhammede ben-Rajek, Halebum a Nazir-Aldewla, anno 330, expugnatum est, et sub ejus imperio permansit, donec, 9] anno 332 *(fol. 27 v.)*, Muhammedes ben-Thoghdj copias adduxit; cui, ab Almottakio Chalifa, Syriæ provinciarum et Ægypti imperium traditum est *(fol. 28 v.).* 10] Saif-Aldewla anno 333 *(fol. 29 r.)* Halebo potitur, cui, eodem anno, prælio fugato, Muhammedes ben-Thoghdj victor oppidum eripit. Pace facta, Halebum Saif-Aldewlæ anno 334 iterum traditur *(fol. 30 r.).* Mortuo Muhammede ben-Thoghdj, Saif-Aldewla Damascum in potestatem redigit; sed, fuso exercitu suo duplici prælio, anno 335 Halebum amittit. Anno 336, Halebum tertio ditioni suæ subjicit *(fol. 31 v.)*, ejusque imperium pace stabilitur.

Huc usque codex a nobis editus est, jam sequitur pars inedita. 1] Ex Hamdanidarum stirpe, plures Halebi

imperium exercuerunt. Saif-Aldewla, anno 336 rebus stabilitis, die Veneris mensis Zafari anni 356 fato obiit (*fol. 40 r.*). Ejus filius Saahd-Aldewla Abu-Almaahli Scherif ben-Ahli ben-Ahbd-Allah ben-Hamdan, die Lunæ, decimo ante finem mensis Rabihæ prioris ejusdem anni, imperio potitus est; quem vero Karghuja cubicularius, mense Muharremi anni 358, e regno depulsum, ad matrem Majjafarekini degentem proficisci jussit (*fol. 42 r.*). Karghuja satellitem suum, Bacdjurum, Emirum creavit, eumque imperii participem fecit, ut pro utroque in suggestu preces fierent; nomen autem Bacdjuri in monetis legeretur. Karghuja nomen *Alahdjeb* [cubicularii], ejus satelles Bacdjurus *Emiri* [principis] nomen tulit; non omnes vero Halebi ditiones horum obsequio subjectæ erant. Secundum nonnullos, Saahd-Aldewla anno 363 Halebo rursus potitus est: secundum alios, Bacdjurus, flagrans cupidine regni absoluti, patronum in vincula conjecit; et tum mense Redjebi anni 365 Saahd-Aldewla oppido potitus est; arx vero, in quam Bacdjurus aufugit, usque ad mensem Rabihæ posterioris anni 367, defensa est (*fol. 45 v.* et *46 r.*). Anno 376 pro Ægypti principibus in Halebi suggestibus preces factæ sunt. Quarto ante finem mensis Djumadæ prioris, Saahd-Aldewla in morbum implicitus, nocte diei Lunæ, quarto ante finem Ramadhani anni 381, diem supremum obiit (*fol. 48 v.*). Ejus filius Abu-Alfadhajil Sahid-Aldewla, cui imperium post patris obitum traditum est, nocte Sabati, medio mensis Zafari anni 392, mortem occubuit (*fol. 49 r. — 51 v.*). Luluus Alsaifi (Saif-Aldewlæ libertus) filios ejus, Abu-Alhasanum Ahlium et Abu-Almaahlium Scherifum, imperio præfecit (*fol 51 v.*).

2] Anno 394, Luluus hos in Ægyptum misit, et solus cum filio Morthadi-Aldewla Abu-Nazro Manzuro ben Lulu imperium exercuit. Fine mensis Dsu-Alhedjæ anni 399, secundum alios, initio Almuharremi anni 400, diem obiit (ibid.). Post patris mortem filius toto imperio potitus, nocte Sabati, sexto die ante finem Redjebi anni 406, ex Halebo aufugit.

3] Afamijjæ præfecto Abu-Alhasano Ahli ben-Ahmed Aladjemi, Halebum vocato, urbis imperium traditur (initio mensis Schahbani anni 407), dum Fatehus arci præest, qui Hacimum, Ægyti principem, rerum gestarum certiorem facit. Re ab illo probata, non multo post Fateho Tyri præfectura ornato, Emiro Ihss-Aldewlæ Abu-Schadjdjah Fateco, mense Ramadhani, arx traditur. His rebus peractis, eodem anno Ahsis-Aldewla ab Hacimo Halebi præfectus creatus, die Solis, secundo Ramadhani, in oppidum pervenit *(fol. 57)*.

4] Anno 411 (vel anno hunc præcedente), Ahsis-Aldewla obsequium in Hacimum exuit *(fol. 59 r.)*, et, quarta nocte mensis Rabihæ posterioris anni 413, a Tisuno satellite, Indo natione, necatur.

5] Die Solis, decimo ejusdem mensis, præfectus arcis ab Ahsis-Aldewla constitutus, Badr-Alcabir Wafi-Aldewla Halebi imperio potitur.

6] Post Hacimum in Ægypto regnans Thsaherus copias mittit, quarum adventu commotus duci Sadid-Aldewlæ Ahlio ben-Ahmed Aldhaif Halebum tradit, cujus imperio, Zafi-Aldewlam Abu-Ahbd-Allah Muhammedem die Mercurii, vicesimo primo mensis Redjebi anni 413, ornat. Althsaherus, metuens ne fidem violaret, si unum creasset, duos Halebi præfectos, unum in oppido, alterum in arce, constituit. Arci præficitur Jumn-

Aldewla-Saahda *(fol. 59 v.)*. Zafi-Aldewla Ebn-Falah, die Lunæ medio Muharremi anni 414, ex Halebi provincia revocato, Emirus Sened-Aldewla Abu-Muhammed Alhasan mittitur. Die Jovis, octavo ante finem Rabihæ posterioris anni 415, morbo opprimitur *(fol. 60 r.)*. Ejus frater Sadid-Almulc Abu-Alhartsus Tsahbanus, Tannisi præfectus, hac provincia ornatur. Die Solis, decimo-septimo Djumadæ prioris anni 415, Halebum pervenit. Abu-Alhartsus Thsaheri nomine Mauzufum arci præponit.

7] Emiri tres, Abu-Ahlius Zalehus ben-Merdas Celabita, Senan ben-Ahlijjan Calbita et Hasan ben-Almufarreh ben-Alharradj Thajjita, obsequium in Thsaherum exuunt, et Syriam inter se dividunt. Palæstina cum ditione Hasano, Senano Damascus cum ditione, Halebum cum ditione Zaleho promittitur. Zalehus oppido, die Sabati, decimo-tertio Dsu-Alkahdæ anni 415, et arce, die Mercurii initio mensis Djumadæ prioris anni 416, potitur *(fol. 61)*. Zaleho, in prælio contra Aldesberium, Thsaheri ducem, ad fluvium Jordanem, apud locum cui nomen est *Alakhawanah*, commisso, quinto ante finem mensis Rabihæ posterioris, vel, ut alii volunt, die Mercurii, octavo Djumadæ prioris anni 420, vitam amittit *(fol. 62 r.)*. Post Zalehi cædem, ejus filii Muhiss-Aldewla Tsemal in arce, et Schabl-Aldewla Nazr in oppido, imperium exercent *(fol. 63 r.)*. Anno 421, Schabl-Aldewla toto imperio potitur *(fol. 63 v.)*; sed in prælio apud Tel-Fas, in occidente Lathmini, medio mensis Schahbani anni 429, commisso, cadit. Frater ejus Tsemal ben-Zaleh, Halebum, die Martis, decimo-sexto ejusdem mensis, ditionis suæ faciens, arci Mukalledum ben-Camil, oppido Chalifam ben-Djabir Alcahbi præficit. Tum in Mesopotamiam

proficiscitur. Aldesberius, secundo prælio commisso, Tsoghanum Almuthsafferi cum copiis Halebum mittit, cui a chalifâ, die Sabbati, quarto Ramadhani, oppidum traditur. Ipse, die Martis, septimo ejusdem mensis, oppidum intrat *(fol. 67 v. — 68 r.)*.

8] Aldesberius, in arce præfectis duobus Fateco et Seboctecino Mamlucis suis, in oppido satellite suo Radhi-Aldewla Bendju-Tecino, constitutis, ab Halebo proficiscitur. Desberius, die Solis, medio mensis Djumadæ prioris anni 433, diem obiit. Radhi-Aldewla mensem Djumadæ prioris et duodetriginta dies Djumadæ posterioris res administravit, donec Muhiss-Aldewla Abu-Ohlwan Tsemalus ben-Zaleh, cum præfecturæ diplomate, ab Almustanziro misso, advenit. Huic Bendju-Tecinus oppidum tradit. Arx per mensis spatium, vel, ut alii contendunt, usque ad medium Zafari anni 434, defenditur *(fol. 69 v.* et *70 r.)*. Muhiss-Aldewla, mense Dsu-Alkahdæ anni 448, vicariis Almustanziri, Macin-Aldewlæ Abu-Ahlio Alhasano Ohkailitæ, Aihn-Aldewlæ Abu-Alhasano Ahlio ben-Ohkail, et judici Tyri, Abu-Muhammedi Ahbd-Allaho ben-Ihjadh, oppidum arcemque tradit. Abu-Ahlius ben-Malhem bello et tributis, Rocn-Aldewla arci, ab his præponuntur *(fol. 75 r.)*.

9] Initio Djumadæ posterioris anni 452, a rebellantibus Mahmudo ben-Nazr ben-Zaleh oppidum traditur, Macin-Aldewla in arcem fugit. Quum Mahmudus, ob adventum Nazir-Aldewlæ Abu-Ahlii Alhusaini ben-Nazir-Aldewla Alhasani ben-Alhusain ben-Hamdan, ex Halebo abeat, oppidum a Macin-Aldewla, ex arce descendente, diripitur. Nazir-Aldewla, fuso exercitu, a tribu Banu-Celab captivo facto, tempore cladis, die Mercurii, fine Redjebi 452, Asad-Aldewla

Abu-Dsewaba Ahthijja apud oppidum advenit, quod, die Jovis, a Magharebicis traditur. Quum Mahmudus ben-Nazr appropinquat, die Jovis, primo mensis Schahbani, ille in fuga salutem ponit; postero die Mahmudo oppidum traditur (*fol. 75 v. — 77 r.*). Macin-Aldewla et Rocn-Aldewla, de auxilio desperantes, pace facta, decimo ejusdem mensis, arcem tradunt. Muhiss-Aldewlæ, pace composita inter eum et Mahmudum, die Mercurii, vicesimo-quarto mensis Rabihæ prioris anni 453, Halebum traditur (*fol. 79 r.*). Muhiss-Aldewla, die Jovis, sexto ante finem Dsu-Alkahdæ anni 454, diem obit. Frater ejus Asad-Aldewla Ahthijja ben-Zaleh ben-Merdas, cui testamento imperium reliquerat, die Jovis, locum fratris sibi arrogat (*fol. 80 v.*). Mahmudus, rei certior factus, Halebum per spatium 102 dierum oppugnat, et patruum oppidum ipsi tradere cogit. Oppidum, die Sabbati, medio mensis Ramadhani anni 457, intrat (*fol. 82 r.*). Anno 462, inter Sultanum Alahdil Alb-Arslan et Mahmudum, conditione, ut primo chalifæ Bagdadi, tum Alb-Arslano, denique Mahmudo, Halebi preces publicæ haberentur, pax confecta est (*fol. 85 r.*). Mense Djumadæ prioris anni 467, morbo adfectus, vitam exspiravit. Filio natu minori Schabibo Halebum legavit; sed Mahmudi socii, testamentum rumpentes, filio natu majori Nazro ben-Mahmud regnum tradiderunt (*fol. 94 r.*). Nazro ben-Mahmud, quum ebrius contra Turcas, qui in Hadhiro sedes haberent, eos directurus exiisset, a Turca, die Solis, initio mensis Schawwali anni 468, sagitta occiso, ejus frater Sabékus imperio potitus est. Cum hoc regnum Banu-Merdas finivit (*fol. 96 r.*).

10] Scharaf-Aldewla Abu-Almacarim Muslim ben-Koraisch, decimo-sexto mensis Dsu-Alhedjæ

anni 472, ut oppidum a Sabeko tradendum in ditionem acciperet, Halebum pervenit; sed quum, contra promissa, in adventu portæ clauderentur, oppidum oppugnavit. Vicesimo-sexto ejusdem mensis oppidum cepit; arx, pace facta, mense Rabihæ posterioris anni 473, tradita est *(fol. 101)*.

11] Scharaf-Aldewla, die Sabbati, sexto ante finem Zafari anni 478, in pugna contra Solaimanum ben-Kothlemisch occisus est. Hoc occiso, Scherifus Abu-Ahli Alhasan ben-Hebut-Allah-Alhutaiti oppido, Salimus ben-Malic Alohkaili arci præerant *(fol. 108 v.)*. Ejus terris, excepto Halebo, frater Ibrahimus potitus est.

12] Tadj-Aldewla Totosch, occiso Solaimano, nocte Sabbati, vicesimi-sexti mensis Rabihæ prioris ejusdem anni, oppido potitus est *(fol. 110 v.)*, dum arx defendebatur. Totoschus, usque ad vicesimum-septimum Rabihæ posterioris in oppido commoratus, nuncio de adventu exercitus Malic-Schahi adlato, statim Damascum rediit. Vicarius eum post nonnullos dies secutus est *(fol. 111 r.)*.

13] Malic-Schahus ipse, vicesimo-tertio Schahbani anni 479, Halebum pervenit, et oppidum cum arce in ditionem accepit. Oppido Kasim-Aldewlam Ak-Sonkar, arci Nuham Turcam, præfecit. Sultanus ipse Halebo, post festum jejunii Ramadhani, profectus est *(fol. 111 v.)*. Malic-Schaho Bagdadi, decimo-sexto Schawwali anni 485, mortuo, Kasim-Aldewla pro ejus filio Mahmudo Halebi preces fecit *(fol. 113 r.)*. Ak-Sonkarus, captivus factus, a Tadj-Aldewla, mense Djumadæ prioris anni 487, occisus est *(fol. 114 v. et 115 r.)*.

14] Tadj-Aldewla, eodem mense, oppidum et arcem in ditionem accepit; sed, mense Muharremi anni 488, in pugna, quinque pharasangas ab oppido Rei, contra

B.

Bar-Kijarukum commissa, cecidit (*fol. 116 r.*). Ejus filius Almalic Ridhwanus Halebo potitus est (*ibid.*). Hoc, vicesimo-octavo Djumadæ posterioris anni 507, mortuo, filius Alb-Arslanus, sexdecim annos natus, imperio potitus est (*fol. 131 r.*). Alb-Arslanus, mense Rabihæ posterioris anni 508, a Luluo occisus, et Sulthan-Schahus ben-Ridhwan, sex annos natus, regno ornatus est (*fol. 133 r.*). Luluus, anno 510, occiditur. Anno 511, Ilghasius ben-Artek Halebum pervenit, et res imperii administravit; sed mox ex Halebo abiit (*fol. 136 r.*).

15] Quum, anno 512, Halebi incolæ a Francis se defendere non possent, ab Ilghasio ben-Artek auxilium petierunt, eique oppidum et arcem tradiderunt (*fol. 136 v.*). Ilghasius Halebi filium Schems-Aldewlam Solaimanum ben-Nedjm-Aldin Ilghasi vicarium constituit, qui, anno 515, in patrem obsequium exuit; sed in patris cum exercitu appropinquantis, venia data, clientelam rediit (*fol. 143 r.*). Ilghasius, primo mensis Ramadhani, Halebum intravit, et inde, vicario sibi creato Badr-Aldewla Solaimano ben-Ahbd-Aldjabbar, filio fratris, profectus est (*fol. 144 r.*). Ilghasius, primo mensis Ramadhani anni 516, in vico prope Majjafarekinum sito, cui nomen Ahdjulin, diem obiit. Alter filius Solaimanus Majjafarekino, alter Tamertaschus Maredino, sed filius fratris Badr-Aldewla Halebo potitus est (*fol. 145 v.*).

16] Die Martis, initio mensis Djumadæ prioris 517, Nur-Aldinus Balc ben-Bihram ben-Artek oppido Halebo, die Veneris, arce potitus est. Sed quum hic, vicesimo Rabihæ prioris anni 518, Menbidjum oppugnans, sagitta occideretur,

17] Husam-Aldinus Tamertasch oppidum et arcem, eodem die, in potestatem suam redegit (*fol. 149 r.*).

18] Ak-Sonkarus Albarseki, Halebo ipsius adventu a Francis liberato, fine anni 518, oppidum et arcem in ditionem accepit. Primo Sutekinum præfectum creavit, et, hoc revocato, Halebum ejusque ditiones cubiculario Zarem-Aldino Babeco tradidit; tum Babeco ademta provincia Cafurum Alchadimum, denique vero filium suum Ihss-Aldinum Masuhdum, ornavit (*fol. 153, sq.*), qui suo nomine Thumanum Emirum ibi præfectum constituit, et Bagdadum profectus est. Masuhdus, Alrahba occupata, repentina morte, ut volunt, veneno occisus, decessit. Chatlahus Abah Alsulthani, Sultani Mahmudi satelles, qui a Masuhdo, antequam Alrahbam hic pervenit, Halebi præfecturæ diploma acceperat; sed, Thumano id ratum non habente, recesserat: nuncio de Masuhdi morte adlato, Halebum pervenit, et oppidum, a Thumano, ultimo mensis Djumadæ posterioris, traditum, in ditionem accepit (*fol. 155 v.*). Populus Halebi, quum injuste ageret, tumultu facto, sibi Badr-Aldewlam Solaimanum ben-Ahbd-Aldjabbar præfecerunt, et illum in arce oppugnarunt (*fol. 155 v.*).

19] Atabec Ihmad-Aldinus Senci ben-Kasim-Aldewla Ak-Sonkar, cui Halebi imperium a Sultano Mahmudo diplomate concessum erat, Halebum pervenit, et, die Lunæ, decimo-septimo mensis Djumadæ posterioris anni 522, in arcem adscendit. Quum, anno 524, Emirus Sewar ben-Abicin, iratus Tadj-Almoluco, Damasci domino, in clientelam Atabeci se contulisset, magno ab hoc honore auctus, Halebi ejusque ditionum præfectura ornatus est (*fol. 157 r.*). Atabecus, arcem Djahbar oppugnans, a Jerenkescho eunucho, nocte Solis, sexti Rabihæ posterioris anni 541, in lecto occisus est (*fol. 168 v.*). Almalic Alahdilus Nur-Aldin Abu-

B..

Alkasim ben-Senci ben-Ak-Sonkar, die Martis, decimo ejusdem mensis, Halebum in potestatem suam redegit *(fol. 169 v.)*. Nur-Aldinus Damasci, die Mercurii, undecimo mensis Schawwali anni 569, diem supremum obiit, et Almalic Alzalihus patris imperio potitus est *(fol. 185)*. Halebi Djemal-Aldinus Schadbacht, eunuchus Indicus, Nur-Aldini manu missus, arcis præfectus, ab hominibus fidei jusjurandum accepit. Halebi res, tempore Nur-Aldini, ad Schems-Aldewlam Ahli ben-Dajah ejusque fratres pertinebant. Quum Nur-Aldinus diem obiret, hic Halebi degebat, et ejus imperium exercebat, donec Almalic Alzalihus, Halebum perveniens, in arcem adscendit, et familiam Banu-Aldajah, quæ, persona Almalic Alzalihi in potestatem redacta, rebus potiri voluerat, in vincula conjecit. Imperium Sahd-Aldino Cumuschtecin traditum est *(fol. 188 v.)*. Almalic Alzalihi imperium erat Emiro Lalæ Almudjahed Jakut, qui eum educavit; arcis præfecturam Djemal-Aldinus Schadbacht Indicus gessit; Sahd-Aldinus Cumuschtecin, dux exercitus, et ejus bonis præpositus erat; Wesirus Almalic Alzalihi, Schehab-Aldinus Abu-Zaleh ben-Alahdjemi *(fol. 189 r.)*. Zaleh-Aldinus, die Veneris, vicesimoquinto mensis Redjebi anni 577, vita excessit, et in imperium successit Ihss-Aldinus Masuhdus ben-Maudud ben-Senci, quem ante mortem constituerat successorem. Hic, vicesimo Schahbani, Halebum intravit *(fol. 197)*. Filium parvum Nur-Aldinum Mahmudum Halebi relinquens, hujus curam arcis præfecto Schehab-Aldino Ishaco commisit; oppido autem copiisque Muthsaffer-Aldinum ben-Sain-Aldin præfecit, et, sexto mensis Schawwali, Raccam profectus est. Tum pacto Halebum ejusque ditiones fratri suo Ihmad-Aldino tradidit. Primo Thumanus, quem miserat, in arcem Halebi

adscendit ; tum Kothob-Aldinus ben-Ihmad-Aldin ; denique Ihmad-Aldinus ipse cum suis, decimo-tertio Almuharremi, secundum alios, initio hujus mensis anni 578, Halebum pervenit *(fol 199, sq.)*.

20] Pacto Ihmad-Aldinus Halebum Zelah-Aldino tradidit, qui, die Lunæ, decimo-septimo mensis Zafari anni 579, in arcem adscendit. Arci Halebi Saif-Aldinum Bascedj Alasri præposuit, cui et filii jam pueri Almalic Althsahiri, quem Halebi reliquit, curam committens, vicesimo-secundo Rabihæ posterioris anni 579, Damascum profectus est. Eodem jam anno, fratrem Almalic Alahdilum Halebi præfectura ornavit, qui, secundo mensis Ramadhani profectus, die Veneris, vicesimo-secundo ejusdem mensis, in arcem adscendit *(fol. 206)*. Iterum Halebum filio Almalic Althsahiro Ghasi tradidit : sed, quum Almalic Althsahirus puer esset, cum eo Schudjah-Aldinum Ihsam ben-Belaschwa misit, cui, arcis præfecto creato, et filiorum Almalic Althsahiri et Alsahiri curam commisit; Husam-Aldinum Bascharam, Banjasi principem, oppidi præfectura ornavit. Mense Redjebi anni 586, Almalic Althsahiro imperium traditum est *(fol. 209)*. Zelah-Aldinus, die Mercurii, vicesimo-septimo Zafari anni 589, animam exspiravit. Almalic Althsahiri Halebi imperium, post patris obitum, stabilitum est, ut plenam potestatem exerceret *(fol. 222 r.)*. Quum Almalic Althsahirus mortem animo videret, principes oppidi Emirosque advocari jussit, et eos, primo in fidem filii sui Almalic Alahsisi, tum filii Almalic Alzalihi, denique post hunc fratris filii, qui filiæ suæ maritus erat, jurare coëgit. Emirum Saif-Aldinum ben-Ahlam-Aldin exercitibus præfecit ; Schehab-Aldinum Thoghrec, eunuchum, arci, thesauris et filiis educandis, præposuit. Almalic Althsahirus

B...

in arce Halebi, vicesimo-quinto mensis Djumadæ posterioris anni 613, exspiravit (*fol. 237 r.*). Wesirus Ebn-Abi-Iahli rebus gerendis potitus est: tum Emiri, ut Almalic Almanzurus ben-Alahsis exercitus Atabecus esset, ad quem feudorum res pertineret, Schehab-Aldinus vero religionis ordinibus præesset, constituere. Denique convenit, ut Almalic Alahsiso, post hunc Almalic Alzaliho, fidem præstarent. Wesiro Ebn-Abi-Iahlio ex oppido abire jusso, Schehab-Aldinus Thoghrec oppidi arcisque imperium exercuit (*fol. 238*). Anno 615, in oppido Halebo ejusque ditionibus, pro Almalic Alcamilo, post hunc Almalic Alaschrafo, denique Almalic Alahsiso, preces publicæ factæ sunt (*fol. 240*). Anno 628, Almalic Alahsisus, ipse res imperii administraturus, a copiis fidei jusjurandum accepit, Atabecum Schehab-Aldinum thesauros tradere jussit, et in arcibus præfectos constituit (*fol. 249 r.*). Fine Zafari anni 634, Almalic Alahsisus febre correptus est. Morbo adgravescente, homines in obsequium Almalic Alnaziri Zelah-Aldini Josephi ben-Almalic Alahsis jurare jussit, et pro hoc a fratre Almalic Alzaliho, qui Aihn-Tabi erat, jusjurandum exegit. Mense Rabihæ prioris ejus anni, diem supremum obiit. Quum, anno 635, oppidi oppugnationem timerent, iterum Almalic Almuahthsthsamus, Sultani propinqui, Emiri et copiæ cum principibus, oppidique populo, in fidem Sultani Almalic Alnaziri et Alchatun Almalicæ jurare coacti sunt.

Totus liber anno 641 finit; nec vero auctor, ut Herbelotius sub voce *Adim* contendit, urbem anno 658 a Tartaris captam, describit.

3) Auctor, in rebus gestis enarrandis, annorum seriem, a qua rarissime declinat, secutus est, et ut

gravissima quæque accurate et clare exponeret, levioris momenti res omitteret, operam dedit. Hanc ob causam, et libro nomen « Cremor lactis ex historia Halebi » inditum. In libro, ut apud alios Orientalium historicos fieri solet, non solummodo facta nuda enarrata sunt, sed auctor in causas rerumque eventus inquisivit, ut, aliorum judicio non omnimodo fidem habens, suo usus esset, et ubi plura inter se discrepantia in medium proferebantur, ibi causas, cur unum vel alterum præferendum esset, explicavit; his vero deficientibus, Dei judicio rem tradidit. Nec vero tales res neglexit, quibus, quis sit rerum status, optime intelligi potest, et, semper æquus in judicio quod de hominum moribus fecit, et res laude dignas et vituperandas narravit. In vituperatione odio non movetur, in laude amori non indulget. Semper veritatis memor, ubi variæ de viri moribus sententiæ dicuntur, utrique parti aures dat. Exempli gratia *(fol. 69 r.)*, laudem, qua incolæ Harrani Atabecum ornabant, explicat, nec vero omittit, rusticos Halebi huic contrarium dixisse. Quum Muhammedanorum clades deplorat, neque eorum jacturam celat nec diminuit, dum in victoriis reportatis nil supra modum extollit; quo fit, ut, quod a clar. Wilkenio observatum est, auctor cum historicis christianis sæpius in relatis mirum in modum consentiat. Nonnunquam et poëtarum versus, quibus vel res gestæ confirmantur, vel viri laude ornantur, citavit. Plura exempla ad ea, quæ diximus, probanda proferre potuimus: sed, quum plura, in parte quam edidimus, legerentur, lectores fore, ut sine his dictis fidem haberent, speravimus. Stylus auctoris nostri in præfatione, ut apud majorem auctorum partem, est rhythmicus; in historia non negligens, sed simplex et purus. Difficultates non ex con-

structione, potius ex vocibus singulis, quæ vel originis Syriacæ, vel ignotæ, vel obsoletæ, sunt, oriuntur. Interdum et constructionibus rarioribus utitur, cujus rei in textu nostro plura exempla reperiuntur. Duobus solummodo locis, ut aliorum scriptorum, quum principum mores, qui suis temporibus vel antea vixerunt, celebrant, mos sæpius ferre solet, stylum simplicem reliquit, et ad orationem altiorem, rhythmicam, se sustulit. Prior locus in folio 222, ubi in recto et verso lineas octo complectitur, reperitur. Post mortem Zelah-Aldini, quum Almalic Althsahirus Ghasi ben-Almalic Alnazir Josephus ben-Hiob Halebi imperio potitus esset, hujus principis mores his verbis describit : واستقل بملك حلب وانعم على رعيته واستمال قلوبهم بالاحسان، وعمل بوصية ابيه فى الافعال الحسان، وشارك اهل حلب فى سرورهم والحزن، وقلد اعناقهم اطواق الانعام والمنن، وجالس الكبير منهم والصغير، واستمال الجليل والحقير، وكان رحمه الله مع طلاقة وجهه من اعظم الملوك هيبة، واشدهم سطوة، واسدهم رايا، واكثرهم عطآء، &c. « Halebi imperio potitus, in subditos suos beneficia contulit, animos eorum beneficiis sibi propensos reddidit, et, secundum patris sui præceptum, bonam agendi rationem adhibuit. In gaudio et tristitia Halebi incolarum socius, colla eorum torquibus beneficiorum gratiarumque ornavit. In consessum suum magnos et parvos eorum admisit, et divites pauperesque sibi conciliavit. Vir summæ comitatis, Deus ei misericordiam donet, inter reges reverentia insignis erat. Summa vi et prudentia præditus, in donis profusus erat, &c. » Alter locus est in folio 237 r., ubi, mortuo rege modo nominato, dicit وكان له رحمه الله فى كل دار بها ماتم وعزاء، وفى كل قلبة نكبة وبلاء، « Erat illi, quem Deus misericordia beet, in qualibet Halebi domo planctus et mœror, et in omni corde calamitas et infortunium. » Præterea in libro nostro (*fol. 54 v.*) locus obscurus legitur, ad quem

explicandum studium frustra contulimus; et quamvis non multum utilitatis ex eo prodire posse, non nescii simus, attamen, quum novum quid sit, et ut viri docti, si placeat, sensum verum nos doceant, eum addere nobis liceat. Quum Zalehus ben-Merdas, mense Zafari anni 410, contra Murthadi-Aldewlam copias duxisset et speculatorem ad hostium exercitum misisset, hic nunciavit, majorem exercitus partem ex Judæis et Christianis compositam esse, se Judæum sua dialecto alteri dicentem audivisse : وانه سمع يهوديا يقول لاخر بلغتهم وَالِك حُقَيْطه إِطْعزةُ واتّاخرْ وايّاك يكون خَلفهُ اخَرْ يَطْعَزك بمطعازة يحجّبْ بَيْنك للدَوَاغيت In his nonnulla verba Arabica sunt, dum alia omnimodo obscura. Id vero extra dubium positum esse videtur, uti hæc verba sint scripta, ex iis sensum integrum erui non posse.

4) In edendo historico maximæ utilitatis est inquirere, ex quibus fontibus auctor res gestas, quas referat, hauserit : fontibus enim cognitis, quæ fides auctori habenda sit, et quænam utilitas ex rebus quas narret, scientiis comparari possit, melius dijudicari potest. In nullis vero scriptoribus hæc res tantam affert utilitatem et tam necessaria est quam in historicis Orientalibus, tum ob magnam relationum varietatem, tum ob fontium copiam, quorum major pars turbata est. Has ob causas, quum scriptori nostro operam dare inciperemus, clare intelligere, ex quibus fontibus auctor res relatas hauserit, maxime nobis cordi erat. Voluntas nobis non defecit; auxilia ad partem desideravimus. Etsi vero tam exacte, ut nobis animus erat, hac de re agere non potuimus, adducenda, ut equidem speramus, auctorem nil omisisse, ut historici officio fungeretur, efficient.

Præcipuus fons, ut auctor in præfatione ipse declarat, ex quo res gestas hausit, est magnum ejus opus in-

scriptum بغية الطلب فى تارخ حلب *Desiderium quærendi in historia Halebi.* Hoc opus, cujus et postea mentio fiet, vitas virorum celebrium qui Halebi nati sunt, degerunt vel imperium exercuerunt, exponens, decem voluminibus continetur. Ex hoc opere, in quo omnia, quæ ad horum virorum vitam pertinebant, collegit, res memoratu dignissimas excerpens, hanc historiam secundum annorum seriem composuit. Quo vero melius intelligeretur modus quo magnum opus composuerit, et quibus fontibus in componendo usus fuerit, quæ de his rebus in præfatione, ut dubitari non potest, præmiserit, perlegenda fuissent. Desiderata hac prima operis parte in Bibliotheca regia, voluntati nostræ satisfacere non potuimus. Auctorem vero summa diligentia, labore et doctrina omnes virorum res gestas collegisse, si partem, quæ ex hoc opere adservatur, inspicis, non est quod dubites. In majore parte traditiones serie continua usque ad primum auctorem, ut authenticæ sint, reducit, et sæpius scriptores citat.

Præter hunc vero librum et alios scriptores jam nominandos, citat, *a*) librum inscriptum نسب بنى صالح بن عالى *Genealogia gentis Zalehi ben-Ahli (pag. 19 v.)*, cujus Hadji-Chalifa mentionem non facit; *b*) auctorem nomine Ebn-Alcalbi notum; *c*) librum Jahjæ ben-Djarir Altacriti, qui de temporibus quibus oppida condita sint [اوقات بنا المدن] agit *(fol. 3)*; *d*) librum cui titulus est كتاب القانون المسعودى *(fol. 3)*; *e*) historiam Alahthsimi [تارخ العظيمى], cujus sententiam, Atabecum anno 528 Damascum aliquod tempus oppugnasse, rejicit *(fol. 160 r.)*. (Horum librorum, in nonnullis titulo non accurate indicato, apud Hadji-Chalifam mentionem factam non invenimus.) *f*) Auctori nostro historicos Christianos non omnimodo ignotos fuisse, locus qui folio 3 legitur,

probat. Auctor dicit, nonnullos historicorum Christianorum contendere, Ptolemæum Alasjab, qui post Alexandrum regnaverit, Halebum condidisse. *g*) Citat quoque auctor noster librum Aristotelis كتاب الكيان inscriptum. Inter Aristotelis libros in linguam Arabicam versos, qui in bibliotheca Arabico-Hispana recensiti sunt, liber cui titulus est كتاب الكيان, non legitur. Sed ibi, tom. I, pag. 311, liber inscriptus كتاب فى سمع الكيان ثمن مقالات, *Physicæ auscultationis sive doctrinæ naturalis libri octo*, invenitur. Ut videtur, hunc librum noster indicavit. *h*) Hic vero in quæstionem venire, num auctor noster celeberrimum Boha-Aldinum, qui Zelah-Aldini res gestas descripsit, ad componendum librum in usum adhibuerit, necesse est: quæ res nobis haud indigna videtur, in quam inquiratur; nam si, nostrum talem virum omnimodo neglexisse, argumentis probari potest, noster non potest non in maximam vituperationem cadere, dum, si noster illo usus est, imo plures res gestas melius et accuratius illo retulit, ab omnibus majore laude dignus habendus est. Boha-Aldini liber in duas dividi potest partes. In una res gestas, quæ ab aliis audivit, narrat (*pag. 79*); in altera, quas ipse vidit, vel a talibus viris quibus eandem ac sibi fidem habet, accepit. In priore parte, tum eum neglexisse, tum in usum adhibuisse videtur; sed in quibus eum neglexit, res clarius et magis accurate describit. Ratio instituatur inter primam Nur-Aldini in Ægyptum expeditionem susceptam, a nostro, *fol. 177 v. et sqq.*, et a Boha-Aldino, *pagina 30, sq.*, descriptam. Noster res ita enarrat. Nur-Aldinus quum in eo occupatus esset, ut ad bellum sacrum copias pararet, mense Rabihæ prioris anni 559, Schawerus Damascum, ejus auxilium imploraturus, pervenit. Schawerus Nur-Aldino tertiam

redituum partem post feuda copiis danda, ut Nur-Aldini vicarius cum copiis in Ægypto remaneat et secundum Nur-Aldini mandata agat, promittit. Nur-Aldinus, diu incertus quid faciat, tandem Asad-Aldinum Schirguh, mense Djumadæ prioris anni 559, mittit. Nur-Aldinus Schirguho mandata dat, ut Schawerum in Wesiri dignitatem restituat; ipse cum reliqua copiarum parte, ad fines regionum quæ Damasco contiguæ in Francorum potestate erant, eos impediturus, quominus Asad-Aldino et Schawero in itinere sese opponant, proficiscitur. Qua re adjuti Asad-Aldinus Schawerusque, calamitatibus haud adflicti, Bulbaisum perveniunt. Nazir-Almusleminus, frater Dhirghami, cum Ægyptiorum copiis profectus, pugna fugatur et Kahiram redit. Asad-Aldinus, post illam pugnam secundo Marte pugnatam, apud Kahiram advenit, et ultimo mensis Djumadæ posterioris castra metatur. Dhirghamus, copias contra eos educens, ipse cum fratre in pugna cadit. Schawerus, honoris veste ornatus, in pristinam dignitatem restituitur. Asad-Aldinus aliquod tempus extra Kahiram castra habet; tum Schawerus, fœdere violato, eum in Syriam redire jubet. Hic se facturum esse negat, et ut promissis stet, postulat. Schawero ejus voluntati non satisfaciente, Asad-Aldinus legatos suos, qui Bulbaisum occupent, mittit. Terrarum Orientalium imperium exercet. Schawerus, his rebus commotus, Francorum auxilium implorat, dum iis metum, ne Nur-Aldinus Ægyptum in potestatem suam redigat, injicere studet. Hi, spe Ægypti expugnandæ commoti, precibus ejus statim satisfaciunt, et Bulbaisum castra movent. Nur-Aldinus, eos impediturus, versus regiones ipsorum copias ducit, qui vero, relictis, quæ regionem defenderent, copiis, rem non curant. Rex

Hierosolymarum cum reliquis copiis Bulbaisum proficiscitur, et magnam hominum multitudinem, qui in itinere sacro Hierosolymas venerant, auxilio vocat. Asad-Aldinus per trium mensium spatium Bulbaisi oppugnatur, nulla omnino clade adflictus. Nur-Aldinus, re commotus, contra Francos castra movet, et in magna pugna victoriam ex iis reportat. Franci, hac de clade pluribusque arcibus expugnatis certiores facti, in Syriam reversuri, ut Bamjasum arcem liberent, de pace componenda ad Asad-Aldinum mittunt. Asad-Aldinus, qui de victoria Nur-Aldini nullum acceperat nuncium, commeatu deficiente, pacem, conditione ut terras, quas occupaverit, Ægyptiis reddat, ipse vero in Syriam redeat, conficit. Asad-Aldinus hac expeditione Ægyptum exploraverat, et quam infirma esset regni potentia, cognoverat. Quod si vero hunc narrandi modum cum Boha-Aldini relatione conferas, multo noster illi præferendus videbitur. In aliis locis noster Boha-Aldini relationem in usum adhibuisse videtur. Uterque prælium Hittinense (Vit. Salad. *p. 67 sqq.* et noster *fol. 210*) describit, in quo noster illo brevior est; sed ita rem exponit, ut eandem rerum seriem, eundem narrandi modum observet, et pæne eadem verba habeat. Nihilominus tamen noster de suis nonnulla addit. Ubi Hierosolymarum expugnationem (conf. Vit. Salad. *p. 73 sqq.* et noster, *fol. 212 v.*) describit, noster plura haud levis momenti addit. In illa vero parte, ubi Boha-Aldinus testis ocularis fuit, eum a nostro neglectum non esse, locus, qui apud nostrum folio 221 legitur, abunde probat. Quum Zelah-Aldinus, post pæne quatuor annorum absentiæ spatium, vicesimo-sexto mensis Dsu-Alkahdæ, Damascum perveniret, in itinere Almalic Althsahirus, Halebum mense Ramadhani profectus, Hierosolymis

patri valedixerat. Narravit mihi (dicit noster) judex Boha-Aldinus Abu-Almahasen Joseph ben-Rafih ben-Tamim, illum patri valedixisse, tum misisse, ut reditus ob quasdam res sibi permitteretur. Intromisit eum ad se (sunt verba Boha-Aldini), me præsente, et Almalic Althsahiro dixit. Post hæc verba, totus sermo, qui in Vita Saladini, *p. 266, lin. 6 sqq.*, legitur, verbo tenus sequitur. Ex hoc quidem loco sequi videtur, nostrum, utitur enim voce اخبرنى et Boha-Aldinum loquentem inducit, libro Boha-Aldini non utentem, relata, quæ cum eo consentiant, a Boha-Aldino accepisse. Si vero observas, Boha-Aldini, id quod in ejus vita paucis probandum est, librum ante annum 613 compositum esse, nostrum vero librum suum usque ad annum 641 deduxisse; in isto temporis spatio Cemal-Aldino, in eodem oppido vitam degenti, neque liber ignotus nec difficilis comparatu esse poterat, ut nesciam cur, ut ratio textus utriusque instituta docere videtur, etsi uno loco a Boha-Aldino ipso relata narraverit, in aliis ejus librum in usum non adhibuerit. In auctore nostro plura, quæ ad Boha-Aldini vitam pertinent, leguntur; et quum vir ille tanta celebritate ornatus sit, vitam ejus contexere haud inutile putavimus, sed, eam ad finem libri addi, spatium non permisit. Tum si ab Abulpheda de prima in Ægyptum expeditione (post Vitam Salad. *p. 2 sqq.*) relata cum nostro conferas, utrumque inter se mirum in modum consentire te non præteribit. *i*) Præter libros aliorum auctorum, documenta pacis et diplomata in usum adhibuit; id quod ex duobus locis probare nobis liceat. 1) Quum, anno 358, decima-tertia nocte mensis Dsu-Alhedjæ, Antiochia a Græcis expugnata, Græci duce Altherbasio Halebum, Karghujæ auxilium ferentes, proficiscerentur, tum vero oppidum

oppugnarent; Karghuja cum iis pacem composuit, cujus conditiones tam accurate descriptæ sunt, ut nostrum ex documento eas excerpsisse, in dubium venire non videatur (conf. *fol. 43 sqq.*). 2) Mortadhi-Aldewla, mense Redjebi anni 406, ex oppido Halebi aufugiente, Afamijjæ præfecto Halebum vocato oppidum traditur, dum Fatehus arci præest. Fatehus, quum de rebus gestis Hacimum, Ægypti imperium gerentem, certiorem fecisset, hic, illi gratias agens, Halebi populo diploma mittit, quo injustitiæ abolentur et tributa anni 447 condonantur. Hoc diploma, quod auctor noster possidebat, libro suo inseruit *(fol. 57 r.)*.

Dum loquimur de fontibus auctoris, non prætereundum esse videtur, nostrum, ad tempus Halebi conditi definiendum, inscriptionis Græcæ, quæ ante ejus tempus anno 420 in ponte ad portam Antiochenam legebatur, rationem habuisse *(fol. 3 r.)*, nec non, ad constituendum præfecturæ duorum virorum annum, typo duorum obolorum antiquorum usum esse (conf. *p. 15 et 16* textus impr.). Auctor vero et ea retulit, quæ a viris, qui rebus aderant, fide dignissimis audiverat (conf. *fol. 209 v., 210 r., 254 v.*), inter quæ et a patre ipsi narrata (conf. *fol. 169 r. et 196 r.*) habenda sunt. Denique et plura narravit quæ ipse viderat.

5) Jam restat, ut de auctore ipso agamus: in qua vero re, quæ apud nostrum de majoribus suis leguntur, negligenda non sunt; nam quo majus temporis spatium illi Halebi degebant, et quo majore dignitate in illo oppido ornati erant, eo major nostro, in iis quæ refert, fides habenda est, quippe qui plures res gestas a majoribus acceptas, quæ aliis ignotæ essent, melius describere posset.

Quum Anuschtecin Aldisberi anno 429 Halebo poti-

c

tus esset, tritavum auctoris nostri Abu-Alhasanum Ahmedem ben-Jahja ben-Sohair ben-Abi-Djeradah muneri judicis præfecit. Hic usque ad annum 445, quo diem supremum obiit, hoc munus administrabat *(fol. 69 r. et 73 r.)*.

Abu-Alfadhlus Hebut-Allah, atavus auctoris, qui judicis et Imami munus in oppido Halebi administrabat, anno 488 mortuus est *(fol. 118 r. et 119 r.)*.

In locum ejus successit abavus auctoris nostri Abu-Ghanimus Muhammedes ben-Hebut-Allah, cui vero jam anno 490 judicis concionatorisque munus ademtum est *(ibid.)*. Anno 518, quum Halebum a Francis aliisque obsessum vehementer premeretur, idem tum temporis Halebi judex cum aliis Majjafarekinum ad Solaimanum ben-Ilghasi auxilii petendi causa missus est. Qui quum moram traheret, clam Mosulam aufugere, ubi ab Ak-Sonkaro Albarseki auxilium impetrarunt *(fol. 151 v.)*. Mense Rabihæ posterioris anni 534 hic vitam exspiravit *(fol. 166 r.)*.

Judex Halebi ab Atabeco avus auctoris nostri Abu-Alfadhlus Hebut-Allah ben-Muhammed ben-Abi-Djeradah creatur *(ibid.)*. Anno 554, quum Nur-Aldinus in arce morbo conflictaretur, frater ejus Nozrat-Aldinus Emir-Emiran Muhammedes ben-Senci, populum Halebi sibi propensum reddens, oppidum, arce excepta, in potestatem suam redegit, et Schiihtis permisit, ut in Idsano verba حى على خير العمل محمد وعلى خير البشر على adderentur; quam ob causam illi favebant. Quum vero Nur-Aldinus ex morbo recrearetur, ad Abu-Alfadhlum modo nominatum, qui judicis, concionatoris Imamique muneri præerat, misit, ut Idsanum secundum Abu-Hanifæ regulam restitueret. Anno 557, Nur-Aldinus omnibus terrarum suarum judicibus Cemal-Aldinum Abu-Al-

fadhlum Muhammedem ben-Alschehrsuri, ut judices vicariorum locum tenerent, præposuit. Plures judices ejus auctoritati parere nolebant, inter quos et avus auctoris nostri erat; qui, quamvis Nur-Aldinus, Halebum perveniens, eum ad se in arcem vocasset et dixisset, « Cum Cemal-Aldino hanc rem pacti jurejurando » sancivimus, tu vero vicarius noster es, et illi nil aliud » quam nomen judicis supremi est », tamen rem recusavit, dicens, se tributorum exactori vicarium futurum non esse *(fol. 175 et 176).*

Anno 574, judicis munus in oppido Halebi patruo auctoris nostri Abu-Ghanimo Muhammedi ben-Hebut-Allah ben-Abi-Djeradah oblatum est. Quod quum accipere nollet, pater auctoris munus obtinuit, quod et mortuo Almalic Alzaliho, sub Ihss-Aldino, Ihmad-Aldino, et aliquod tempus sub Zelah-Aldino, administravit *(fol. 196 r., 198 v. et 200 v.).* Quum anno 579 Ihmad-Aldinus Halebum Zelah-Aldino traderet, cum eo pepigit, ut munus concionatoris et judicis apud Hanefitas in familia Banu-Alahdim (id est auctoris nostri) permaneret, nec vero ad Schafeihtas transferretur *(fol. 203 v.).* Zelah-Aldinus tamen, consilio Alfakihi Ihsæ commotus, utrique munus ademit et Schafeihtis dedit.

Quum Almalic Althsahirus anno 596 morbo gravissimo tentaretur, inter alios religiosos, et patruum auctoris nostri in arcem ad se invitavit, eosque, ut pro ipsius salute preces facerent, rogavit.

Serie majorum auctoris nostri a tritavo usque ad ipsum (ab anno 429 usque ad annum 596) deducta, jam tractanda est auctoris nostri vita; sed, priusquam ordiamur, ante aliquod tempus, ejus vitam, a perillustri Silv. de Sacy scriptam, in libro inscripto *Biographie*

c.

universelle, sub voce *Khemal,* editam esse, monendum est.

Ohmarus ben-Ahmed ben-Hebut-Allah ben-Muhammed ben-Hebut-Allah ben-Muhammed ben-Hebut-Allah ben-Ahmed ben-Abi-Alkasim ben-Abi-Djeradah, socii Ahlii ben-Abi-Thaleb, Ebn-Ahmir ben-Rabiah, ben-Hawiled ben-Auhn ben-Ohkail Cemal-Aldinus Halebi initio mensis Dsu-Alhedjæ anno 588 natus est. A pluribus, ex. gr. Abulpheda, Hadji-Chalifa et Herbelotio, Ohmar ben-Ahbd-Alahsis appellatur: sed, quum in libro ipsius auctoris, Ebn-Challecano, Ebn-Alhanbalio supra citato, eodem modo legatur, rem errore ortam esse, dum nostrum pro altero paulo serius vivente haberent, etsi illa auctorum in nomine dissensio alio quidem modo explicari possit, affirmare non dubitaverim, quæ nostra opinio et cognomine altero, Abu-Hafzo, quod idem auctores nostro tribuunt, confirmatur; Abu-Almahasenus enim in opere suo *Menhel Alzafi* virum, quem cum nostro commutaverunt, Ohmarum ben-Ahbd-Alahsis ben-Ahmed, &c., Cemal-Aldinum Abu-Hafzum Alohkaili, Alhalebi, Alhanefi, qui, anno 673 (cod. vit. habet *773*) natus, anno 713 judex Halebi creatus est, et quarto mensis Dsu-Alhedjæ anni 720 diem obiit, appellat. A scriptoribus Ebn-Alahdim ابن العدم [filius egeni] sæpissime appellatur; sed quæ hujus nominis origo sit, dubium est. Jakutus, quam ob rem ipsius familia nomen Banu-Alahdim gereret, eum interrogasse dicit, et auctorem respondisse, « plures ex familia, quos de re interrogaverit, causam ignorasse; sed, quum atavus suus in poëmatibus, quamvis magnas possideret divitias, egestatis sæpius mentionem fecisset, et tempus questus esset, fieri potuisse, ut hanc ob causam nomen inditum esset; quæ si vero res aliter se haberet, se causam ignorare. »

Ex tribu Ohkail originem traxit et in oppido Halebi adolevit. Quum ibi multum temporis, pluribus præceptoribus, ex. gr. Ebn-Thebersedo, Ahbd-Alrahmano ben-Uhlwan, Josepho ben-Rafih, judice Halebi, aliisque usus, litteris operam dedisset, itinere Damascum facto, ibi, præceptoribus Alcendio, judice Ebn-Alchorasanio, Ebn-Thauso aliisque, in easdem litteras incubuit. In illo oppido studiis absolutis, Bagdadum se contulit, et Ahbd-Alahsisum ben-Muhammed ben-Alachdhar aliosque magistros sibi elegit. Ipse, litteras edoctus, plures habuit discipulos, in quorum numero filius, Ebn-Alahdjibus, Abu-Alkasimus Ahmedes ben-Alhusain aliique erant; legit enim Alcoranum, responsitavit, traditiones in variis regionibus sæpissime narravit et libros composuit. Ebn-Challecanus (in Vita Boha-Aldini Ebn-Schaddadi) judicem eum appellat; sed nostrum in oppido Halebi judicis munus non administrasse clarum est, quum judicum munera post chalifas Fathemitarum, sub gentis Hiobi imperio, ut Abu-Almahasenus narrat (Abu-Alahbbasus Ahmedes (cod. A. 642), in historia generali, dicit, Zelah-Aldinum Ægyptiorum judicibus, qui Schiihtæ essent, vicesimo mensis Djumadæ posterioris anni 566, munera ademisse et Schafeihtis tradidisse), dum ante hoc tempus judicum muneribus Hanefitæ in regionibus fungebantur, a Schafeihtis administrarentur. Anno 713, primus judex ex Hanefitis in oppido Halebi creatus est. Noster vero, ut tota familia, Hanefitarum sectam sequebatur. Quod si vero ex titulo quo ornatur (*Alzahib* vox sæpius Wesirum significat), et ex negotiis in quibus versabatur, res dijudicari potest, Wesiri locum apud principem Halebi tenuisse videtur. Anno 613 vel 614, filius Ahbd-Alrahmanus ei natus est, qui Halebi, Hamæ, Meccæ,

Damasci, Bagdadi, Mizri, Alexandriæ, sub pluribus præceptoribus scientias coluit, in templo magno Hacimi Kahiræ, primus Hanefitarum, concionatoris munus obtinuit, et Damasci judex, anno 677, diem supremum obiit. Anno 623 auctor noster iter sacrum Meccam suscepit; et quum in reditu, mense Zafari anni sequentis, Damascum veniret, ab Almalic Alaschrafo, qui a fratre Almalic Almuahthsthsamo tanquam captivus habebatur, ut ne litteras quidem Halebum mittere posset, vocatus est. Hic litteras ad Atabecum Schehab-Aldinum, quibus statum suum exponens, fratrem chamæleontis modo colores semper mutare scripserat, ei tradidit, et, ut ab illo, se Almalic Alaschrafo neque auxilium præstiturum, neque cum Almalic Alcamilo contra ipsum consensurum, et si Almalic Alcamilus contra ipsum tenderet, se ipsi contra eum auxiliaturum esse, jusjurandum acciperet, ab eodem petivit. Quum Cemal-Aldinus Atabeco rem pertulisset, se rem facturum negavit, quippe Almalic Alaschrafus ipsum in fidem Almalic Alcamili jurare, et ne sine ipsius mandato in ulla re cum rege aliquo consentiret, coëgerit: quam si rem velit, ipsi mandatum Almalic Alcamili mittat, necesse esse *(fol. 246 r.)*. Quum, fine mensis Zafari anni 634, Almalic Alahsisus, febre correptus, mortem appropinquare videret, homines ad fidei jusjurandum Almalic Alnaziro præstandum adegit, et Cemal-Aldinum ad fratrem Almalic Alzalehum misit Aihn-Tabum, ut ejus fidem sibi filioque Almalic Alnaziro præstandam jurejurando adstringeret. Quum, re peracta, rediret, ille jam mense Rabihæ prioris mortem obierat *(fol. 253 r.)*. Initio mensis Schawwali anni 634, Ahla-Aldino Caikobadso, Græcorum rege, Cæsareæ vita defuncto, auctor noster ad ejus filium Ghijats-Aldinum

Caichosru, ut eum consolaretur, et fœdus, modo quo cum patre sancitum fuerat, renovaret, legatus missus est. Mense Dsu-Alkahdæ ab eo jusjurandum accepit *(fol. 255 v.)*. Anno 635, ex Halebo cum Emiro Ahla-Aldino Thaibugha Althsahiri, ut inter Emessæ Hamæque principes controversias componeret, missus est. Primum Hamam profecti sunt, cujus princeps ab Emessæ principe Salmijjam et arcem, quam Almalic Almudjahidus renovaverat, Taschmimis appellatam, postulavit. Quum Almalic Almudjahido hæc nunciarent, dixit, illum possessionem ditionum, quæ in potestate sua essent, jurejurando affirmasse, et se hanc ob causam rem concedere non posse. Redierunt itaque Hamam legati, et ejus principi responsum, et eo, quod ipse postulaverit, fœdus violari, declararunt. Quibus verbis auditis, hic dixit: « Ille, ut exercitus mei copiam corrumperet, operam dedit, et ea re fœdus mecum junctum læsit. » Criminum autem multorum, quæ veritate carebant, eum insimulavit dicens: « Non possum non contra eum cum copiis proficisci; et quum Almalic Alcamilus Emessam oppugnat, huic socium me adjungam, et omnes vires studiumque in hac re consumam: sed in Halebo defendendo, ne ad vicum ejus ditionis hostis perveniat, opes et vitam consecrabo, et jusjurandum, quod feminæ perillustri (الستر العالى, id est Alchatun Almalicæ) et Almalic Alnaziro dedi, non negligam. » His verbis auditis, Cemal-Aldinus dixit: « Sed dominus haud nescius fœderis est, quod inter nos et Emessæ principem ictum est; ille autem fœdus cum nobis pactum non violavit. Quod si vero aliquis contra eum Emessam copias ducit, auxilium ei mittendum est; et si Halebi exercitus auxilio profectus fuerit, quid dominus facturus est? » Ille in loquendo offen-

dens dixit : « Cum eo pugnabo ; nam qui mecum pugnat, cum eo pugno. » Quæ quum Halebum scripsissent, mandatum, ut Halebum redirent, missum est. Principi non valedicentes statim profecti sunt, et nocte Lunæ, initio Djumadæ prioris anni 635, Alzadium pervenere, ubi Almihmandarus [hospes], cum vestibus pretiosis et itineris donis [تسفير], eos assecutus est. Illi, nulla re accepta, die Martis Halebum pervenere *(fol. 256 r. et v.)*. Eodem jam anno, legatus Sultani Ghijats-Aldini Caichosru missus est, qui Alchatun Almalicam affinitatem rogaret, ita ut ipse Sultanus filiam Almalic Alahsisi, sororem Almalic Alnaziri, Sultanus Almalic Alnazirus vero sororem Sultani Ghijats-Aldini in matrimonium duceret. Re decreta, homines in Sultani palatium in arce convenere, ubi Sultano Ghijats-Aldino domina Ghasijah Chatun data est. Cemal-Aldinus matrimonio præfectus erat, quod secundum Abu-Hanifæ statuta junctum est. Ob ætatem immaturam filiæ, quinquaginta denariorum millia doti data sunt. Locum Sultani Ghijats-Aldini, ejus legatus Ihss-Aldinus, judex Dukati, tenebat. Re finita, aurum inter homines sparsum est ; et quum eodem tempore columba nuncium de expugnato oppido Maahrræ Alnohman afferret, duæ res lætæ uno tempore annunciabantur *(fol. 257 r.)*. Quarto die mensis Schawwali anni 635, auctor noster legatus in Græcorum regiones, ut matrimonium inter Sultanum Almalic Alnazirum et sororem Sultani Caichosru, quæ erat filia materteræ Almalic Alahsisi, patris Almalic Alnazeri, conjungeret, missus est. Sultanus, de adventu Cemal-Aldini certior factus, iter, quod in regiones Iconii facturus erat, distulit, et nuncium celerem [يرلغا], priusquam Iblistanum (sine punct. diacr.) perveniret, Akdjam-Derbend misit, qui, ut iter acceleraret, eum

incitaret, et Sultanum ob ejus adventum iter distulisse, eum certiorem faceret. Tum alterum nuncium misit, qui, usque ad Semendum perveniens, ut festinanter iter faceret, eum commovit. Magnis itineribus hanc ob causam usque ad Cæsaream profectus est. Quum vero Sultanus Caikobadsijjæ commoraretur, et ipsum in hunc locum ad se vocaret, Cæsareæ moratus non est. Adventus die, Martis nempe, decimo-sexto Schawwali anni 635, admissus est. Matrimonio concesso, Sultanus Cemal-Aldinum Camjarum, ut cum auctore nostro, de conjugio Almalicæ Chatun, filiæ Caikobadsi, pactionem faceret, constituit. Eadem hora Cæsaream intraverunt, et judice testibusque congregatis, cum Camjaro, ut quinquaginta millia denariorum sultanicorum doti darentur, pactus est. Illo vero die, innumerabilis copia rerum pretiosarum [من التجمل], vasorum aureorum argenteorumque, publice exponebatur. Spargebantur quoque inter homines mille denarii, qui cum auctore nostro advenerant. In Sultani vero palatio magna copia auri, dirhemorum, vestium et sacchari, spargebatur. Audiebantur et organa lætitiæ, magnumque gaudium manifestabatur. Cemal-Aldinus, re feliciter peracta, statim quendam ex sociis Halebum, ut rei nuncium perferret, misit. Ipse vero non multo post rediens, die Jovis, nono Dsu-Alkahdæ, Halebum pervenit. Die adventus Sultanus Almalic Alnazirus ei obviam venit *(fol. 257 v. et 258 r.)*. Anno 637, Kahiram ad Almalic Alahdilum legatus, ut ei de victoria ex Francis ad Gazam reportata gratularetur, et ab eo peteret, ut amitas suas, ambas filias Almalic-Alahdili, cum ipso ad sororem ipsarum Almalicam Halebum iter facere permitteret, missus est. Quum Almalic Alzalehus Hiobus Kahiram mane die Solis, vicesimo-quarto mensis Dsu-

Alkahdæ intrasset, Cemal-Aldinum ad se vocavit, et dixit : « Terræ coram femina perillustri oscula infige, eamque certiorem fac, me servum suum esse; ipsam apud me locum Almalic Alcamili tenere, ita ut in suo servitio et ad obsequium mandatis suis præstandum vitam ponere paratus sim. » His similia Almalic Alnaziro nuncianda ei mandavit. Ex Ægypto profectus, cum Almalic Alzaleho Ismahile ben-Almalic Alahdil, die quarto Almuharremi anni 638, convenit. Hic ad Almalicam Alchatun litteras ei tradidit, quibus eam contra Almalic Alzalehum, Ægypti principem, si contra ipsum copias duceret, auxilium rogavit. Voluntati ejus non satisfecit *(fol. 260 v.)*. Quum die Jovis, quarto Rabihæ posterioris anni 638, exercitus Halebensis, a Chawaresmicis clade accepta, plane deletus esset, ad Almalic Alzalehum Ismahilem, filium Almalic Alahdili, ut ab eo jusjurandum exigeret, legatus missus est. Damascum perveniens, mense Djumadæ posterioris jusjurandum ab eo accepit, petiitque ut alia mitteret auxilia, quæ numerum eorum, quæ Halebum ab ipso missa essent, augerent. Ille, precibus ejus commotus, alia auxilia proficisci jussit *(fol. 263 r.)*. Ante annum quinquagesimum, cum filio suo Muhammede, qui, post patrem defunctum magna celebritate fruitus, Hamæ sedem fixit, nec non Aldimjathio, Bagdadum profectus est, ut filius viris sapientibus illius oppidi magistris uteretur (Abu-Almahasen in libro *Menhel Alzafi*). Abu-Almahasenus, in tertia parte operis sui *Alnodjum Alsahirah* inscripti, nonnulla, quæ paulummodo quidem ultimum vitæ spatium hujus viri explicant, sed non omnino tenebras, quibus ejus pars obtecta est, removent, retulit. Cemal-Aldinus, et post annum 641, semper apud Halebi principem Wesiri locum tenuisse videtur; nam,

quum anno 657 Tatari Syriam invaderent, ab Halebi Syriæque principe Almalic Alnaziro Zelah-Aldino Josepho in Ægyptum ad Almalic Almanzurum, ut hujus auxilium contra eos imploraret, missus est. Post ejus adventum, quum firma consilia ad repellendos Tataros non inirentur, Emirus Kothos appellatus, convocatis Cemal-Aldino legato misso, principibus Emirisque Ægyptiacis, illo tempore duro non puerum, sed virum fortem et prudentem imperio gerendo opus esse exposuit. Rem omnibus probantibus et ipsum solum imperio convenire dicentibus, eodem die Sabbati, decimo-septimo mensis Dsu-Alkahdæ anni 657, hic Almanzuro imperio ademto ornatus est. Novus princeps Burhan-Aldinum ad responsum Almalic Alnaziro perferendum cum Cemal-Aldino proficisci jussit. Uterque Damascum perveniens, ubi tunc temporis Almalic Alnazirus erat, legatione functus est. Quum, nono mensis Zafari anni 658, Tatari, securitate promissa, Halebum ditionis suæ fecissent, Almalic Alnazirus medio hujus mensis, se imparem pugnando cum Tataris habens, e Damasco cum Emiris suis abiens, versus ditiones Ægyptiacas profectus est. Et Cemal-Aldinum inter ejus socios fuisse, etsi historici taceant, vix in dubium vocari potest: sed, quum Abu-Almahasenus in libro modo citato, vicesimo-sexto mensis Rabihæ prioris, diploma ab Holaguo missum, quo judici Cemal-Aldino Ohmaro ben-Alahdim loco Zadr-Aldini mortui munus supremi judicis in omnibus Syriæ oppidis usque ad Mosulam et Majjafarekinum traditum esset, advenisse referat, et nostrum ab hoc nominato diversum esse probari non posse videatur, eundem, captivo facto a Tataris Halebi principe, Damascum, cujus incolis a Tataris securitas concessa esset, vel a Tataris libertate donatum, si cum domino cap-

tivus fieret, vel, si solus in Ægyptum fugam ceperit, Tatarorum promissis fidem habentem mox rediisse, colligi potest. In patriam reversus, a Tataris destructum oppidum et incolarum cædem videns, elegia longa, cujus plures versus historiæ suæ Abulpheda inseruit, casum deploravit (Abulpheda). Rediens in Ægyptum, extra oppidum Mizri vicesimo-nono Djumadæ prioris (Abulpheda scripsit: mense Dsu-Alhedjæ) anni 660 diem supremum obiit, et ad montem Mokaththam (in Kerafa) sepultus est. Alhafithsus Ahbd-Allahus Aldsehebius magna laude eum ornavit. Excellebat (hæc sunt verba) meritis, ingenio, dignitate, solertia, sagacitate, consilio, astutia, majestate et reverentia; ex memoria traditiones exponebat; erat historicus fidelis, jurisconsultus celeber. Abu-Muhammedes Aldimjathi, Cemal-Aldini discipulus, in collectione sua locum ei concessit, et versus hos, quos in oppido Sorra-man-raah ex eo audiverat, citavit:

نزلنا سر من راى فازدهتنا   محاسنها الدوارس اذ نزلنا
وخاطبنا لسان الحال منها   حللنا قبلكم ثم ارتحلنا

In oppidum Sorra-man-raah pervenimus, et deliciæ ejus obliteratæ nos, quum sedem figeremus, levi pendebant.
Sed lingua status earum nos ita allocuta est: Hic ante vos sedem habuimus, tum profectæ sumus.

Abu-Almahasenus (in libro *Menhel Alzafi*) dicit: Ille est auctor Historiæ Halebi aliorumque librorum, neque vero in hac familia eadem scientia, ingenio, scriptura et celebritate præditus vixit secundus. Post nostrum et plures ex eadem familia viri doctissimi prodiere.

6) Codicis forma quadrata est. Ducenta et sexaginta-novem folia continet, e quibus inter octavum nonumque, ut verba Arabica من هنا مفقود كراسة in superiore folii noni

margine scripta indicant, unum desideratur. Quo tempore hoc folium exciderit, decerni nullo modo potest. Jos. Ascarius, anno 1735, in adnotatione quæ in initio libri legitur, integrum foliorum numerum nominavit; sed quum verba Arabica modo citata folium, antequam codex in Bibliothecam regiam transferretur, desideratum esse, probare videantur, virum hunc foliorum numerum ex fine libri, ubi numerus plenus adscriptus est, sumsisse, non est quod dubitemus. Numero foliorum vero, qui in fine codicis ab Arabe scriptus legitur, eum initio completum fuisse, efficitur. Inter illa quæ continet folia, octogesimum-primum seriore et omnimodo diversa manu scriptum esse, reperimus. Scriptura in charta densa, dentata, lurido colore prædita, nec magna neque parva est; ductus litterarum haud pulcher, sed distinctus: sed, quum in haud paucis verbis nonnulla puncta diacritica, in aliis omnia desiderentur, inde in quibusdam locis difficultas legenti exoritur. Plura quoque puncta diacritica, quæ nigriora cæteris sunt, a manu secunda addita esse videntur. Præterea codex e vetustate in primo folio multum damni passus est. Aqua in multis, vermes in paucis locis, ita tamen ut scriptura non omnino in illis locis deleta sit, codici nocuerunt. Versus libri finem, nonnullis locis, in quibus mensis definiendus dies omissus erat, occurrimus. Ibi scriba semper spatium reliquit, ut autographo, re auctoris memoria dilapsa, idem defecisse videatur. Atramento color niger mansit. Quo tempore codex noster exsignatus sit, verba quæ in fine codicis eadem manu quam codicis major pars, paulo quidem implicatis ductibus, scripta leguntur, docent : يقول كاتبها كتبت هذه النسخة من خط مولفها المولى الصاحب كمال الدين ابي حفص عمر بن احمد بن هبة الله بن ابي جرادة الحلبي رحمه الله تعالى ورضى عنه وهذا اخر ما وجدته بخطه وذلك لاحدى عشرة ليلة

خلت من ربيع الاخر سنة ست وستين وستمية احسن الله حالها » Dicit scriba hujus codicis: Exscripsi eum ex autographo auctoris, domini, Wesiri Cemal-Aldini Abu-Hafzi Ohmari ben-Ahmed ben-Hebut-Allah ben-Abi-Djeradah Halebensis, quem Deus altissimus misericordia et benevolentia beet. Hoc vero est ultimum, quod auctoris manu scriptum inveni. Undecima nocte Rabihæ posterioris anni 666, quem Deus ornet! » Haud levioris momenti sunt verba margini, fol. 29, 69, 99, 109, 149, 169, 244 et in fine adscripta. In duobus solummodo ex his verba integra leguntur; sunt folio 99: بلغ مقابلة بخط المولف رحمه الله « Collatus est cum manu auctoris, cujus Deus misereatur! » et fol. 169, بلغ مقابلة بالاصل المكتوب منه « Collatus est cum autographo, ex quo exscriptus est. » In margine folii ultimi pæne eadem verba: بلغ مقابلة بالاصل المنتسخ منه المكتوب بخط مولفه رحمه الله: « Collatus est codex cum autographo, ex quo transcriptus est, et quod manu auctoris, cui Deus faveat, scriptum erat. » Inde enim, frequentes additiones et correctiones, quæ per totum codicem in margine leguntur, ex autographo factas esse, sequitur. Quas vero additiones et correctiones, licet pluribus locis atramento nigriore a textus scriptura se distinguant, a scriba qui totum codicem exscripsit, quum litterarum ductus, paulo quidem minores, iidem esse videantur, additas esse, affirmare non dubito. Ubi textui a nobis hæ insertæ sint, in inferiore paginæ parte indicavimus. Alia vero margini adscripta, paucis exceptis, nullius momenti sunt. Quæ modo dicta quum ita se habeant, codicis pretium majus statuendum est.

7) His præmissis, pauca, quibus priori præfationis parti finis imponitur, de fide auctoris addenda sunt. Oppido Halebi maxima semper in rebus, quæ in Syria

gerebantur, auctoritas erat. Sedes erat Atabeci Senci; qui anno 541 occisus est, et sub Nur-Aldino, qui plures viros doctos in hoc oppidum vocavit, præcipue florebat *(fol. 171 r.)*. Quum Boha-Aldinus ibi sedem fixisset, ejus studio in pristinam dignitatem litteræ, paulummodo neglectæ, restituebantur. Ipsum quoque oppidum multos viros, qui ingenio et doctrina pollebant, nutrivit. Cui si addas, Halebum post annum tricesimum quinquagesimum-primum, quo tempore per octo dierum spatium a Græcis, duce Nicephoro, occupatum erat, neque ab his nec a Francis expugnatum esse, quapropter et honoris causa اصل الملك « regni fundamentum » (conf. Vitam Salad. *p. 65*), et ام البلاد « mater regionum » nominatum esse videtur, ibi plures libros, documenta, &c., quæ res in Syria gestas conscribenti maximam utilitatem afferre possent, exstitisse, quis est qui dubitet? Et in auctoris familia, quæ, ut supra a nobis demonstratum est, per magnum temporis spatium Halebi non solum degebat, sed, quod prætereundum non est, judicis munus administrabat, et magnis divitiis auctoritateque excellebat; plura, quæ Halebi Syriæque historiam illustrarent, fuisse, negari non potest; id quod ipsius auctoris verbis in præfatione confirmari videtur: وارجو ان يكون وصل الى من ذلك ما لم يصل الى سوايي وان ابلغ من عفو الله ورحمته نهاية سولى واقصى مناى « Et spero hujus rei ad me pervenisse, quod ad alium præter me non pervenit, et ad terminum precum mearum et finem votorum meorum, quæ est clementia et misericordia Dei, me perventurum esse. » Erant præterea majores auctoris et ipse auctor in rebus gerendis occupati. Tota autem historia Orientalis in tribus fundamentis principalibus nititur, vel in traditionibus, vel in libris historicorum, vel in iis quæ auctores oculis

viderunt. Libri sunt, qui unum vel duo vel tria complectantur: noster ex tribus conscriptus est; sed nostro non minorem, quam meliori ex Orientalibus historico, fidem habendam esse, non solum ex iis quæ de fontibus quibus auctor usus est, et de modo quo librum conscripsit, diximus, colligi potest, sed quoque Orientalium celebrium, ex. gr. Ahbd-Allahi Aldsehebii et Abu-Almahaseni, quorum unus historicum fidelem eum appellat, alter, omnes familiæ suæ doctrina, ingenio et celebritate eum superasse, dicit, testimonio confirmatur.

II. Alteram præfationis partem, priore supra modum pæne aucta, breviter tractare animo habemus, et plura quoque, quibus hic locum dare possumus, libellum nostrum inspicienti, etsi sint tacite relicta, patebunt. In edenda codicis historici parte duplexparari potest utilitas: una historiæ, quæ est major, et cum hac conjunctæ geographiæ, altera linguæ cognitioni; et ut opus hanc duplicem utilitatem haberet, operam dedimus. Ad textum, qui e codice descriptus est, sine vitiis edendum omnem diligentiam adhibui; et si conversio quæ textum sequitur, verum verborum sensum exprimeret, nec vero nimis abhorreret a linguæ latinæ ratione, fore, ut non parvas inde voluptates perciperem, speravi. Hanc rem haud facilem factu esse, cui linguæ Arabicæ structura incognita non est, nemo non intelligit; fieri enim potest, ut incidat in Scyllam, qui vult vitare Charybdim. Veniam dent viri docti! Nomina Arabica propria litteris latinis reddere perdifficile est; quot homines, tot fere scribendi modi reperiuntur: sed inter omnes, quibus id fieri potest, modos, qui Arabes viventes imitatur, præferendus esse videtur; quam ob causam, non nescius quidem, et hunc in vituperationem

venire posse, eum secutus sum. Has litteras latinas loco Arabicarum scripsi : ا *A*, ب *B*, ت *T*, ث *Ts*, ج *Dj*, ح *H*, خ *Ch*, د *D*, ذ *Ds*, ر *R*, ز *S*, س *S*, ش *Sch*, ص *Z*, ض *Dh*, ط *Th*, ظ *Ths*, ع *Ah*, *Ih*, *Oh*, *Uh*, غ *Gh*, ف *F*, ق *K*, ك *C*, ل *L*, م *M*, ن *N*, ه *H*, و *W*, ى *I*. Observandum est, litteram ع vario modo, prout variæ vocales cum ea conjunctæ erant, scriptam esse. Vocalem ante litteram *H* posuimus, quum ita sonum, quem in efferenda hac littera ab Arabibus audivimus, imitari videremur. Cæterum hæc littera et nonnullæ aliæ linguæ Arabicæ litteris latinis nullo modo accurate designari possunt. Loco litteræ ك scripsimus litteram *C*, ut a ق *K* distinguatur; sed hanc litteram semper ut *K*, paulo quidem lenius, efferendam esse, prætereundum non est. Nunquam, si excipis vocem *Kathronnada*, ubi in codice efferendi modus adnotatus erat, vocalem Nunnationis, nunquam Teschdidum litterarum solarium scripsimus; nobis enim, nec Arabibus quidem hujus temporis hanc regulam semper observantibus, ut vocem, quoad ejus fieri posset, iisdem ac scripta esset litteris transcriberemus, cordi erat.

His rebus præmissis, jam restat, ut de adnotationibus, quas conversioni subjunximus, pauca addamus. Sunt triplicis argumenti: ad historiam, geographiam et critices linguæque cognitionem pertinent. In notis historicis, ut ex codicibus Bibliothecæ regiæ, quæ historiæ Orientis et præsertim Syriæ, quoad illa ad textum nostrum referenda essent, utilitatem afferre viderentur, omissis, quæ in libris editis leguntur, eligeremus, operam dedimus; qua in re vero, quum libri editi non semper in manibus essent, ut interdum a proposito paulummodo recederemus, fieri potuit. Ubi in res ab auctoribus editis varie vel false relatas incurri, eas in

adnotationibus vel indicavi vel correxi. Viros, quorum ab auctore meo mentio facta est, non neglexi; annum iis natalem, urbem patriam, obitus tempus, et quas majoris momenti res gesserint, ex pluribus codicibus collexi, et inter se collata, vel ut in iis legebantur, in latinum sermonem verti, vel magis minusve, ut rei convenire videbatur, contraxi. In adnotationibus easdem res, vario modo a scriptoribus Arabicis narratas, legis: qua in re magis adnotationes scribentis, quam ejus qui historiam instituit, officio satisfacere studuimus; sunt enim de rebus, præcipue antiquissimis Islamismi temporibus gestis, variæ et sæpius sibi contradicentes traditiones, de quarum veritate judicium facere, magnæ difficultatis est. Illarum rerum historiam componentis est, testibus omnibus, quoad ejus fieri potest, collatis, a falso verum discernere, dum ejus qui historicum Arabicum edit, esse videtur, relata auctorum in adnotationibus exponere et falsas eorum de rebus sententias non omittere, quia, sæpissime ex vero falso orto, ex falso verum dijudicari potest, ut, pluribus, et iis optimis, historicis editis, dum unus alterius in edendo novo rationem habet, illi qui historiam Orientis componere animo habeat, omnia, ad vera a falsis discernenda necessaria, ante oculos posita sint; talis enim auctorum in orbe terrarum dispersa multitudo invenitur, ut unus tanto labori par esse non possit. Dummodo ex variis a nobis relatis ea utilitas, quæ quidem non parva est, capiatur, ut, ad Orientis historiam componendam permultum desiderari, intelligant, magnum suscepti laboris præmium putamus; fore enim, ut viri, quorum curæ hæc provincia commissa sit, qui tantum laborem, interdum quidem ingratum, semper utilem, suscipere velint, eos benevolentia adjuvent, spe-

randum est. Titulos codicum historicorum quos in usum adhibuimus, additis quibusdam adnotationibus litterariis, breviter recensere liceat : nam de vita plurium auctorum, ut nobis in animo erat, nonnulla addi, spatium nimis angustum ; de fontibus autem horum auctorum a nobis agi, et consilium in libello nostro scribendo susceptum, et rei difficultas vetat. A viris doctissimis quibus bibliothecarum aditus patet, ut, in introductione in historiam Orientalem, fontes historicorum critice definiant et describant, instanter petimus. Hic vero loci viris clarissimis LANGLÈS et CHÉZY, quorum alter, summa erga nos benevolentia usus, et Bibliothecæ regiæ codicum, et ipsius librorum maximis impensis, majore cura coëmtorum, copiam liberam nobis concessit; alter summa humanitate, nil, quo in studiis nostris adjuvaremur, omisit, debitam persolvere gratiam, pium et pergratum officium nobis est. Quo nos fata vocent, in animo rei jucunda memoria oblivione non delebitur.

N.° 626. Tarich Aldsehebi vel Tarich Alislam [Chronicon Dsehebii vel Chronicon Islamismi]. Liber in duodecim tomos divisus, a Muhammedis genealogia incipit et usqúe ad annum 741 perducitur. Auctor est Schems-Aldinus Abu-Ahbd-Allah Muhammed Almizri [Ægyptius]. In adnotatione Arabis cujusdam, quæ in primo codicis folio est, post vocem *Ahmed* additur, *Ebn-Ohtsman ben-Kaïmas Ebn-Ahbd-Allah Alfaresi Aldimaschki* [Damascenus]. Ibidem, eum anno 673 natum, die Lunæ, tertio mensis Dsu-Alkahdæ anni 748, in ætate septuaginta et quinque annorum mortuum et Damasci ad portam Alzaghir [portam parvam] sepultum esse, legimus ; qua de re inter hunc et Hadji-Chalifam, qui, eum anno 746 obiisse, contendit, dissensio est. Codex noster primum tomum, qui res in spatio qua-

draginta annorum gestas narrat, complectitur (conf. præc. librum inscriptum : *Dizionario storico degli autori Arabi piu celebri, compil. dal Dottore Giambernardo de Rossi. Parma, 1807, pag. 60*).

N.° 638. Ohjun althawarich [Chronicorum fontes] in sex tomis. Finit anno 760. Auctor hujus libri Fachr-Aldin Muhammedes ben-Schacir Aldimaschki [Damascenus] anno 764 diem obiit (Hadji-Chalifa). Codex continet tertiam operis partem, ab anno 80 — 123, et octavam, ab anno 219 — 250.

N.° 639. Tarich alcholafa [Chronicon chalifarum]. Codex in chalifatu Mehdii incipit et anno 886 finit. Auctor est Ahbd-Alrahmanus Muhammedes ben-Abi-Becr Alsojuthi, qui anno 911 diem obiit (vide præc. de Rossi, *libr. citat.* p. 176).

N.° 640. Marah alseman fi tarich alachjan [Speculum temporis in historia principum]. Auctor libri est Abu-Almuthsaffarus Josephus ben-Karah Ahli, notus nomine Sebt-Aldjusi, qui anno 654 diem obiit (Hadji-Chalifa). Corrigendus est clar. de Rossi, in libro citato, p. 86, quum Ahbd-Alrahmanum ben-Aldjusi, qui anno 579 vitam exspiravit, nostrum esse putaverit. Codex noster anno 190 incipit et anno 281 finit.

N.° 645. Tarich Alnowairi [Chronicon Nowairii]. Liber inscriptus est *Muntaha alarab fi ihlm aladab*, vel, quum Hadji-Chalifam sequeris, cujus tamen codex ibi vitiosus erat, *Nihajeh alarab fi fonun aladab* [Summum Studium in scientiis humanioribus]. Auctor est Ahmedes ben-Ahbd-Alwahhab ben-Ahmed, Schaich, doctor, historicus, Schehab-Aldinus Albicri Alnuwairi Alschahfei. Erat jurisconsultus, peritus, historicus eloquens, vir in litteris versatissimus, calligraphus, ita ut Albocharii exemplar mille dirhemis venderet. Circiter quin-

quaginta annos natus, anno 732 diem obiit (conf. Menhel Alzafi et Hadji-Chalifam). Historiam quam scripsit, triginta partes complectitur. (Hadji-Chalifa dicit decem, ut tres partes uno tomo contineantur.) Noster codex, vicesima prima, secunda et tertia pars totius operis est (conf. præc. de Rossi, *libr. citat.* p. 152).

N.is 659, 660 et 669. Nodjum alsaherah fi moluc Mizr w'Alkahirah [Sidera splendentia in regibus Ægypti et Kahiræ]. Auctor est Abu-Almahasenus, qui et nomine Tagri Wirdi vel Bardi notus est. Magnum est opus, quod non solum res Ægyptiacas optime explicat, sed quoque aliarum regionum rationem habet (conf. de Rossi sub voce *Tagri Bardi*, p. 183).

N.o 668. Sobdah alficrah fi tarich alhidjrah [Cremor cogitationis in historia Hedjiræ]. Libri, qui, secundum Hadji-Chalifam, undecim tomos complectitur, auctor est Emirus Rocn-Aldinus Bibars Almanzuri Aldewadar, qui post annum septingentesimum diem supremum obiit. Res gestæ annorum serie narratæ sunt. Codex, quinta libri pars, anno 252 incipit et 322 finit.

N.o 675. Inscriptus est codex *Almukaffa*. Ibi vitæ virorum celebrium ordine alphabetico tractantur, et auctor est celebris Taki-Aldinus Makrizi. Ut in titulo observatur, auctoris autographum est, id quod multis indiciis clarum a viro perill. Silv. de Sacy confirmatur (conf. Chrest. Arab. *t. II, p. 518*). In bibliotheca Gothæ, nisi nos fallit opinio, altera hujus autographi pars conservatur. Noster nomine *Thinal* incipit, et finit nomine *Ahbd-Allah ben-Alkasim* (de hoc auctore conferas præc. libr. modo cit. *t. II, pag. 413 sqq.* et de Rossi, *p. 120*).

N.o 726. Boghjah althalab fi tarich Halab [Desi-

derium quærendi in historia Halebi]. De hoc codice jam supra dictum est.

N.° 731. Est opus cognitum *Wafijah alahjan* [Obitus virorum celebrium] ; cujus auctor est Schems-Aldinus Abu-Alahbbasus Ahmed Ebn-Challecan, natus anno 608 et mortuus 681 (conf. librum inscriptum *Biographie universelle*, sub voce *Ibn*, et de Rossi, *p. 57*).

N.° 774. Raudah almanatsir fi achbar alawajil w'alawachir [Hortus observationum in nunciis primorum et ultimorum]. Auctor est Muhibb-Aldinus Abu-Alwalid Muhammed Ebn-Schohna, Halebi natus, qui anno 883 diem obiit (conf. de Rossi, *p. 169*).

Cod. Th. Liber numero non signatus, a pluribus, ex. gr. Cardonne, p. 23, *avant-propos* libri inscripti *Histoire de l'Afrique et de l'Espagne*, Abu-Djahfaro Althabari falso tribuitur. In præfatione auctor dicit se libro, quem ex 400 codicibus composuerit, nomen *Tarich alcamil alschamil lidjamah alawachir w'alawajil* imposuisse. Etsi, quis fuerit auctor, pro certo affirmari non potest, liber historiæ utilitati multum servit. Duo tomi, quos in usum adhibuimus, neque eadem manu scripti neque completi sunt.

Nil dicendum de Mirchondo, omnibus noto, cujus textum, quia in variis codicibus varia sæpius leguntur verba, addidimus ; sed codex quem litteris *P. B.* [Persicum Berolinensem] citavimus, silentio omnino prætereundus non est. Per duos dies eum inspicere nobis licuit : sed illo brevi tempore, eum recentem quidem, sed optimum, esse cognovimus. Auctor est Haidarus ben-Ahli Husaini Rasi, qui eum ab anno 1020 usque ad 1028 Hedjiræ ex melioribus historicis, quorum multos in præfatione appellat, contexuit. Alia quidem

de hoc libro dicenda in promtu sunt; sed plura, quæ alibi locum habebunt, hic addi, præfationi jam imponendus finis vetat.

In notis geographicis, omissis, quæ apud clar. Golium ad Alfarganium, Schultensium in Vita Saladini et in Abulphedæ Tabulis Syriæ narrata sunt, loca in codicibus geographicis, quoad nobis erant utilitati, occurrentia latine vertimus. Quum textus, ut videtur sæpius corruptus scribarum negligentia, pluribus locis corrigendus esset, eundem addere haud inutile et pæne necessarium putavimus. Opera quæ in usum adhibuimus, sunt,

1) Lexicon geographicum, cujus auctor Sojuthius est. Titulus libri est مراصد الاطلاع على الامكنة والبقاع *Loca observationis, unde conspicitur in loca et regiones.* Schultensius in præfatione ad Vitam Saladini, cum Herbelotio, quibus et Kœhlerus in procemio assentit, auctorem esse contendit Zafi-Aldinum Ahbd-Almumen ben-Ahbd-Alhakk, qui librum ex Jakuti magno opere معجم البلدان excerpserit; sed, si Hadji-Chalifæ sub voce معجم البلدان fides habenda est, hujus libri auctorem Djemal-Aldinum Alsojuthium esse, affirmare non dubito. Cur librum excerpserit, in præfatione pluribus exponit.

2) Lexicon synonymorum geographicorum auctore Jakuto, cui titulus est المشترك وضعا والمختلف مقعا *Loca in nominibus eadem, situ diversa.* Liber satis cognitus est, ut nil addendum esse videatur.

3) In nonnullis locis quoque parvus Zamachscharii tractatus, et Ebn-Alwardii liber خريدة العجايب وفريدة الغرايب *Margarita non perforata rerum mirabilium et Gemma pretiosa rerum peregrinarum*, usui nobis erant. Falso nonnulli (conf. Kœhleri procemium et de Rossi, *p. 35*), Ebn-Alwardium anno 760 diem obiisse, narraverunt. Hadji-Chalifa non accurate obitus annum septingente-

simum et quinquagesimum esse definivit. In oppido Halebi, decimo-septimo mensis Dsu-Alhedjæ anni 749, fato functus est (conf. Menhel-Alzafi).

In adnotationibus quæ ad linguam et artem criticam pertinent, libris lexicographorum Firuzabadii et Djauharii nullis non notorum sæpius, commentario Alcorani, cujus auctor est Beidhawius, et scholiis in carmina Motenabbii interdum, usi sumus. Plures quidem codices quam citati ex usu nobis erant; sed, quum solummodo uno vel altero loco citati essent, hic loci de iis disserendum non esse putavimus.

Sed, antequam præfationi finis imponatur, a lectoribus venia petenda, et præceptori fautorique nostro benignissimo, viro perillustri Baroni Silv. de Sacy, pro tot tantisque in nos beneficiis collatis, gratia persolvenda est. Dum in una re maxima illorum humanitatis fiducia, ut plura faciamus verba, non permittit, in altera et res ipsa et animus noster, ut omnino taceamus, postulat. Ubinam in hac re incipiendum, ubinam finiendum esset ? Et quævis verba a nobis fusa, neque gratiam nostram, neque quantum ei debeamus, explicarent. Utinam Deus optimus, maximus, quem, ut in remunerandis fautoribus vicem nostram impleat, etiam atque etiam rogamus, in posterum talis viri favore dignos nos reddat, ipse vero Sahdii versu de silentio excusatos nos habeat :

عاشقان کشتکان معشوقند
بر نیاید زکشتکان اواز

Amantes ab amatis occisi sunt, nullus ex occisis auditur sonus.

نبذة من الكتاب المسمى

بزبدة الحلب من تاريخ حلب

ثم ان خالدا رضى الله عنه سار الى حلب فتحصن منه اهل حلب وجا ابو عبيدة رضى الله عنه حتى نزل عليهم فطلبوا الى المسلمين الصلح والامان فقبل منهم ابو عبيدة وصالحهم وكتب لهم امانا ودخل المسلمون حلب من باب انطاكية وحفوا حولهم بالتراس داخل الباب فبنى ذلك المكان مسجدا وهو المسجد المعروف بالغضايرى داخل باب انطاكية ويعرف الان بمسجد شعيب ولما توجه ابو عبيدة الى حلب بلغه ان اهل قنسرين قد نقضوا فرد اليهم السمط بن الاسود الكندى فحصرهم ثم فتحها فوجد فيها بقرا وغنما فقسم بعضها فيمن حضر وجعل الباقى فى المغنم وكان حاضر قنسرين قديما نزلوه بعد حرب الفساد التى كانت بينهم حين نزل الجبليين من نزل منهم فلما ورد ابو عبيدة عليهم اسلم بعضهم وصولح كثير منهم على الجزية ثم اسلموا بعد ذلك بيسير الا من شذ منهم وكان بقرب مدينة حلب حاضر

حلب يجمع اصنافا من العرب من تنوخ وغيرهم فصالحهم
ابو عبيده على الجزية ثم انهم اسلموا بعد ذلك وجرت بينهم
وبين اهل حلب حرب اجلاهم فيها اهل حلب فانتقلوا الى
قنسرين وكانت قنسرين وحلب اذذاك (a) مضافتان الى
حمص فافردهما يزيد بن معوية فى ايامه وقيل افردهما معوية
ابوه ولما بلغ عمر بن الخطاب رضى الله عنه ما فعل خالد
فى فتح قنسرين وحلب قال امر خالد نفسه يرحم الله ابا
بكر هو كان اعلم بالرجال منى يعنى ان خالدا كان امير
المسلمين من جهة ابى بكر رضى الله عنه على الشام فلما
ولى عمر عزله وولى ابا عبيدة ثم ولاه عمر رضى الله عنه على
قنسرين فادرب خالد وعياض بن غنم اول مدربة كانت فى
الاسلام سنة ست عشرة ورجع خالد فاتته الامارة من عمر
رضى الله عنه على قنسرين فاقام خالد اميرا من تحت يد ابى
عبيدة عليها الى ان اغزا هرقل اهل مصر فى البحر وخرج على
ابى عبيدة فى عساكر الروم وابو عبيدة بحمص بعد رجوعه
من فتح حلب فاستمد ابو عبيدة خالدا فامده بمن معه ولم
يخلف احدا فكفر اهل قنسرين بعده وبايعوا هرقل وكان
اكفر من هناك تنوخ واشتور المسلمون فاجمعوا على الخندقة
والكتاب الى عمر رضى الله عنه بذلك واشار خالد بالمناجزة

(a) Leg. مضافتين

فخالفوه وخندقوا وكتبوا الى عمر رضى الله عنه واستصرخوه
وجا الروم بعددهم فنزلوا على المسلمين وحصروهم وبلغت امداد
الجزيرة ثلثين الفا سوى امداد قنسرين من تنوخ وغيرهم فنالوا
من المسلمين كل منال وكتب عمر رضى الله عنه الى سعد بن
ابى وقاص يخبره بذلك ويامره ان يبث المسلمين فى الجزيرة
ليشغلهم عن اهل حمص وامده عمر رضى الله عنه بالقعقاع بن
عمرو فتوغلوا الجزيرة فبلغ الروم فتقوضوا عن حمص الى
مداينهم (b) (وندم اهل قنسرين وراسلوا خالدا فارسل اليهم)
لو ان الامر الى ما باليت بكم كثرتم أم قللتم لكنى فى سلطان
غيرى فان كنتم صادقين فانفشوا كما نفش اهل الجزيرة فساموا
سايم تنوخ ذلك فاجابوا وارسلوا الى خالد ان ذلك اليك فان
شيت (c) (فعلنا وان شيت) ان تخرج علينا فننهزم بالروم
فقال بل اقيموا فاذا خرجنا فانهزموا بهم فلما علم ابو عبيدة
والمسلمون بذلك قالوا اخرج بنا وخالد ساكت فقال ابو عبيدة
ما لك يا خالد لا تتكلم فقال قد عرفت الذى عليه رايي فلم
تسمع من كلامى قال فتكلم فانى اسمع منك واطيع فاشار
بلقايهم فخرج المسلمون والتقوهم فانهزم اهل قنسرين والروم
معهم فاحتوى المسلمون على الروم فلم يفلت منهم احد وما زال
خالد على امارة قنسرين حتى ادرب خالد وعياض سنة سبع

(b) Verba inclusa in margine codicis leguntur.
(c) Verba inclusa in marg. leg.

عشرة بعد رجوعهما من الجابية مرجع عمر الى المدينة فاصابا
اموالا عظيمة وقفل خالد سالما غانما وبلغ الناس ما اصابوا تلك
الصايفة وقسم خالد فيها ما اصاب لنفسه فانتجعه رجال من
اهل الافاق وكان الاشعث بن قيس ممن انتجع خالدا
بقنسرين فاجازه بعشرة الف درهم وكان عمر لا يخفى عليه شى
في عمله فكتب اليه من العراق بخروج من خرج منها ومن
الشام بجايزة من اجيز فيها فدعا البريد وكتب معه الى ابى
عبيدة ان يقيم خالدا ويعقله بعمامته وينزع عنه قلنسوته
حتى يعلمكم من اين اجاز الاشعث امن ماله ام من اصابة
اصابها فان زعم انها من اصابة اصابها فقد اقر بخيانة وان
زعم انها من ماله فقد اسرف واعزله على كل حال واضمم
اليك عمله فكتب ابو عبيدة الى خالد فقدم عليه ثم جمع V.p.4.
الناس وجلس لهم على المنبر فقام البريد فقال يا خالد امن مالك
اجزت بعشرة الف ام من اصابة فلم يتكلم حتى اكثر عليه
وابو عبيدة ساكت لا يقول شيا فقام بلال اليه فقال ان امير
المومنين امر فيك بكذى وكذى ثم تناول عمامته فنقضها لا
يمنعه سمعا وطاعة ووضع قلنسوته ثم اقامه فعقله بعمامته
ثم قال ما تقول امن مالك ام من اصابة قال لا بل من مالى
فاطلقه واعاد قلنسوته ثم عممه بيده ثم قال نسمع ونطيع
لولاتنا ونفخم ونخترم موالينا واقام خالد متحيرا لا يدرى امعزول

امر غير معزول وجعل ابو عبيدة يكرمه ويزيده تفخيما ولا يخبره
حتى اذا طال على عمران يقدم ظن الذى قد كان فكتب
اليه بالوصول فاتى خالد ابا عبيدة فقال رحمك الله ما اردت الى
ما صنعت كتمتنى امرا كنت احب ان اعلمه قبل
اليوم فقال ابو عبيدة انى والله ما كنت لاروعك ما وجدت
من ذلك بدا وقد علمت ان ذلك يروعك قال فرجع خالد الى
قنسرين فخطب اهل عمله وودعهم وقال خالد ان عمر ولانى الشام
حتى اذا التى (d) بواينه وصار بثنية وعسلا عزلنى واستعمل
غيرى وتحمل واقبل الى حمص فخطبهم وودعهم وسار الى المدينة
حتى قدم على عمر فشكاه. وقال لقد شكوتك الى المسلمين
وبالله انك فى امرى غير مجمل يا عمر فقال عمر من اين هذا الثرا
فقال من الانفال والسهمان فقال ما زاد على الستين الفا فلك
فشاطره على ما فى يده وقوم عروضه فخرجت عليه عشرون الفا
فادخلها بيت المال ثم قال يا خالد والله انك لعلى الكريم وانك
الى الحبيب ولن تعاتبنى بعد اليوم على شى ثم انه عوضه بعد
ذلك عما اخذ منه واستعمل ابو عبيدة على قنسرين حبيب
بن مسلمة بن مالك واما هرقل فانه تاخر من الرها الى
سميساط وفصل عنها الى القسطنطينية فلما فصل علا على
شرف والتفت ونظر نحو سورية وقال عليك السلام يا سورية

(d) L. بوانيه.

سلام لا اجتماع بعده ولا يعود اليك رومى ابدا الا خايفا حتى
يولد المولود المشؤوم ويا ليته لا يولد ما احلا فعله وامر
عاقبته على الروم وطعن ابو عبيدة رضى الله عنه سنة ثمان
عشرة فاستخلف على عمله عياض بن غنم وهو ابن عمه وخاله
وكان جَوادا مشهورا بالجود فقال عمر انى لم اكن مغيرا امرا
قضاه ابو عبيدة ومات عياض سنة عشرين فامر عمر رضى
الله عنه على حمص وقنسرين سعيد بن عامر بن حذيم الجمحى
ومات سنة عشرين فامر عمر مكانه عمير بن سعد بن عبيد (e)
الانصارى على حمص وقنسرين ومات عمر رضى الله عنه مقتولا
فى ذى الحجة سنة ثلث وعشرين وعمير بن سعد على حمص
وقنسرين ومعوية على دمشق والسواحل وانطاكية فمرض
عمير فى امارة عثمان مرضا طال به فاستعفى عثمان واستاذنه
فى الرجوع الى اهله فاذن له وضم حمص وقنسرين الى معوية
سنة ست وعشرين فاجتمع ولاية الشام جميعه على معوية
لسنتين من خلافة عثمان فولى معوية حبيب بن مسلمة
بن مالك الفهرى على قنسرين وكان يسمى حبيب الروم
لكثرة غزوه لهم ومات عثمن رضى الله عنه مقتولا فى ذى الحجة
سنة خمس وثلثين والشام مع معوية وحبيب على قنسرين
من تحت يده فجرى بين على عليه السلام وبين معوية

(e) Fort. leg. عبيد الله .

اختلاف ادىَ الى ان سار كل منهما الى صاحبه والتقيا
بصفين وذلك بعد سنة وشهر من خلافة على فى سنة سبع
وثلثين وكان على فى تسعين الفا ومعوية فى ماية الف وعشرين V.p.6.
الفا وقتل بها من اصحاب على خمسة وعشرون الفا ومن اصحاب
معوية خمسة واربعون الفا وكان مقامهما بصفين ماية يوم وعشرة
ايام وكانت الوقايع تسعين وقعة ثم اتفقا على التحكيم والتقا
الحكمان ابو موسى وعمرو بن العاص (f) بادرج فى شهر رمضان
سنة ثمان وثلثين ومات على كرم الله وجهه مقتولا بالكوفة فى
سنة اربعين ومعوية متغلب على الشام جميعه فصالح الحسن
بن على عليهما السلام وبويع بالخلافة فى ربيع الاول سنة
احدى واربعين فمصر معوية قنسرين فافردها عن حمص
وقيل انما فعل ذلك ابنه يزيد وصار الذكر فى ولاية قنسرين
ووظف معوية الخراج على قنسرين اربع ماية الف وخمسين
الف دينار وحلب للخلفا من بنى امية لمقامهم بالشام وكون
الولاة فى ايامهم بمنزلة الشرط لا يستقلون بالامور والحروب وولاة
الصوايف ترد كل عام مع الجيوش الاسلامية الى دابق واقام
جماعة منهم بنواحى حلب فان سليمن بن عبد الملك رابط
بدابق الى ان مات واقام . . . .
ان مات عبد الملك فى شوال سنة ست وثمانين وولى ابنه الوليد بن

(f) Leg. باذرح .

٨

عبد الملك ومحمد بن مروان على ولايته فما زال كذلك الى ان عزله
الوليد بن عبد الملك فى سنة تسعين وولى مكانه اخاه مسلمة
بن عبد الملك فدخل مسلمة حران وكان محمد بن مروان
يتعمم للخطبة فاتاه ات فقال هذا مسلمة على المنبر يخطب فقال بغتة
محمد هكذا تكون الساعة بغتة وارتعدت يده فسقطت المراة ex inopinatâ
من يده فقام ابنه الى السيف فقال مه يا بنى ولانى اخى وولاه
اخوه وكان اكثر مقام مسلمة بالناعورة وبنى فيها قصرا بالحجر
V.p.7. الاسود الصلد وحصنا بقى منه برج الى زماننا هذا وكان عبد
الملك بن مروان يقول للوليد كاننى لو قد مت بك قد عزلت
اخى ووليت اخاك ومات الوليد بن عبد الملك فى سنة ست
وتسعين وولى سليمن بن عبد الملك فسير اخاه مسلمة غازيا الى
القسطنطينية واستخلف مسلمة على عمله خليفة ورابط فيها
سليمن بمرج دابق الى ان مات به سنة تسع وتسعين وولى
عمر بن عبد العزيز بن مروان فكان اكثر مقامه بخناصرة
الاحص وولى من قبله على قنسرين هلال بن عبد الاعلى ثم
ولى ايضا عليها الوليد بن هشام المعيطى على الجند والفرات
بن مسلم على خراجها وتوفى عمر بدير سمعان من ارض معرة
النعمان يوم الجمعة لخمس بقين من رجب سنة احدى
ومابة وولى يزيد بن عبد الملك والوليد على قنسرين وكان
مراييا سال عمر ان ينقص رزقه تقربا اليه فعلم انه انما اراد ||| Simulat

aditum ad aliq. ex ejus propinquitate esse petens

ان يتزين عنده بذلك فحط رزقه وكتب الى يزيد وهو ولى
عهده ان الوليد بن هشام كتب الى كتابا اكثر ظنى انه
تزين بما ليس هو عليه فانا اقسم عليك ان حدث بى حُدث
وافضى هذا الامر اليك فسالك ان ترد رزقه وذكر انى نقصته
فلا يظفر منك بهذا فلما استخلف يزيد كتب الوليد
اليه ان عمر نقصنى وظلمنى فغضب يزيد وعزله واغرمه كل
رزق جرى عليه (g) (فى ولاية عمر ويزيد كلها فلم يل له عملا
حتى هلك) ومات يزيد بن عبد الملك بالبلقا فى شعبان سنة
خمس وماية وولى على قنسرين وعملها خال اخيه سليمن
وهو الوليد بن القعقاع بن خليد العبسى وقيل انه ولى عبد
الملك بن القعقاع على قنسرين واليهم ينسب حيار بنى
عبس والى ابيهم ينسب القعقاعية قرية من بلد
الفايا وتوفى هشام سنة خمس وعشرين وماية وولى الوليد V.p.8.
بن يزيد بن عبد الملك وكانت بينه وبين بنى القعقاع وحشة
فهرب الوليد بن القعقاع وغيره من بنى ابيه من الوليد
فعاذوا بقبر يزيد بن عبد الملك فولى الوليد على قنسرين يزيد
بن عمر بن هبيرة وبعث الى الوليد بن القعقاع فاخذه من
جوار قبر ابيه ودفعه الى يزيد بن عمر بن هبيرة وهو على
قنسرين فعذبه واهله فمات الوليد بن القعقاع فى العذاب

(g) Verba inclusa in marg. cod. leg.

وخرج يزيد بن الوليد على الوليد بن يزيد فقتله فى (h) الـبجرا فى جمدى الآخرة سنة ست وعشرين وماية ووثب على عامله بدمشق فاخذه وسير اخاه مسرور بن الوليد وولاه قنسرين وقيل بل ولى (i) (قنسرين) اخوه بشر بن الوليد وبويع يزيد ومات فى ذى الحجه من هذه السنة وبويع ابرهيم بن الوليد وخلع فى شهر ربيع الاول سنة سبع وعشرين وماية فولى مروان بن محمد بن مروان بن الحكم وكان بحران فسار منها فى سنة سبع وعشرين وماية ونزل بحلب وقبض على مسرور بن الوليد الوالى بحلب وعلى اخيه بشر بعد ان لقيهما فهزمهما وقتلهما بحلب وكان معهما ابرهيم بن عبد الحميد بن عبد الرحمن فقتله ايضا وولى على حلب وقنسرين عبد الملك بن الكوثر الغنوى بعد ان خلع ابرهيم بن الوليد نفسه وامنه مروان واستتب امر مروان وخرج على مروان سليمن بن هشام بن عبد الملك فالتقاه مروان بن محمد بخساف فاستباح عسكره فى سنة ثمان وعشرين وماية وكان الحكم وعثمان ابنا الوليد بن يزيد حبسا بقلعة قنسرين وكان يزيد بن الوليد حبسهما فنهض عبد العزيز بن الحجاج ويزيد بن خالد القسرى فقتلاهما فقتلا معهما يوسف بن عمر الثقفى بقنسرين واخذا بعد ذلك فقتلهما مروان وصلبهما وبويع ابو العباس السفاح

(h) Leg. البجرة.
(i) Vox incl. inter lineas leg.

فى شهر ربيع الاخر من سنة اثنتين (k) (وثلثين) ومائة بالكوفة فسير عبد الله بن على بن عبد الله بن العباس فى جمع عظيم للقا مروان بن محمد وكان مروان فى جيوش كثيفة V.p.9. فالتقيا بالزاب من ارض الموصل فى جمادى الاخرة من سنة اثنتين وثلثين ومائة فهزم مروان واستولى على عسكره وسار مروان منهزما حتى عبر الفرات من جسر منبج فاحرقه فلما مرّ على قنسرين وثبت به طى وتنوخ واقتطعوا موخر عسكره ونهبوه وقد كان تعصب عليهم وجفاهم ايام دولته وقتل منهم جماعة وتبعه عبد الله بن على وسار خلفه حتى اتى منبج فنزلها وبعث اليه اهل حلب بالبيعة مع ابى امية (l) التغلنى وقدم عليه اخوه عبد الصمد بن على فقلّده حلب وقنسرين وسار عبد الله وعبد الصمد اخوه معه اليها فبايعه ابو الورد مجزاة بن الكوثر بن زفر بن الحرث الكلابى وكان من اصحاب مروان ودخل فيما دخل فيه الناس من الطاعة وسار عبد الله الى دمشق ثم بلغ خلفه الى نهر ابى فطرس واتبعه باخيه صالح حتى بلغ الى الديار المصرية خلف مروان بن محمد فادركه ببوصير فقتله ثم عاد الى دمشق بعده وذكر ابن الكلبى وقدم بالس قايد من قواد عبد الله بن على فى مائة وخمسين فارسا وتقدم الى الناعورة فعبث بولد

(k) Vox incl. in marg. cod. leg.
(l) Fort. leg. التغلبى.

مسلمة بن عبد الملك ونسايهم وكانوا مجاورين ابا الورد
بحصن مسلمة بالناعورة وببالس فشكى بعضهم ذلك الى ابى
الورد الكلابى فخرج من مزرعته (m) خساف فى عدة من اهل
بيته وخالف وبيض وجا الى الناعورة والقايد المذكور نازل
بحصن مسلمة بها فقاتله حتى قتله ومن معه واظهر الخلع
والتبييض ودعى اهل حلب وقنسرين الى ذلك فاجابوه فبلغ
ذلك عبد الله بن على وهو بدمشق فوجه اخاه عبد الصمد
بن على فى زها عشرة الف فارس ومعه ذويب بن الاشعث
V,p.10. على حرسه والمخارق بن عفان على شرطه فسار ابو الورد اليه
وجعل مقدم جيشه وصاحبه ابا محمد بن عبد الله بن
يزيد بن معوية بن ابى سفيان وابو الورد مدبر الجيش ولقيهم
فهزم عبد الصمد ومن معه فلما قدم عبد الصمد على اخيه
عبد الله اقبل عبد الله بن على بعسكره لقتال ابى محمد وابى
الورد ومعه حميد بن قحطبة فالتقوا فى سنة اثنتين وثلثين
ومائة فى اخر يوم من السنة واقتتلوا بمرج الاخرم وثبت لهم
عبد الله وحميد فهزموهم وقتل ابو الورد وامن عبد الله بن
على اهل حلب وقنسرين وسودوا وبايعوا ثم انصرف راجعا
الى دمشق فاقام بها شهرا فبلغه ان العباس بن محمد بن
عبد الله بن يزيد بن معوية بن ابى سفين السفيانى قد لبس

(m) بخساف videtur legendum.

equitare rebellionem

الحمرة وخالف واظهر المعصية بحلب فارتحل نحوه حتى وصل
الى حمص فبلغه ان ابا جعفر المنصور وكان يوميذ يلى
الجزيرة وارمينية وادربيجان وجه مقاتل بن حكيم العكى من
الرقة فى خيل عظيمة لقتال السفيانى وان العكى قد نزل
منبج فسار عبد الله مسرعا حتى نزل مرج الاجم فبلغه ان
العكى واقع السفيانى وهزمه واستباح عسكره وافتتح حلب
عنوة وجمع الغنايم وسار بها الى ابى جعفر وهو بحران فارتحل
عبد الله الى دابق وشتى بها ثم نزل سميساط وحصر فيها
اسحق بن مسلم العقيلى حتى سلمها ودخل فى الطاعة ثم قدم
ابان بن معوية بن هشام بن عبد الملك فى اربعة الف من
نخبة من كان مع اسحق بن مسلم فسير اليه حميد بن قحطبة
فهزم ابانا ودخل سميساط فسار اليها عبد الله ونازلها حتى
افتتحها عنوة وكتب اليه ابو العباس يامره بالمسير الى الناعورة
وان يترك القتال ويرفع السيف عن الناس وذلك فى النصف V.p.11.
من رمضان سنة ثلث وثلثين ومائة وهرب ابو محمد ومن
معه من الكلبية الى تدمر ثم خرج الى الحجاز فظفر به وقتل (n)
وكتب اليه السفاح ان يغزو بلاد الروم فاتى دابق فعسكر بها
وجمع وتوجه الى بلاد الروم فلما وصل دلوك يريد الادراب
كتب اليه عامله بحلب يخبره بوفاة السفاح وبيعة المنصور

(n) Quæ hic loci tanquam omissa in margine leguntur, vide in annott. ad versionem latinam.

فرجع من دلوك واتى حران ودعا الى نفسه وزعم ان السفاح جعله ولى عهده وغلب على حلب وقنسرين وديار ربيعة ومضر وساير الشام ولم يبايع المنصور وبايعه حميد بن قحطبة وقواده الذين كانوا معه وولى على حلب زفر بن عاصم بن عبد الله بن يزيد الهلالى ابا عبد الله فى سنة سبع وثلثين ومايه فسير المنصور ابا مسلم الخراسانى صاحب الدعوة لقتال عبد الله بن على فسير عبد الله حميد بن قحطبة وكتب له كتابا الى زفر بن عاصم (o) الى حلب وفيه اذا ورد عليك حميد فاضرب عنقه فعلم حميد بذلك فهرب الى ابى مسلم الخراسانى خوفا من عبد الله ثم سار ابو مسلم الى عبد الله بن على فالتقيا وانهزم عبد الله وعبد الصمد اخوه معه فسار ابو مسلم خلفه فوصل الى الرقة واخذ منها اموال عبد الله وتبعه الى رصافة هشام فانهزم عبد الله الى البصرة وتوارى عند اخيه سليمن بن على فاخذ له امانا من المنصور وسيره اليه فحبسه الى ان سقط عليه الحبس فمات وقبض ابو مسلم على عبد الصمد بن على بالرصافة واخذ امواله وسيره الى المنصور فامنه واطلقه وورد كتاب المنصور على ابى مسلم بولاية الشام جميعه وحلب وقنسرين وامره ان يقيم له فى بلاده نوابا ففعل ابو مسلم ذلك وسار الى المنصور فالتقاه فى الطريق يقطين بن موسى وقد بعثه

(o) Fort. leg. والى حلب.

المنصور اليه لاحصا جميع ما وجدوا فى عسكر عبد الله بن على
فغضب ابو مسلم و قال انكون امنا فى الدما وخونة فى الاموال V.p.12.
ثم اقبل وهو مجمع على خلاف المنصور فاستوحش المنصور
منه وقتله فى سنة (p) تسع وثلثين ومائة ولما عاد ابو مسلم
من الشام ولى المنصور حلب وقنسرين وحمص صالح بن على
بن عبد الله بن العباس سنة سبع وثلثين ومائة فنزل حلب
فابتنى بها خارج المدينة قصرا بقرية يقال لها بطياس
بالقرب من النيرب واثاره باقية الى الان ومعظم اولاده ولدوا
ببطياس وقد ذكرها البحترى وغيره فى اشعارهم واغزا الصائفة مع
ابنه الفضل فى سنة تسع وثلثين ومية باهل الشام وهى
اول صائفة غزيت فى خلافة بنى العباس وكانت انقطعت
الصوائف فى ايام بنى امية قبل ذلك بسنين وظهر فى
سنة احدى واربعين ومائة قوم يقال لهم الراوندية خرجوا بحلب
وحران وكانوا يقولون قولا عظيما وزعموا انهم بمنزلة الملائكة
وصعدوا تلا بحلب فيما قالوا ولبسوا ثيابا من حرير وطاروا
منه (q) فكسروا وهلكوا ودام صالح فى ولاية حلب الى ان مات
فى سنة اثنتين وخمسين ومائة ورايت فلوسا عتيقة فتتبعت
ما عليها مكتوب فاذا احد الجانبين مكتوب عليه ضرب هذا
الفلس بمدينة حلب سنة ست واربعين ومائة وعلى الجانب

(p) Leg. سبع vid. adn. ad vers.
(q) Vox فكسروا in textu mutilata est vid. adn. ad vers.

الاخر مما امربه الامير صالح بن على اكرمه الله ولما مات
صالح بن على تولى حلب وقنسرين بعده ولده الفضل بن
صالح واختار له العقبة بحلب فسكنها واقام بحلب واليا
مدة (r) (ثم) ولى المنصور بعده موسى بن سليمن الخراسانى
ومات المنصور سنة ثمان وخمسين وموسى على قنسرين وحلب
ورايت فلوسا عتيقة فقرات عليها ضرب هذا الفلس
بقنسرين سنة سبع وخمسين ومية وعلى الجانب الاخر مما امر
به الامير موسى مولى امير المومنين ولما ولى المهدى خرج عبد
السلم بن هاشم الخارجى بالجزيرة وكثر اتباعه فلقيه جماعة من
قواد المهدى فهزمهم فبعث المهدى اليه جنودا كثيرة فهرب V.p.13.
منهم الى قنسرين فلحقوه فقتلوه بها فى سنة اثنتين وستين
ومائة وكان مقدم الجيش شبيبا وعزم المهدى على الغزو فخرج
حتى وافى حلب فى سنة ثلث وستين ومائة والتقاه العباس
بن محمد الى الجزيرة واقام له النزل فى عمله واجتاز معه على
حصن مسلمة بالناعورة فقال له العباس يا امير المومنين ان
لمسلمة فى اعناقنا منة كان محمد بن على مر به فاعطاه اربعة
الف دينار وقال له يابن عم هذه الفان لدينك والفان لمعونتك
فاذا (s) نفدت فلا تحتشمنا فقال المهدى احضروا من هاهنا
من ولد مسلمة ومواليه فامرهم بعشرين الف دينار وامر ان

(r) Vox inclusa in margine penè deleta est.
(s) In codice legitur نقدت vitiosè.

persolvi[illegible]

تجرى عليهم الارزاق ثم قال يابا الفضل كـفينا مسلمة وقضينا
حقه قال العباس نعم وزدت ونزل المهدى بقصر بطياس ظاهر
حلب وولى المهدى حين قدم قنسرين وحلب والجزيرة على
بن سليمن بن على بن عبد الله بن العباس حربا وخراجا وصلاة
ثم ان المهدى عرض العسكر بحلب واغزا ابنه هرون بلاد الروم
وسير محتسب حلب عبد الجبار فاحضر له جماعة من الزنادقة
فقتلهم بحلب وولى حلب والشام جميعه ابنه هارون وامر كاتبه
يحيى بن خالد ان يتولى ذلك كله بتدبيره وكانت توليته فى
سنة ثلث وستين ومائة ولما بويع الهادى اقر اخاه ويحيى على
حالهما فلما افضى الامر الى الرشيد ولى حلب وقنسرين عبد
الملك بن صالح بن على بن عبد الله فاقام بمنبج وابتـنى بهـا
قصرا لنفسه وبستانا الى جانبه ويعرف البستان يومنـا هـذا
ببستان القصر وكانت ولايته سنة خمس وسبعين ثم صرفه
لامر عتب عليه فيه ثم وليها الرشيد موسى بن عيسى سنة
ست وسبعين ومائة ومر الرشيد على عبد الملك بمنبج فادخله
منزله بها فقال له الرشيد هذا منزلك قال هو لك ولى بك قال
فكيف هو قال دون منازل اهلى وفوق منازل الناس قال فكيف
طيب منبج قال عذبة الما (عذبة) الهوا قليلة الادوا قال فكيف
ليلها قال سحر كله وهاجت الفتنة بالشام بين النزارية واليمانية
فولى الرشيد موسى بن يحيى بن خالد فى هذه السنة الشـام

Marginalia: res necessariae et praestandae; c'est ? ; cum praeesset ?; vertirse convertirse; عتب على corripuit verbis, succensuit; V.p.14

جميعه فاقام به حتى اصلح بينهم ثم وليها الرشيد جعفر بن
يحيى بن خالد بن برمك سنة ثمان وسبعين وتوجه اليها
سنة ثمانين واستخلف عليها عيسى بن العكى ثم ان الرشيد
ولى حلب وقنسرين اسمعيل بن صالح بن على لما عزله عن
مصر سنة اثنتين وثمانين ومائة واقطعه ما كان له بحلب فى
سوقها وهى الحوانيت التى بين باب انطاكية الى راس الدلبة
وعزله وولاه دمشق ثم ولى الرشيد بعده عبد الملك بن صالح
بن على ثانية فسعى به ابنه عبد الرحمن الى الرشيد واوهمه
انه يطمع فى الخلافة فاستشعر منه وقبض عليه فى سنة سبع
وثمانين ومائة وولى على حلب وقنسرين ابنه القسم بن هرون
واغزاه الروم ووهبه لله تعالى فى سنة سبع وثمانين ومائة ورابط
القاسم بدابق هذه السنة والتى بعدها وقيل ان الرشيد لما
غضب على عبد الملك بن صالح ولى اخاه عبد الله بن صالح
ثم عزله سنة ثمان وثمانين وولى القسم بن هرون ابنه وقيل
ان احمد بن اسحق بن اسمعيل بن على بن عبد الله بن العباس
ولى قنسرين للرشيد وقد كان ولى له مصر وعزله عنها سنة
تسع وثمانين فلا اتحقق ولايته فى اى سنة كانت وقد ذكر
بعضهم ان عبد الله بن صالح توفى ببغداد فى ايام المنصور وقال
بعضهم انه توفى بسلمية فى سنة ست وثمانين فعلى هذا
يكون الذى ولاه الرشيد ابن ابنه عبد الله بن صالح بن عبد

الله بن صالح والله اعلم ثم ان الرشيد ولى حلب وقنسرين
خزيمة بن خازم بن خزيمة من قبل ابنه القاسم بن
الرشيد فى سنة ثلث وتسعين وماية ولم يزل القاسم بن الرشيد
فى ولاية حلب وقنسرين حتى مات ابوه الرشيد فى سنة
ثلاث وتسعين وماية فى جمادى الاخرة فاقره اخوه الامين عليها V.p.15.
وجعل معه ثمامة بن ابى زيد وولى خزيمة بن خازم الجزيرة ثم
ان محمدا الامين عزل اخاه القاسم بن الرشيد عن حلب
وقنسرين والعواصم وساير الاعمال التى ولاه ابوه سنة اربع
وتسعين وماية ووليها خزيمة بن خازم فى هذه السنة ثم ولى الامين
حلب وقنسرين والجزيرة عبد الملك بن صالح بن على فخرج
اليها واجتمعت اليه العرب فى سنة ست وتسعين وماية وهذه
الولاية الثالثة لعبد الملك وكان الامين قد اخرجه من حبس
ابيه حين مات سنة ثلث وتسعين وماية فى ذى القعدة
واستمر عبد الملك فى هذه الولاية الى ان مات فى سنة ست
وتسعين وماية بالرقة ودفن فى دار من دور الامارة وكان يرى
للامين ما فعله به فلما خلع الامين حلف عبد الملك ان
مات الامين لا يعطى المامون طاعة فمات قبل الامين فبقيت
فى نفس المامون الى ان خرج الى الغزاة ووجد قبر عبد الملك
فى دار الامارة فارسل الى ابن لعبد الملك حوّل اباك من دارى
فنبشت عظامه وحول ثم ولى خزيمة بن خزيمة حلب وقنسرين

٢.

فى سنة سبع وتسعين وماية وقيل ان الوليد بن طريف
ولى حلب وقنسرين بعد عبد الملك بن صالح وبعده ورقا عبد
عبد الملك ثم بعده يزيد بن يزيد ثم استامن الى طاهر بن الحسين
فلما قتل الامين وبويع المامون ولى حلب والشام جميعه طاهر
بن الحسين وجعل اليه حرب نصر بن شبث فتحصن
بكيسوم فقصده طاهر فلم يظفر به ولقيه فكسر طاهر وعاد
مفلولا وذلك فى سنة ثمان وتسعين وماية ثم اضاف اليه ولاية
مصر وافريقية فى سنة اربع ومايتين ثم ولاه خراسان سنة ست
وولى ابنه عبد الله مصر والشام جميعه وامره بمحاربة نصر بن
شبث فى سنة ست ومايتين وتوفى طاهر بخراسان سنة سبع
ومايتين فاضاف المامون ولايته الى ابنه عبد الله مع الشام
فسار عبد الله بن طاهر الى الشام من الرقة واحتوى على
الشام جميعه وهدم سور معرة النعمان وهدم معظم الحصون
الصغار مثل حصن الكفر وحصن حناك وغير ذلك ونزل V.p.16.
بكيسوم وبها نصر بن شبث فحصره الى ان ظفر به وخرج
اليه بامان وخرب حصن كيسوم بعد وقايع كثيرة جرت
بينه وبين نصر بن شبث وسار الى مصر وذلك كله فى سنة
تسع ومايتين ولما فتح مصر فى سنة احدى عشرة ومايتين
كتب المامون اليه

اخى انت ومولاى ومن اشكر نعما.

فما احببت من امر فانى الدهر اهواه
وما تكره من شى فانى لست ارضـاه
لك الله على ذاك لك الله لـــك الله

ودامت ولاية عبد الله بن طاهر الى سنة ثلاث عشرة ومايتين ووجهه المامون الى خراسان وعزله عن الشام وولى ابنه العباس بن المامون حلب وقنسرين والعواصم والثغور وامر له بخمس ماية الف دينار فى سنة ثلث عشرة ومايتين ثم وليها المامون اسحق بن ابرهيم بن مصعب بن زريق وعزل ابنه العباس فى سنة اربع عشرة ومايتين ثم ان المامون عزل اسحق بن ابرهيم فى هذه السنة وولاه مصر واعاد ابنه العباس اليها ثانية ثم ولى المامون حلب وقنسرين ورقة الطريفى واظنه مع العبـاس وكانت لورقة حركة ايام الفتنة فلما قدم المامون حلب للغزاة ونزل بدابق فى سنة خمس عشرة ومايتين لقيه عيسى بن على بن صالح الهاشمى فقال له يا امير المومنين ابلينا اعداونا فى ايام الفتنة وفى ايامك فقال لا ولا كرامة فصرف ورقة وولى عيسى بن على بن صالح نيابة عن ولده العبـاس فيما ارى فوجد عنده من الكفاية والضبط وحسن السيرة ما اراد فقدمه وكبر عنده واحبه وكان المامون كلما غزا الصايفة لقيه عيسى بن على بالرقة ولا يزال معه حتى يدخل الثغور ثم يرد عيسى الى عمله وولى المامون فى سنة خمس عشرة ومايتين

قضا حلب عبيد بن جناد بن اعين مولى بنى كلاب فامتنع V.p.17:
من ذلك فهدده على الامتناع فاجاب ثم ولى المامون عبيد الله
بن عبد العزيز بن الفضل بن صالح لما غزا الصايفة فى سنة
ثمان عشرة ومايتين العواصم وفيها مات المامون وانما وليها
عبيد الله عن العباس بن المامون فى غالب ظنى فان العباس
ولى حلب وقنسرين والجزيرة من سنة اربع عشرة ومايتين الى
ان توفى ابوه المامون بالبذندون من ارض طرسوس وبويع ابو
اسحق المعتصم فاقر العباس بن المامون على ولايته وكان الجند
قد شغبوا وطلبوا العباس ونادوه باسم الخلافة فارسل المعتصم
اليه واحضره فبايعه وخرج الى الناس وقال لهم ما هذا الحب
البارد قد بايعت عمى فسكنوا وسار المعتصم الى بغداد والعباس
معه فلما توجه المعتصم الى الغزاة ومر بحلب فى سنة ثلاث
وعشرين ومايتين ودخل الى بلاد الروم اجتمع به بعض الجند
ووبخه على ما فعل من اعطا المعتصم الخلافة وحسن له تدارك الامر
فاستمال جماعة من القواد وعزموا ان يقبضوا على المعتصم وهو
داخل الى الغزاة فلم يمكنهم العباس وقال لا افسد على الناس
غزاتهم فنمى الخبر الى المعتصم فقبض على العباس وعلى من
ساعده على ذلك وهو عايد من الغزاة فلما وصل الى منبج سال
العباس الطعام وكان جايعا فقدم اليه طعام كثير فاكل فلما طلب
الما منع وادرج فى مسح فمات بمنبج فى ذى القعدة من سنة ثلث

وعشرين ومايتين وصلى عليه بعض اخوته ودفن بمنبج وولى
المعتصم حلب وقنسرين حربها وخراجها وضياعها عبيد الله
بن عبد العزيز بن الفضل بن صالح بن على الهاشمى ثم انه ولى
اشناس التركى الشام جميعه والجزيرة ومصر وتوجّه والبسه
وشاحين بالجوهر فى سنة خمس وعشرين ومايتين ونَظِر فى
صلات المعتصم لاشناس فوجد مبلغها اربعين الف الف
درهم واظن انه بقى فى ولايته الى ان مات سنة ثلثين ومايتين
فى ايام الواثق وولى الواثق عبيد الله بن عبد العزيز بن الفضل
بن صالح الهاشمى حلب وقنسرين حربها وخراجها وضياعها
واظنه كان متوليا فى ايام المعتصم من جهة اشناس فاقره
الواثق على ولايته وولى الواثق قنسرين وحلب والعواصم بعد
عبيد الله محمد بن صالح بن عبد الله بن صالح فكانت
سيرته غير محمودة وكان احمر اشقر فلقب سماقة لشدة حمرته
ويقال انه اول من اظهر البرطيل بالشام واوقع عليه هذا الاسم
وكان لا يعرف قبل ذلك الا الرشوة على غير اكراه وكان
اكثر الناس سكوتا واطولهم صمتا لا يكاد يسمع له كلام
الا فى امر يامر به او قول يجيب عنه وكان قاضى حلب فى ايامه
ابا سعيد عبيد بن جناد الحلبى توفى سنة احدى وثلثين
ومايتين وكان المامون ولاه قضا حلب وله يقول عمرو بن هوبر
الكلبى فى قصيدة يغضّ منه اولها

لا در(١) درزمانك المتنكس الجاعل الاذناب فوق الاروس
ما انت الا نقمة فى نعمة او اصل شوك فى حديقة نرجس
يا قبلة ذهبت ضياعا فى يد ضرب الاله بنانها بالنقرس
من شر ابطح مكة اباوه وجدوده وكانه من قبرس

وهذا عمرو بن هوبر كان من معراثا البريدية من ضياع معرة النعمن وولى فى ايام المتوكل معرة مصرين وقتل بها وكان الواثق قد ولى الثغور والعواصم دون حلب واعمالها احمد بن سعيد بن سلم بن قتيبة وامره بحضور الفدا مع خاقان وصاحب الروم ميخاييل فامضى الفدا سنة احدى وثلثين ومايتين ثم
V.p.19. انه غزا شاتيا فاصاب الناس شدة فوجد الواثق عليه بسبب ذلك وعزله وولاها نصر بن حمزة الخزاعى وولى الشارباميان فى اول ايام المتوكل على حلب وقنسرين والعواصم واليمن انا ذاكرها وكان الشارباميان احد قواد المتوكل وكان خصيصا عنده فاما ان يكون المتوكل ولاه جند قنسرين والعواصم اوانه كان السلطان فى ايام المتوكل فكان امر الولاية اليه فاننى قرات فى كتاب نسب بنى صالح بن على قال وولا الشارباميان جند قنسرين والعواصم على بن اسمعيل بن صالح بن على ابا طالب وانما اراد ان يتزين به عند المتوكل فامتنع من قبول ولايته فاعلمه ان لم يفعل كتب فيه الى الخليفة فقبلها واقام على

(1) In codice vit. leg. لادرد زمانك.

ولاية جند قنسرين والعواصم حتى مات فكانت ايامه احسن
ايام وسيرته اجمل سيرة وكان على بن اسمعيل اذا خرج الى
العواصم استخلف ابنه محمد بن على على قنسرين وحلب فلا
يفقد الناس من ابيه شيا قال وولا الشارباميان جند قنسرين
والعواصم عيسى بن عبيد الله بن الفضل بن صالح بن على
الهاشمى قال وولى المتوكل طاهر بن محمد بن اسمعيل بن
صالح (u) على المظالم بجند قنسرين والعواصم والنظر فى امور العمال
وجاته الولاية منه فالقاه الرسول فى مرضه الذى مات فيه
وجعل المتوكل ولاية عهده الى ابنه محمد المنتصر وولاه قنسرين
والعواصم والثغور وديار مضر وديار ربيعة والموصل وغير ذلك
فى سنة خمس وثلثين ومايتين فاستمر فى الولاية الى ان قتل
اباه وكانت الولاة من قبله وفى ايام ولايته حلب فى سنة
اثنتين واربعين ومايتين وقع طاير ابيض دون الرخمة
وفوق الغراب على دلبة بحلب لسبع مضين من رمضان فصاح
يا معشر الناس الله الله حتى صاح اربعين صوتا (v) (ثم طار
وجا من الغد فصاح اربعين صوتا) وكتب صاحب البريد بذلك
واشهد خمس ماية انسان سمعوه ولا يبعد عندى ان تكون V.p.20.
الدلبة التى ينسب اليها راس الدلبة وسمع فى هذه السنة

(u) Vox على non præpositio sed nomen proprium esse videtur, ut suppleatur بن .

(v) Verb. incl. in marg. cod. leguntur.

اصوات هايلة من السما وزلزلت نيسابور وتقلعت جبال من اصولها ونبع الما من تحتها ووصلت الزلزلة الى الشام والثغور واظن ان نايب المنتصر فى جند قنسرين فى حياة المتوكل كان بغا الكبير فلما قتل المتوكل قدم بغا عليه وسير المنتصر وصيفا الى الثغر الشامى فاقام به الى ان مات وولى المستعين فى سنة خمسين ومايتين قنسرين وحلب وحمص موسى بن بغا وتوجه اليها حين عاث اهل حمص على الفضل بن قارن ثم ولى حلب والعواصم ابو تمام ميمون بن سليمن حدقة بن عبد الملك بن صالح فى ايام المستعين وكانت له حركة وباس فى فتنة المستعين وعصى اهل حلب واقاموا على الوفا للمستعين ببيعتهم فقدم عليهم احمد المولد محاصرا لهم فلم يجيبوه الى ما اراد من البيعة للمعتز وكان السفير بينه وبينهم الحسين بن محمد (x) صالح بن عبد الله بن صالح ابا عبد الله الهاشمى فلما بايعوا بعد ذلك للمعتز وانقضا امر المستعين ولاه احمد المولد جند قنسرين وحلب فى سنة اثنتين وخمسين ومايتين فاقام (y) مدة يسيرة ثم انصرف الى سلمية اعنى الحسين بن محمد وولى حلب وقنسرين والعواصم صالح بن عبيد الله بن عبد العزيز بن الفضل بن صالح فى فتنة

(x) Leg. بن صالح .

(y) Videtur leg. فاقام بها .

المستعين وكان له سعى وتقدم ورياسة ثم ولى بعده فيما ارى
ابو تمام ميمون بن سليمن بن عبد الملك بن صالح وهذه
ولاية ثانية له ومات بالرقة ثم ولى بعده ثانية صالح بن عبيد
الله بن عبد العزيز بن الفضل بن صالح الهاشمى وانقضت
ولاية بنى صالح الهاشميين ثم ولى حلب وقنسرين فى ايام المعتز
ابو الساج داوداد فى شهر ربيع الاول سنة اربع وخمسين V.p.21.
ومايتين وبقى واليا الى ان تغلب احمد بن عيسى بن شيخ
على الشامات فى ايام المهتدى فلما مات وولى المعتمد سير الى
ابن شيخ بولاية ارمينية على ان ينصرف عن الشام امنا
فاجاب الى ذلك ورحل عنها فى سنة ست وخمسين ومايتين
ووليها احمد بن طولون مع انطاكية وطرسوس وغيرها من
البلاد وكان احمد بن طولون شهما شجاعا عاقلا وكان على مَربطه
اربعة الف حصان وكانت نفقَتَه فى كل يوم الف دينار فعقد
المعتمد لاخيه ابى احمد الملقب بالموفق على حلب وقنسرين
والعواصم فى شهر ربيع الاول سنة ثمان وخمسين ومايتين ثم ولاه
بغداذ واليمن وخراسان وولى الشام لابنه جعفر وجعل له ولاية
العهد وهو صبى وجعل الامر بعده لاخيه ابى احمد فولى ابو
احمد الموفق سيما الطويل احد قواد بنى العباس ومواليهم حلب
والعواصم فابتنا بظاهر مدينة حلب دارا حسنة وعمل لها
بستانا وهو الذى يعرف الان ببستان الدار ظاهر باب انطاكية

وبهذه الدار سميت المحلة التى بباب انطاكية الدارين احدى الدارين هذه والدار الاخرى بناها قبله محمد بن عبد الملك بن صالح فعرفت المحلة بالدارين لذلك واحدى الدارين تعرف بالسليمانية على حافة نهر قويق وحاضر السليمانية بها يعرف وهو حاضر حلب وجدد سيما الطويل الجسر الذى على نهر قويق قريبا من داره وركب عليه بابا اخذه من (ح) قصور بعض الهاشميين بحلب يقال له قصر البنات واظن ان درب البنات بحلب يعرف به واظن القصر يعرف بام ولد كانت لعبد الرحمن بن عبد الملك بن صالح اسمها بنات وهى ام ولده داوود وسمى سيما الباب باب السلامة وهو الباب الذى ذكره الواسانى فى قصيدته الميمية التى اولها

يا ساكنى حلب العواصم جادها صوب الغمامه

وفى سيما الطويل يقول البحترى

فردت الى سيما الطويل امورنا وسيما الرضا فى كل امر خاوله

فعصى احمد بن طولون على ابى احمد الموفق واظهر خلعه ونزل الى الشام فاحاز سيما الطويل الى انطاكية فحصره احمد بن طولون بها فالقت عليه امراة حجرا وقيل توفا فقتلته وقيل بل قتله عسكر ابن طولون وكان ذلك فى سنة اربع وستين او سنة خمس وستين ومايتين واستولى احمد بن طولون على

(ح) Legatur aut من قصر بعض aut من قصر قصور بعض .

حلب والشام جميعه منابذا لابى احمد الموفق وكان قاضى حلب
فى ايامه عبيد الله بن محمد بن عبد العزيز بن عبد الله ابو
بكر القاضى العمرى ودام على قضايها الى ان مات احمد وكان
سيما حين صارت له حلب قد قصد جماعة من الاشراف بنى
صالح بن على بالاذى واستولى على املاكهم واودع بعضهم
السجن فلما ولى احمد بن طولون قال صالح بن محمد بن
اسمعيل بن صالح بن صالح بن على الهاشمى الحلبى يمدحه ويشكره
ويذكر ظفره بسيما بقصيدة يقول فيها

وقد لبستنا من قذا الجور ذلة ودار بنا كيد الاعادى فاحدقا
وحكم فينا عاند فجرت له افاعيل غمر تترك اللب اخلقا
الى ان اتيحت بابن طولون رحمة اشار الى معصوصب فتفرقا
فدتك بنو العباس من ناصر لها اناربه قصد السبيل فاشرقا
بنيت هم مجدا تليدا بناوه فلم نر بنيانا اعز واوثقا
منحتهم صفو الوداد ولم يكن سواك ليعطى الود صفوا مروقا
تحوز منك العبد لما قصدته واسكن اشراف الاقوام مطبقا
بلا ترة اسدوا اليه وانما يجازى الفتى يوما على ما تخلقا
وهيهات ما ينجيه لو ان دونه ثمانين سورا فى ثمانين خندقا

V.p. 13. ثم ان احمد بن طولون توجه الى مصر وولى مملوكه (a) (لولو)
حلب فى سنة ست وستين فخرج بكار الصالحى من ولد

(a) Vox incl. inter lineas in cod. scripta est.

عبد الملك بن صالح بنواحى حلب بينها وبين سلمية ودعا الى ابى احمد الموفق فى سنة ثمان وستين فحاربه ابن العباس الكلابى فهزم الكلابى و وجه اليه لولو قايدا يقال له ابو ذر فرجع وليس معه كبير احد ثم ان لولو ظفر به فقبض عليه ثم ان لولو الطولونى خالف مولاه احمد بحلب وعصى عليه فى سنة تسع وستين وكاتب ابا احمد الموفق فى المسير اليه فاجابه الى ذلك وقطع لولو الدعا لمولاه احمد فى مدنه جميعها حلب وقنسرين وحمص وديار مضر وترك اهل الثغور الدعا لابن طولون واخرجوا نايبه منها وهموا بقبضه فهرب فنزل احمد بن طولون من مصر فى مايه الف فقبض على حرم لولو وباع ولده واخذ ما قدر عليه من ما كان له وهرب لولو منه ولحق بابى احمد طلحة بن المتوكل وهو على محاربة العلوى البصرى عميد الزنج ولولو هو الذى قتل علوى البصرة فى سنة تسع وستين (b) ومايه وبقى لولو ببغداذ الى ان قبض عليه الموفق وقيده فى سنة ثلث وسبعين ومايتين فوجد له اربع مايه الف دينار فذكر لولو الطولونى انه لا يعرف لنفسه ذنبا الا كثرة ماله واثاثه ولما انحدر لولو من الرقة كان معه من السفن والخزاين زهاء ثلث مايه خزانة ولما هرب لولو من مولاه الى العراق فى جمادى الاولى من السنة اجتاز ببالس وبها محمد ابن العباس بن سعيد

(b) Leg. مايتين .

الكلابى ابو موسى واخوه سعيد فاسرهما ثم ان ابن طولون
وصل الى الثغور فاغلقوها فى وجهه فعاد الى انطاكية ومرض
فولى على حلب عبد الله بن الفتح وصعد الى مصر مريضا فمات
سنة سبعين ومايتين وولى ابنه ابو الجيش خمارويه بن احمد V.p.24.
بن طولون فولى فى حلب ابا موسى محمد بن العباس بن سعيد
الكلابى فى سنة احدى وسبعين ومايتين ونزل ابو الجيش من
مصر الى حلب وكاتب ابا احمد بن المتوكل بان يولى حلب
ومصر وساير البلاد التى فى يده ويدعى له على منابرها فلم يجبه
الى ذلك فاستوحش من الموفق وولى فى حلب القايد احمد
بن ذو غباش وصعد الى مصر فوصل الى حلب اسحق بن
كنداج وكان يلى ديار ربيعة ومحمد بن ابى الساج وكان
يلى ديار مضر فولاه الموفق حلب واعمالها وكتبا الى العراق
يطلبان نجدة تصل اليهما فان ابن خبعوية وغيره من قواد ابن
طولون بشيزر فسير الموفق ابنه ابا العباس احمد بن طلحة
وكان قد جعل اليه ولاية عهده فوصل الى حلب فى ربيع الاخر
من سنة احدى وسبعين ومايتين وكان فيها محمد بن ديوداد بن
ابى الساج المعروف بالافشين حينيذ واليا وسار الى قنسرين
وهى يوميذ لاخى الفصيص التانوخى وهى عامرة وحاضر طى لطى
وعليها ايضا سور وقلعتها عامرة وسار الى شيزر فكسر العسكر
المقيم وسار الى ان تواقع المعتضد وخمارويه على الطواحين

بقرب الرملة وكانت الغلبة اولا لابى العباس المعتضد فهرب
خمارويه بمن خف معه الى مصر ونزل ابو العباس بخيمة
خمارويه وهو لا يشك فى الظفر فخرج كمين لخمارويه
فشدوا عليهم وقاتلوهم فانهزموا وتفرق القوم ورجع الامير ابو
العباس الى ان انتهى الى انطاكية وكان محمد بن ديوداد
المعروف بالافشين بن ابى الساج قد فارق ابا العباس لكلام
اغلظ له فيه ابو العباس فجا قبل وقعة الطواحين واستولى على
حلب ومعه اسحق بن كنداج وسار ابو العباس من انطاكية
الى طرسوس فاغلقها اهلها دونه ومنعوه من دخولها فسار الى
مرعش ثم الى كيسوم ثم الى سميساط وعبر الفرات ونكب عن
حلب لاستيلا الافشين عليها وكان قد جرت بينهما وحشة
ونزل خمارويه الى حلب فصالحه الافشين وصار فى جملته
ودعا له على منابر اعماله وحمل اليه خمارويه مايتى الف
دينار ونيفا وعشرين الف دينار لوجوه اصحابه وعشرين الف
دينار لكاتبه وذلك فى سنة ثلث وسبعين ومايتين واعطاه
ابن ابى الساج ولده رهينة على الوفا بعهده فراسل خمارويه ابا
احمد الموفق وساله الصلح فاجابه الى ذلك وولاه مصر واجناد
الشام وقنسرين وحلب والعواصم والثغور وصعد ابو الجيش
الى مصر وكان ابو الجيش قد اعطا ابن ابى الساج يوم دفع
ولده اليه ما مبلغه ثلثون الف دينار فقال ابن ابا خدعكم

محمد بن ديوداد اذ اعطاكم بولة يبول مثلها فى كل ليلة مرات
واخذ منكم ثلثين الف دينار ثم ان ابن ابى الساج نكث عهده
مع ابى الجيش وعاث فى نواحى الاعمال التى له فى ذى القعدة
من سنة اربع وسبعين ومايتين فخرج اليه ابو الجيش والتقيا
بالثنية من اعمال دمشق فانهزم ابن ابى الساج فاستبيح
عسكره قتلا واسرا ففى ذلك يقول البحترى

وقد تدلت جيوش النصر منزلة على جيوش ابى الجيش بن طولونا
يوم الثنية اذ ثنى بكرته خمسين الفا رجالا او يزيدونا

وكتب الى ابن ابى الساج يوبخه ويقول له اكان يجب
يا قليل المروة والامانة ان تصنع برهنك ما اوجبه غدرك معاذ
الله ان تزر وازرة وزر اخرى ورجع ابو الجيش الى مصر فى سنة
خمس وسبعين و مايتين فعاد محمد بن ديوداد وعاث عليه فى
اطراف بلاده فقصده فانهزم بين يديه فوصل (c) ابن طولون
خلفه الى الفرات وهرب ابن ابى الساج ولحق بابى احمد الموفق
فانضم اليه فخلع عليه واخرجه معه الى الجبل وذلك فى سنة
ست وسبعين ومايتين فولى ابو الجيش على حلب غلام ابيه
طغج بن جف والد الاخشيد ابى بكر محمد بن طغج ودعا يازمار
والى الثغور لخمارويه بطرسوس والثغور وحمل اليه خمارويه

(c) Leg. ابن احمد بن طولون.

خمسين الف دينار (d) وحمل اليه قبل الدعا له ثلثين الف دينار لينفقها فى سبيل الله ومایة وخمسين (e) (ثوبا ومایة خمسين) دابة وسلاحا كثيرا وذلك فى سنة سبع وسبعين ومايتين ورجع ابو الجيش الى مصر ومات المعتمد بعد ذلك فى سنة تسع وسبعين فولى الخلافة ابو العباس احمد بن طلحة المعتضد فبايعه ابو الجيش (f) بن طولون وخطب له فى عمله وسير اليه هدية سنية مع الحسين (g) بن الجصاص وطلب منه ان يزوج ابنته من على ابن المعتضد فقال المعتضد بل انا اتزوجها فتزوجها المعتضد وهى قطر الندا وقيل انه دخل معها مایة هاون ذهب فى جهازها وان المعتضد دخل خزانتها وفيها من المناير والاباريق والطاسات وغير ذلك من الانية الذهب فقال يا اهل مصر ما اكثر صفركم فقال له بعض القوم يا امير المومنين انما هو ذهب وزفت الى المعتضد مع صاحب ابيها الحسين بن عبد الله بن الجصاص فقال المعتضد (h) (لاتحابه) اكرموها بشمع العنبر فوجد فى خزانة الخليفة اربع شمعات من عنبر فى اربعة اتوار فضة فلما كان وقت العشا جات اليه وقدامها اربع مایة وصيفة

(d) Præf. وقد حمل.

(e) Voces incl. in marg. cod. leg. : legendum verò ومایة وخمسين.

(f) Leg. بن احمد بن طولون.

(g) Leg. بن عبد الله بن الجصاص.

(h) Vox. incl. in marg. cod. est.

فى يد كل واحدة منهن تور ذهب وفضة وفيه شمعة عنبر فقال
المعتضد لاصحابه اطفيوا اشمعنا واستروها وكانت اذا جات اليه
اكرمها بان يطرح لها مخدة فجات اليه يوما فلم يفعل ما كان ١٧ عظم
يفعله بها فقالت اعظم الله اجر امير المومنين قال فيمن قالت
فى عبده خمارويه تعنى اباها فقال لها اوقد سمعت بموته قالت لا
ولكنى لما رايتك قد تركت اكرامى علمت انه قد مات ابى
وكان خبره قد وصل الى المعتضد فكتمه عنها فعاد الى
اكرامه لها بطرح المخدة فى كل الاوقات وقتل خمارويه بدمشق
فى سنة ثمانين ومايتين وحلب فى ولاية طغج بن جف من
قبله واظن ان قاضى حلب بعد ايام احمد بن طولون حفص
بن عمر قاضى حلب وولى مكان خمارويه ولده جيش بن
خمارويه وطغج فى حلب على حاله وعزل القواد جيش بن خمارويه
وولوا اخاه هرون بن خمارويه فولى طغج بن جف حلب على حاله
وسير الى المعتضد رسولا يطلب منه اجراه على عادة ابيه فى
البلاد التى كانت فى ولايته فلم يفعل وسير رسولا الى هرون
فاستنزله عن حلب وقنسرين والعواصم وتسلم لهرون مصر
وبقية الشام واتفق الصلح مع المعتضد وهرون على ذلك فى جمدى
الاولى من سنة ست وثمانين ومايتين وكان هرون قد ولى قضا
حلب وقنسرين ابا زرعة محمد بن عثمان الدمشقى فقلد
المعتضد حلب وقنسرين ولده ابا محمد على بن احمد فى هذه

السنة وولى بحلب من قبل ابنه الحسن بن على المعـروف
بكورة الخراسانى واليه تُنسَب داركورة التى داخل باب الجنان
بحلب والحمام المجاورة لها وقد خرِبت الان ولم يبق لها اثر وكان
كاتب على بن المعتضد يوميذ الحسين بن عمرو النصرانى
فقلده النظرَ فى هذه النواحى وسار المعتضد فى سـنـة سـبـع
وثمانين ومايتين خلفُ وصيفُ خادم ابن ابى الساج الى الثغور
الى ان لحقه فضم عمل الثغور ايضا الى كورة وعاد الى انطاكية
ووصيف معه ثم رحـل الى حلـب فاقام بهـا يـومين ووجـد
لوصيف بعد اسره فى بستان بحلب مال كان دفنه وهو بهـا
مع مولاه مبلغه ستة وخمسون الف دينار فحمل الى المعتضد V.p.28.
ثم رحل الى بغداد فمات فى شهر ربيع الاخر سـنـة تسـع
وثمانين ومايتين وتولى الخلافة ولده ابو محمد ولقب بالـمـكـتـفى
فصرف الحسن بن على كورة عن ولايته وولى حلب احمد بن
سهل (1) البوشجانى فى جمدى الاخرة سنة تسع وثمانين ومايتين
ثم صرفه عنها سنة تسعين ومايتين وولى حلب فى هذه السنة
ابا الاغـر خليفة بن المبارك السلمى ووجهه اليها لـمحاربـة
القرمطى صاحب الخال لعنه الله فانه كان قد عاث فى البلاد
وغلب على حمص وحماة و معرة النعمن وسلمية وقتل اهلها
وسبى النسا والاطفال وقدم ابو الاغر حلب فى عشرة الف فارس

(1) Fortasse leg. النوشجانى ab oppido نوشجان in Perside deriv. vox.

فانفذ القرمطى سرية الى حلب فخرج ابو الاغر الى وادى بطنان
فلما استقروا وافاه جيش القرمطى يقدمه المطوق غلامه وكبسهم
وقتل عامة اصحابه وخادما جليلا يقال له بدر القدامى وسلم ابو
الاغر فى الف رجل فصار الى قرية من قرى حلب وخرج اليه
ابنه فى جماعة من الرجالة والاوليا فدخل الى حلب واقام القرامطة
على مدينة حلب على سبيل المحاصرة فلما كان يوم الجمعة
سلخ شهر رمضان من سنة تسعين ومايتين تسرع اهل مدينة
حلب الى الخروج للقا القرامطة فمنعوا من ذلك فكسروا قفل
الباب وخرجوا الى القرامطة فوقعت الحرب بين الفيتين ورزق
الله الحلبيين النصر عليهم وخرج ابو الاغر فاعانهم فقتل من
القرامطة خلق كثير وخرج ابو الاغر يوم السبت يوم عيد
الفطر الى المصلى وعيد باهل حلب وخطب الخطيب وعادت
الرعية على حال سلامة واشرف ابو الاغر على القرامطة فلم
يخرج منهم احد اليه ثم انهم رحلوا الى صاحبهم فى سنة
ثلثماية ثم ان المكتفى ولى حلب الحسين بن حمدان بن
حمدون عم سيف الدولة فعاثت عليه العرب من كلب
واليمن واسد وغيرهم فاجتمعوا بنواحى حلب فخرج للقايهم فى V.p.29.
شهر رمضان من سنة اربع وتسعين ومايتين فهزموه حتى
بلغوا به باب حلب وجرى بينه وبين القرامطة فى هذه السنة
وقعة كسرهم فيها واستاصلهم ثم انه عزل عن حلب وولى عيسى

٣٠٠

غلام النوشرى وكان المكتفى قد صار الى الرقة فى سنة احدى وتسعين ومايتين وكان وجه بمحمد بن سليمن صاحب الجيش الى حلب والشام فى عشرين الف فارس وراجل لمحاربة الطولونية والقرامطة وفتح مصر فقدم محمد بن سليمن حلب (k) فى اواخر سنة تسعين والوالى بها على الحرب عيسى غلام النوشرى فدخلها محمد فى احسن تعبية وزى واقام بها اياما وطالب عمال الخراج بحمل المال وقصده روسا بنى تميم وبنى كلاب فامر عيسى والى حلب ان يستخلف على عمله ويشخص معه الى مصر فامتثل امره واستخلف على حلب ولده وانفق فى جنده ورحل فى اخر شوال معه فلما وافى معرة النعمن خلع عليه وحمله وولاه بلدة الى حدود حماة ولقيهم القرامطة بين تل منس وكفرطاب فى عشرة الف فارس فنصر الله عليهم وانهزموا وقتل الرجالة واسر اكثر الخيالة وصار محمد بن سليمن الى مصر وافتتحها من يد الطولونية عند قتل هرون بن خمارويه واستولى على اموالها ثم ضم الى طغج بن جف الطولونى اربعة الاف رجل وولاه حلب واخرجه عن مصر فلما صار الى حلب وجد بها ابن الواثق وقد انفذه السلطان الى حلب لعرض جيوش الواردين من مصر وذلك فى سنة اثنتين وتسعين ومايتين فعرض ابن الواثق جيشه لما وصل الى حلب

(k) Leg. videtur فى اواخر شوال سنة تسعين, vide adnott. ad vers. lat.

وامره بالنفوذ الى بغداد فرحل حتى وافى مدينة السلم وكذلك
ورد حلب جماعة من القواد الطولونية فعرضهم وتوجهوا الى بغداد
ووافى وصيف البكتمرى وابن عيسى النوشرى صاحب حلب V.p.30.
بغداد يوم الاثنين لثلث عشرة ليلة بقيت من شعبان سنة
اثنتين وتسعين و مايتين ومعهما طغج واخوه وابن لطغج فخلع
عليهم وطوق منهم البكتمرى وابن عيسى النوشرى ثم شخص
عيسى النوشرى عن مصر الى حلب لانه كان واليها فلما
كان بعد شخوصه اليها بايام ورد كتاب العباس بن الحسن
الوزير بتولية عيسى النوشرى مدينة مصر ويوم محمد بن
سليمن بالشخوص الى طرسوس للغزو فوجه محمد بن سليمن
من لحق عيسى بالرملة فرده وورد الى عيسى كتاب من
السلطان بذلك فعاد واليا على مصر وولى المكتفى فى هذه السنة
ابا الحسن ذكا بن عبد الله الاعور حلب ودام بها الى سنة
اثنتين وثلثماية وكان كريما يهب ويعطى واليه ينسب دار ذكا
التى هى الان دار الزكاة والى جانبها دار حاجبه فيروز فانهدمت
وصارت تلا يعرف بتل فيروز فنسفه السلطان الملك الظاهر
رحمه الله فى ايامه وظهر فيه بقايا من الذخاير مثل الزيبق
وغيره وهو موضع سوق الصاغة الان ولابى بكر الصنوبرى
الشاعر فيه مدايح كثيرة وعاد محمد بن سليمن الى حلب ووافاه
مبارك القمى بكتب يومر فيها بتسليم الاموال وركب اليه ذكا

ذ...

الاعور صاحب حلب وابو الاغر وغيرهما فاختلط بهم وسار معهم الى المدينة فادخلوه الى الدار المعروفة بكورة بباب الجنان ووكلوا به فى الدار وتخلص ذكا عن حلب لمحاربة ابن الخليج مع ابى الاغر الى مصر ووجه بمحمد بن سليمن مقبوضا الى بغداذ وتوفى المكتفى سنة خمس وتسعين ومايتين وولى اخوه ابو الفضل المقتدر وعاثت بنو تميم فى بلد حلب وافسدت فسادا عظيما وحاصروا ذكا بحلب فكتب المقتدر الى الحسين بن حمدان فى انجاد ذكا بحلب فاسرى من الرحبة حتى اناخ عليهم بخناصرة واسر منهم جماعة وانصرف ولم يجتمع بذكا ففى ذلك يقول V.p.31. شاعر من اهل الشام

اصلح ما بين تميم وذكا
ابلج يشكى بالرماح من شكا
يدك بالجيش اذا ما سلكا
كانه سليكة بن السلكا

وكان وزير ذكا وكاتبه ابا الحسن محمد بن عمر بن يحيى النفرى الكاتب واليه ينسب حمام النفرى وهى الان داثرة وداره هى المدرسة النورية ومدحه الصنوبرى ثم ان المقتدر عزل ذكا عن حلب وولاه دمشق ثم مصر الى ان مات وقيل ان المقتدر ولى حلب مولاه تكين الخادم ابا منصور ثم عزله عنها والصحيح انه ولى الشام ومصر مونس المظفر الخادم نيابة عن ابنه ابى

العباس فقدم الى حلب وصعد الى مصر وولى مونس ذكا
الاعور دمشق ومصر وعزله عن حلب وولى الامير ابا العباس
احمد بن كيغلغ حلب سنة اثنتين وثلثماية وكان على قضا
حلب سنة تسعين محمد بن محمد الحدوى ثم ولى القضا بحلب
وقنسرين محمد بن ابى موسى عيسى الضرير الفقيه فى سنة
سبع وتسعين ومايتين وشخص الى عمله لاربع عشرة ليلة خلت
من شهر ربيع الاخر ثم صرف محمد بن عيسى عن قضا
حلب وقنسرين فى سنة ثلثماية بابى حفيص عمر بن الحسن
بن نصر الحلبى القاضى وكانت داره بسوق السراجين وعزل ابو
حفيص عن القضا فى حلب سنة اثنتين وثلثماية ووليها ابو
عبد الله محمد بن عبدة بن حرب وتوفى عمر بن الحسن
القاضى سنة سبع وثلثماية وكان محمد بن عبدة بن حرب
قاضيا بها سنة خمس وثلثماية ثم تولى قضا حلب وحمص ابراهيم
بن جعفر بن جابر ابو اسحق الفقيه فى سنة ست وثلثماية وولى
الخراج من قبل المكتفى بحلب الحسن بن الحسن بن رجا بن
ابى الضحاك وتوفى بحلب فى جمادى الاولى سنة احدى وثلثماية
فجاة وولى الخراج بعده على بن احمد بن بسطام والانفاق عبد الله
بن محمد بن سهل ثم توفى سنة اثنتين وثلثماية وتولى مكانه
محمد بن الحسن بن على الناظرى وكان ابو العباس بن كيغلغ
اديبا شاعرا جوادا وهو الذى مدحه المتنبى بقوله

خل Deminuta ex castemata (?)
صرّف permutavit
V.p.32.
فجاة in improviso
نفق expensa
جاد liberalis fuit

كم قتيل كما قتلت شهيد

ومن شعر الامير احمد بن كيغلغ قوله

قلت له والجفون قرّحى قد اقرح الدمع ما يليها
ما لى فى لوعتى شبيه قال وابصرت لى شبيها

ثم ولى مونس المظفر حلب ابا قابوس محمود بن جك الخراسانى وكان جبارا قاسيا منحرفا عن اهل البيت وقيل هو محمود بن حمل فدام واليا بها الى سنة اثنتى عشرة وثلثماية وكان مونس المظفر بالشام فاستدعى الى بغداذ لقتال القرمطى فسار اليها وولى حلب وصيف البكتمرى الخادم سنة اثنتى عشرة وثلثماية ثم عزله عنها سنة ست عشرة وثلثماية ووليها فى هذه السنة هلال بن بدر ابو الفتح غلام المعتضد وكان امير دمشق قبل ذلك ثم عزل عن حلب وولى فطربل وسامرا فى سنة سبع عشرة فوليها فى هذه السنة وصيف البكتمرى ثانية ومات بحلب على ولايته يوم الثلثا لثمان خلون من ذى الحجة من سنة (l) سبع عشرة وثلثماية وكان كاتبه عبد الله والد ابى العباس احمد بن عبد الله الشاعر المعروف بابن كاتب البكتمرى فوليها الامير احمد بن كيغلغ ثانية الى سنة ثمان عشرة وثلثماية ثم ولى مونس المظفر غلامه طريف بن عبد الله السبكرى الخادم فى سنة تسع عشرة وثلثماية وكان طريفا (m)

(l) In marg. cod. legitur وقيل بان وفاته سنة خمس عشرة anno 315 mortuus esse dicitur.

+ وفي promissis stetit

شهما شجاعا وحاصر بنى القصيص فى حصونهم باللاذقية وغيرها فحاربوه حربا شديدا حتى نفد جميع ما كان عندهم من القوت. ولما فنزلوا على الامان فوفا لهم واكرمهم ودخلوا معه حلب مكرمين معظمين فاضيفت اليه حمص مع حلب ثم ان القاهر قبض مولاه مونس المظفر وتولى طريف قبضه واحضره الى القاهر فى سنة احدى وعشرين وثلثماية فراى له ذلك وولى القاهر بشرى الخادم دمشق وحلب وسار الى حلب ثم الى حمص فكسره ابن طغج واسره وخنقه ووصل ابو العباس بن كيغلغ الى حلب فاتفق مع محمد بن طغج وحالفه وولى الخلافة الراضى بعد القاهر وكان الراضى قد خاف على بدر الخرشنى من الحجرية ان يفتكوا به فقلده حلب واعمالها وهى بيد طريف سنة اربع وعشرين وامره بالمسير من يومه فسار وبلغ طريف فانفذ صاحبا له الى ابن مقلة وبذل له عشرين الف دينار ليجدد له العهد وان لا يصرف (n) من حلب ووصل الخرشنى فدافعه طريف رجا ان يفغى ابن مقلة وطره فزحف بدر الخرشنى والتقى طريف فى ارض حلب فانهزم طريف من بين يديه وتسلم بدر حلب واقام بهـا مدة يسيرة ثم كوتب من الحضرة بالانصراف فرجع الى الحضرة وقلد طريف حلب مرة ثالثة فقلد طريف السبكرى من جهته

(m) Leg. وكان طريف شهما vel ظريفا.

(n) Malim عن حلب.

حلب والعواصم فاقام بها الى سنة اربع وعشرين وثلثماية وكان
قاضى (حلب) عبيد الله بن عبد الرحمن بن اخى الامام ثم ولى
حلب ابو العباس احمد بن سعيد بن العباس الكلابى ومدحه
ابو بكر الصنوبرى وكان بها نايبا عن ابى بكر الاخشيذ محمد
بن طغج بن جف فى غالب ظنى فان الاخشيذ استولى على
الشام الى سنة ثمان وعشرين وثلثماية وفى ولاية ابى العباس
الكلابى وردت بنو كلاب الى الشام من ارض نجد واغارت
على معرة النعمن فخرج اليهم والى المعرة معاذ بن سعيد بجنده
وتبعهم الى البراغيثى فعطفوا عليه واسروه واكثر جنده واقام
فيهم مدة يعذبونه فخرج اليهم ابو العباس احمد بن سعيد
الكلابى والى حلب فخلصه منهم وكان ورودهم فى سنة خمس
وعشرين وثلثماية ثم ان الراضى قدم الموصل وكان ابو بكر
محمد بن رايق ببغداذ وبينه وبين بجكم وحشة فانفذ الراضى
ابا الحسين عمر بن محمد القاضى الى ابى بكر محمد بن رايق
يخيره فى احد البلدين واسط او حلب واعمالها فاختار حلب واراد
بذلك البعد عن بجكم فاجابه الراضى الى ذلك وخلع عليه ابو
جعفر وابو الفضل ابنا الراضى وعقدا له وجعل بجكم يحث
الراضى على الوصول الى بغداذ ويتاسف على خروج ابن رايق
منها ليشفى غيظه فقال له الراضى هذا لا يصلح وهذا رجل
قد امنته وقلدته ناحية من النواحى فسمع واطاع وما امكنك

منه فخرج ابو بكر بن رايق فى شهر ربيع الاخر من سنة
سبع وعشرين وثلثماية وقيل دخل حلب فى سنة ثمان
وعشرين وثلثماية وسار عنها الى قتال الاخشيذ محمد بن طغج
بن جف الفرغانى وولى فى حلب نيابة عنه خاصة محمد بن يزداذ
وجرت بين ابى بكر بن رايق والاخشيذ وقعة انهزم فيها
الاخشيذ وسلم دمشق الى ابن رايق واقتصر على الرملة ومصر ثم وقع
بينهما وقعة اخرى فى الجفار اسر فيها ابو الفتح مزاحم بن محمد
عدة compositio بن رايق فرجع فى علة يسيرة حتى يخلص ابنه فقتل ابو نصر
بن طغج فكفنه ابن رايق وجعله فى تابوت وانفذه الى اخيه
الاخشيذ مع ابنه مزاحم وقال ما اردت قتل اخيك وهذا
ولدى قد انفذته اليك لتقيده به فخلع الاخشيذ عليه واعطاه
مالا كثيرا ورده. وذلك فى سنة تسع وعشرين وثلثماية ثم ان
ابا بكر محمد بن طغج الاخشيذ سير كافورا الخادم من مصر
V.p.35. ومعه عسكر وفى مقدمته ابو المظفر مساور بن محمد الرومى
احد قواد الاخشيذ فوصل الى حلب فالتقى كافور ومحمد بن
يزداذ الوالى بحلب من قبل ابن رايق فكسره كافور واسره واخذ
منه حلب وولى بها مساور بن محمد الرومى وعاد كافور الى مصر
وهذا ابو المظفر مساور بن محمد الرومى مدحه المتنبى بقوله
امساور ام قرن شمس هذا ام ليث غاب يقدم الاستاذا
يريد بالاستاذ كافورا الخادم وذكر فيها كسرة ابن يزداذ فقال

فبك ابن يزداذ حطمت وبحبه اترى الورى اضحوا بنى يزداذا
ومساور هو صاحب الدار المعروفة بدار ابن الرومى بالزجاجين
بحلب وتعرف ايضا بدار ابن مستفاد وهى شرقى المدرسة
العمادية التى جددها سليمان بن عبد الجبار بن ارتق بحلب
وهى المنسوبة الى بنى العجمى واظن ان قاضى حلب فى هذا
التاريخ كان ابا طاهر محمد بن محمد بن سفين الدباس او قبل
هذا التاريخ ثم اتفق الاخشيذ ومحمد بن رايق على ان يخلى له
الاخشيذ حمص وحلب ويحمل اليه مالا وزوج الاخشيذ ابنته
بمزاحم ابن ابى بكر بن رايق وقتل ناصر الدولة ابو محمد الحسن بن
عبد الله بن حمدان ابا بكر بن رايق فى رجب سنة ثلثين
وثلثماية بين يدى المتقى يوم الاثنين لتسع بقين منه وكان
ابن رايق شهما مقداما سخيا جوادا لكنه كان عظيم الكبر
مستبدا برايه منزوعا من التوفيق والعصمة والتسديد وكان
احمد بن على بن مقاتل بحلب من جهة ابى بكر بن رايق ومعه
ابنه مزاحم بن محمد بن رايق فقلد ناصر الدولة على بن خلف
ديار مضر والشام وانفذ معه عسكرا وكاتب يانس المونسى
ان يعاضده وكان يانس يلى ديار مضر من قبل ناصر الدولة
فسار الى جسر منبج وسار احمد بن مقاتل ومزاحم الى منبج V.p.36.
فالتقوا على شاطى الفرات وسير يانس كاتبه ونذيرا غلامه
برسالة الى ابن مقاتل فاعتقلهما ووقعت الحرب بين الفيتين ولحق

يانس جراح كادت تتلفه فعدل به الى قلعة نجم ليشدد
ونظر نذير غلامه وهو معتقل فى عسكر ابن مقاتل على بغل
الى شاكرى ليانس معه جنيبة من خيله فاخذ سيف
الشاكرى وركب الجنيبة وصار الى ابن مقاتل فقتله وانهزم
عسكره وافاق يانس المونسى فسار وعلى بن خلف متوجهين
الى حلب وتلاوم قواد ابن مقاتل على هزيمتهم فعادوا الى القتال
فى وادى بطنان فانهزموا ثانية وملك على بن خلف ويانس
المونسى حلب فى سنة ثلثين وثلثماية ثم ان على بن خلف سار
منها الى الاخشيذ محمد بن طغج فاستوزره وعلا امره معه الى ان
راه يوما وقد ركب فى اكثر الجيش بالمطارد والزى ومحمد جالس فى
متنزه له فامر بالقبض عليه فلم يزل محبوسا الى ان مات محمد
بن طغج فاطلق وبقى يانس المونسى واليا على حلب فى سنة
احدى وثلثين وثلثماية وكان يانس هذا مولى مونس المظفر الخادم
وتولى الموصل فى ايام القاهر وكان يلى ديار مضر من قبل ناصر
الدولة الى ان كان من امره ما ذكرناه فاستامن الى الاخشيذ
ودعا له على المنابر بعمله واتفق ناصر الدولة بن حمدان وتوزون
فى سنة اثنتين وثلثين وثلثماية على ان تكون الاعمال من
مدينة الموصل الى اخر اعمال الشام لناصر الدولة واعمال السن
الى البصرة لتوزون وما يفتحه مما وراء ذلك وان لا يعرض احد منهما
لعمل الاخر فولى ناصر الدولة حلب وديار مضر والعواصم ابا بكر

محمد بن على بن مقاتل صاحب ابن رايق فى شهر ربيع
الاول من سنة اثنتين (o) وثلثماية ووافق ناصر الدولة ابا محمد
بن حمدان على ان يودى اليه اذا دخل حلب خمسين الف دينار V.p.37.
فتوجه ابو بكر من الموصل ومعه جماعة من القواد ولم يصل
اليها نوقع بين الامير سيف الدولة بن حمدان وبين ابن عمه
ابى عبد الله الحسين بن سعيد بن حمدان كلام بالموصل
واراد القبض عليه فقلد ناصر الدولة ابا عبد
الله الحسين بن سعيد بن حمدان اخا الامير ابى فراس
حلب واعمالها وديار مضر والعواصم وكلما يفتحه من الشام
فتوجه فى اول شهر رجب سنة اثنتين وثلثين وثلثماية ودخل
الرقة بالسيف لان اهلها حاربوه مع اميرها محمد بن حبيب
البلزمى فاسره وسمله واحرق قطعة من البلد وقبض على روسا
اهله وصادرهم وتوجه الى حلب ومعه ابو بكر محمد بن على بن
مقاتل ويجلب يانس المونسى واحمد بن العباس الكلابى
فهربا من بين يديه من حلب وتبعهما الى معرة النعمان ثم الى
حمص وهرب امير حمص اسحق بن كيغلغ بين يديه وملك
هذه البلاد ودانت له العرب ثم عاد الى حلب واقام بها الى ان
وافى الاخشيذ ابو بكر محمد بن طغج بن جف الفرغانى وانما
لقب بالاخشيذ لان ملك فرغانة يتسمى بذلك وكان ابوه

(o) Suppl. وثـلثين.

من اهل فرغانة وقدمها الاخشيذ فى ذى الحجة من سنة اثنتين
وثلثين وثلثماية ولما دنا الاخشيذ من حلب انصرف الحسين
بن حمدان عنها لضعفه عن محاربته الى الرقة وكان ابن مقاتل
مع ابن حمدان بحلب فلما احس بقرب الاخشيذ منها
VIII وتغويل ابن حمدان على الانصراف استتر فى منارة المسجد
الجامع الى ان انصرف ابن حمدان ودخل الاخشيذ فظهر له ابن
مقاتل واستامن اليه وقلده الاخشيذ اعمال الخراج والضياع
بمصر واما الحسين بن سعيد فانه لما وصل الى الرقة وجد
المتقى لله بها هاربا من توزون التركى وقد تغلب على بغداذ
وسيف الدولة ابو الحسن على بن عبد الله بن حمدان مع
المتقى بالرقة وقد فارق اخاه ناصر الدولة لكلام جرى بينهما V.p.38.
فلم ياذن المتقى لابى عبد الله الحسين فى دخول الرقة واغلقت
ابوابها دونه ووقعت المباينة بينه وبين عمه سيف الدولة
وسفر بينهما فى الصلح فتم ومضى الى حران ومنها الى الموصل
وقدم الاخشيذ عند حصوله بحلب مقدمته الى بالس وسار
بعدها بعد ان سير المتقى ابا الحسن احمد بن عبد الله بن
VIII اسحق الخرقى يسال الاخشيذ ان يسير اليه ليجتمع معه
بالرقة ويجدد العهد به ويستعين به على نصرته ويقتبس من
رايه فلما وصل ابو الحسن الى حلب تلقاه الاخشيذ واكرمه
واظهر السرور والثقة بقرب المتقى وانفذ من وقته مالا مع احمد

بن سعيد الكلابى الى المتقى وسار خلفه حتى نزل وبينه
وبين المتقى الفرات فراسله المتقى بالخرقى وبوزيره ابى الحسين
بن مقلة فعبر اليه يوم الخميس لثلاث عشرة ليلة خلت من
المحرم سنة ثلاث وثلثين وثلثماية ووقف بين يدى المتقى لله
ثم ركب المتقى لله فمشى بين يديه وامره ان يركب فلم يفعل
وحمل اليه هدايا ومالا كثيرا وحمل الى الوزير ابى الحسين بن
مقلة عشرين الف دينار ولم يدع احدا من اصحاب المتقى
وحواشيه وكتابه الا برّه ووصله واجتهد بالمتقى لله ان يسير
معه الى الشام ومصر فابى فاشار عليه بالمقام مكانه وضمن
له ان يمده بالاموال (p) فلم يفعل الى ان كاتبه توزون وخدعه
وقبض عليه وبايع المستكفى وكتب المتقى عهدا للاخشيذ
بالشامات ومصر على ان الولاية له ولابى القسم انوجور ابنه الى
ثلثين سنة وكتب الاخشيذ فى هذه السفرة الى عبده كافور
الخادم الى مصر وقال له ومما يجب ان تقف عليه اطال الله
بقاك انى لقيت امير المومنين بشاطى الفرات فاكرمنى وحبانى
V.p.39. وقال كيف انت يابا بكر اعزك الله فرحا بانه كناه والخليفة
لا يكنى احدا وعاد الاخشيذ من الرقة الى حلب وسار الى
مصر وولى بحلب من قبله ابا الفتح عثمان بن سعيد بن العباس

(p) Auctor scripsisse videtur فلم يفعل quasi ante hoc legeretur
فاشار اليه بان لا ينصرف عن مكانه .

بن الوليد الكلابى وولى اخاه انطاكية فحسد ابا الفتح اخوته الكلابيون وراسلوا سيف الدولة بن حمدان ليسلموا اليه حلب وقد كان طلب سيف الدولة من اخيه ناصر الدولة ولاية فقال له ناصر الدولة الشام امامك وما فيه احد يمنعك منه وعرف سيف الدولة اختلاف الكلابيين وضعف ابى الفتح عن مقاومته فسار الى حلب فلما وصل الى الفرات خرج اخوة ابى الفتح عثمان بن سعيد باجمعهم للقا سيف الدولة فراى ابو الفتح انه مغلوب ان جلس عنهم و علم حسدهم له فخرج معهم فلما قطع سيف الدولة الفرات اكرم ابا الفتح دون اختوته واركبه معه فى العمارية وجعل سيف الدولة يساله عن كل قرية يجتاز بها ما اسمها فيقول ابو الفتح هذه الفلانية حتى عبروا بقرية يقال لها ابرم وهى قرية قريبة من الفايا فقال له سيف الدولة ما اسم هذه القرية قال ابو الفتح ابرم فظن سيف الدولة انه قد اكربه بالسوال فقال له ابرم من الابرام فسكت سيف الدولة عن سواله فلما عبروا بقرى كثيرة ولم يساله عنها علم ابو الفتح بسكوت سيف الدولة فقال له ابو الفتح يا سيدى يا سيف الدولة وحق راسك ان القرية التى عبرنا عليها اسمها ابرم واسال عنها غيرى فعجب سيف الدولة من ذكايه فلما وصل حلب اجلسه معه على السرير ودخل سيف الدولة حلب يوم الاثنين لثمان خلون من شهر ربيع الاول من سنة ثلاث وثلثين

وثلثماية وكان القاضى بها احمد بن محمد بن ماثل فعزله
وولى ابا حصين على بن عبد الملك بن بدر بن الهيثم الرقى
وكان ظالما فكان اذا مات انسان اخذ تركته لسيف
الدولة وقال كل من هلك فلسيف الدولة ما ترك وعلى ابى
حصين الدرك ثم ان الاخشيد سير عسكرا الى حلب مع
كافور ويانس المونسى وكان الامير سيف الدولة غازيا بارض
الروم قد هتك بلد الصفصاف وعرنسوس فغنم ورجع فسار
لطيته الى الاخشيدية فلقيهم بالرستن فحمل سيف الدولة على
كافور فانهزم وازدحم اصحابه فى جسر الرستن فوقع فى النهر
منهم جماعة ورفع سيف الدولة السيف فامر غلمانه ان لا
يقتلوا احدا منهم وقال الدم لى والمال لكم فاسر منهم نحو اربعة
الف من الامرا وغيرهم واحتوى على جميع سواده ومضى كافور
هاربا الى حمص وسار منها الى دمشق وكتب الى الاخشيد
يعلمه بهزيمته واطلق سيف الدولة الاسارى جميعهم فمضوا
وشكروا فعله ورحل سيف الدولة بعد هزيمتهم الى دمشق
ودخلها فى شهر رمضان سنة ثلاث وثلثين واقام بها فكاتبه
الاخشيد يلتمس منه الموادعة والاقتصار على ما فى يده فلم
يفعل وخرج سيف الدولة الى الاعراب فلما عاد منعه اهل
دمشق من دخولها فبلغ الاخشيد ذلك فسار من الرملة
وتوجه يطلب سيف الدولة فلما وصل طبرية عاد سيف

الدولة الى حلب بغير حرب لان اكثر اصحابه وعسكره استامنوا الى الاخشيذ فاتبعه الاخشيذ الى ان نزل معرة النعمن فى جيش عظيم فجمع سيف الدولة ولقيه بارض قنسرين فى شوال من سنة ثلاث وثلثين وثلثماية وكان الاخشيذ قد جعل مطارده وبوقاته فى المقدمة وانتقى من عسكره نحو عشرة الف وسماهم الصابرية فوقف بهم فى الساقة فحمل سيف الدولة على مقدمة الاخشيذ فهزمها وقصد قبته وخيمه وهو يظنه فى المقدمة فحمل الاخشيذ ومعه الصابرية فاستخلص سواده ولم يقتل من العسكرين غير معاد بن سعيد والى معرة النعمن من قبل الاخشيذ فانه حمل على سيف الدولة لياسره فضربه سيف الدولة بمستوفى كان معه فقتله وهرب سيف الدولة فلم V.p.41. يتبعه احد من عسكر الاخشيذ وسار على حاله الى الجزيرة فدخل الرقة وقيل انه اراد دخول حلب فمنعه اهلها ودخل الاخشيذ حلب وافسد اصحابه فى جميع النواحى وقطعت الاشجار التى كانت فى ظاهر حلب وكانت عظيمة جدا وقيل انها كانت من اكثر المدن شجرا واشعار الصنوبرى تدل على ذلك ونزل عسكر الاخشيذ على الناس بحلب وبالغوا فى اذى الناس لميلهم الى سيف الدولة وعاد الاخشيذ الى دمشق بعد ان ترددت الرسل بينه وبين سيف الدولة واستقر الامر على ان افرج الاخشيذ له عن حلب وحمص وانطاكية وقرر عن

دمشق مالا يحمله اليه فى كل سنة وتزوج سيف الدولة بابنة
اخى الاخشيذ عبيد الله بن طغج وانتظم هذا الامر على يد
الحسن بن طاهر العلوى وسفارته فى شهر ربيع الاول سنة اربع
وثلثين وثلثماية فسار الاخشيذ الى دمشق وعاد سيف الدولة
الى حلب وتوفى الاخشيذ بدمشق فى ذى الحجة من سنة اربع
وثلثين وقيل فى المحرم من سنة خمس وثلثين وثلثماية وملك
بعده ابنه ابو القسم انوجور واستولى على التدبير ابو المسك
كافور الخادم وكان سيف الدولة فيما ذكر قد عمل على
تخلية الشام فلما مات الاخشيذ سار كافور بعساكر
مولاه الى مصر من دمشق وكان قد استولى على مصر رجل
مغربى فحاربه كافور وظفر به وخلت دمشق من العساكر
فطمع فيها سيف الدولة وسار اليها فملكها واستامن اليه
يانس امونسى فى قطعة من الجيش واقام سيف الدولة
بدمشق وجبى خراجها ثم اتته والدته نعم ام سيف الدولة الى
دمشق وسار سيف الدولة الى طبرية وكان سيف الدولة
فى بعض الايام يساير الشريف العقيقى بدمشق فى الغوطة
بظاهر البلد فقال سيف الدولة للعقيقى ما تصلح هذه الغوطة
تكون الا لرجل واحد فقال له الشريف العقيقى هى لاقوام
كثير فقال له سيف الدولة لين اخذتها القوانين ليتبرون V.p.42.
اهلها منها فاسرها الشريف فى نفسه واعلم اهل دمشق بذلك

وجعل سيف الدولة يطالب اهل دمشق بودايع الاخشيد
واسبابه فكاتبوا كافورا فخرج فى العساكر المصرية ومعه
انوجور بن الاخشيذ فخرج سيف الدولة الى اللجون واقام اياما
قريبا من عسكر الاخشيذ باكسال فتفرق عسكر سيف
الدولة فى الضياع لطلب العلوفة فعلم به الاخشيذية فزحفوا
اليه وركب سيف الدولة يتشرف فرآهم زاحفين فى تعبية
فعاد الى عسكره فاخرجهم فنشبت الحرب فقتل من اصحابه
خلق واسر كذلك وانهزم سيف الدولة الى دمشق فاخذ والدته
ومن كان بها من اهله واسبابه وسار من حيث لم يعلم اهل
دمشق بالوقعة وكان ذلك فى جمادى الاخرة من سنة خمس
وثلثين وجا سيف الدولة الى حمص وجمع جمعا لم يجتمع له قط مثله
من بنى عقيل وبنى نمير وبنى كلب وبنى كلاب وخرج من حمص
وخرجت عساكر ابن طغج من دمشق فالتقوا بمرج عذرا
وكانت الوقعة اولا لسيف الدولة ثم اخرها عليه فانهزم
وملكوا سواده وتقطع اصحابه فى ذلك البلد فهلكوا وتبعوه الى
حلب فعبر الى الرقة وانحاز يانس المونسى من عساكر سيف
الدولة الى انطاكية ووصل ابن الاخشيد حلب فى ذى الحجة
من سنة خمس و ثلثين وثلثماية فاقام بها وسيف الدولة فى
الرقة فراسل انوجور يانس المونسى وهو بانطاكية وضمن
هو وكافور ليانس ان يجعلاه بحلب فى مقابلة سيف الدولة

وضمن لهما يانس بان يقوم فى وجه سيف الدولة بحلب وان
يعطيهم ولده رهينة على ذلك فاجابوه وانصرف كافور وانوجور
بالعسكر عن حلب الى القبلة واتاها يانس فتسلمها وقيل ان
الاخشيذية عادوا واقام سيف الدولة بحلب فخالف عليه يانس
والساجية وارادوا القبض عليه فهرب وكتابه واصحابه الى V.p.43.
الرقة وملك يانس حلب ولم يقم يانس بحلب الا شهرا حتى
اسرى اليه سيف الدولة الى حلب فى شهر ربيع الاخر سنة
ست وثلثين وثلثماية فكبسه فانهزم يانس الى سرمين يريد
الاخشيذ فانفذ سيف الدولة فى طلبه سرية مع ابرهيم ابن
البارد العقيلى فادركته عند ذاذخ فانهزم وخلى عياله وسواده
واولاده وانهزم الى اخيه بميفرقين وكان ابن البارد قد وصل
الى سيف الدولة فى سنة خمس وثلثين وكان فى خدمة
اخيه ناصر الدولة ففارقه وقدم على سيف الدولة ثم ان الرسل
ترددت بين سيف الدولة وابن الاخشيذ وتجدد الصلح بينهما
على القاعدة التى كانت بينه وبين ابيه دون المال المحمول
عن دمشق وعمر سيف الدولة داره بالحلبة وقلد ابا فراس ابن
عمه منبج وما حولها من القلاع واستقرت ولاية سيف الدولة
لحلب من سنة ست وثلثين وثلثماية وهذه هى الولاية الثالثة
انتهى ما نقلته من كتاب زبدة الحلب
من تاريخ حلب ۞

PARS LIBRI INSCRIPTI

CREMOR LACTIS

EX HISTORIA HALEBI.

TUM Chaledus (1), cui Deus faveat, Halebum (2) versus castra movit. Oppidi populus munimentis contra eum se defendit; sed; Abu-Ohbaida adveniente et contra eos castra collocante, pacem securitatemque a Muhammedanis petit, cujus precibus quum Abu-Ohbaida annuisset, pace facta securitateque ei scripto affirmata, Muhammedani urbem per portam Antiochenam (3) intrant. Loco autem intra portam Antiochenam, quo clypeis sese circumtexerunt, templum ædificatum est, tunc temporis Alghadhajeri appellatum, nunc Schohaib (4). Abu-Ohbaida Halebum profectus, nuncio, populum Kinnesrinensem fœdus fregisse, allato, contra eos Alsamthum ben-Alaswad Cenditam misit, qui, oppido capto, bovum oviumque ibi repertorum partem iis qui aderant, distribuens, reliquum in præda posuit (5). Kinnesrini autem Hadhiri (6), quod post bellum Alfisad (7) dictum, inter eos gestum, quum pars eorum duos montes teneret (8), habitaverant, incolarum aliqui, quum Abu-Ohbaida contra eos profectus esset, Muhammedis fidem professi sunt, majore eorum parte sub tributi solvendi conditione pacem impetrante (9), quippe qui haud multo post, paucis solummodo exceptis, Muhammedanorum religionem acceperunt. Cum iis qui ex tribu Tanuch aliisque ex Arabibus in Halebi Hadhiro prope oppidum sito sedes habebant, Abu-Ohbaida sub conditione tributi solvendi, postea Muhammedanis factis, pacem composuit. Inter quos et Halebi incolas bello exardente, sedibus illi expulsi, in agrum Kinnesrinensem transmigrarunt, quæ

oppida tum temporis cum Emessa conjuncta Jasidus ben-Moahwijja (10), secundum alios pater ejus Moahwija, separavit. Interim Ohmarus ben-Alchaththab, cui Deus faveat, de Chaledi in capiendis oppidis Halebo et Kinnesrino meritis certior factus, dixit: « Chaledus ducis munere dignum se » ostendit. Deus Abu-Becro misericordiam donet, nam in » viris cognoscendis me peritior erat. » Chaledus enim (11) summum in Syria imperium ab Abu-Becro, cui Deus faveat, obtinuerat; de quo munere ab Ohmaro, qui Abu-Ohbaidam imperatorem creaverat, demotus, postea ab eodem, cui Deus faveat, Kinnesrino præfectus est: nam quum Chaledus ab incursione anno 16, cum Ihjadho ben-Ghanam (12), in Græcorum territorium (13) facta, quæ fuit prima temporis Islamismi, reverteretur, Ohmari de Kinnesrini præfectura mandatum ei allatum est. Quam præfecturam sub Abu-Ohbaidæ imperio gerebat, donec, Heraclio Ægypti populum mari in bellum mittente, copiasque Græcas contra Abu-Ohbaidam (14), qui tum temporis post reditum ab Halebo capto Emessæ commorabatur, ducente, ab Abu-Ohbaida ad auxilium vocatus, omnes, quas secum habebat, copias eduxit, et Kinnesrini populus, illo profecto, Heraclii in obsequium jurans a religione Muhammedis defecit, omnes tribu Tanuch perfidia superante. Muhammedani, consilio habito, fossam ducendam Ohmarumque litteris certiorem faciendum censuerunt; et, rejecta Chaledi pugnam præferentis sententia, fossa ducebatur, et litteræ, quibus auxilium implorabant, ad Ohmarum mittebantur. Hostes Græcorum copiis adjuti, castris contra Muhammedanis positis, obsidione eos cinxerunt, et, e Mesopotamia triginta millibus auxiliorum, præter ea quæ a tribu Tanuch aliisque data erant, advenientibus, omnibus quibus fieri potest malis Muhammedanos afflixerunt. Ohmarus (15) Kahkahum ben-Ahmru ei (Abu-Ohbaidæ) auxilio mittens, Sahdo ben-Abi-Wekaz (16) rem litteris exposuit, et ut Muhammedanorum copias in omnes Mesopotamiæ partes ad Græcos a pugna contra Emessenos retinendos dimitteret imperavit. Quum Muhammedanorum copiæ per Mesopotamiam vagarentur, Græci, hujus rei certiores facti, ab Emessa versus urbes suas castra moverunt; qua re Kinnesrinenses per-

moti, pœnitentiam Chaledo litteris declararunt, quibus tale responsum datum est: « Si ego imperium exercerem, vos num » multi an pauci essetis, non respicerem; sed sub alius imperio » sum. Si fides vestra sincera est, Mesopotamiæ populi exem- » plum sequentes, copias vestras dissolvite. » Quam rem tota Tanuchi tribu improbante, tum concedente, ad Chaledum missum est. « Res in potestate tua est: si jubes, facturi sumus; sin » vero copias contra nos educere præfers, nos Græcos deserentes » fugam capiemus. » Dixit: « Ne copias dissolvite; sed quum » copias eduxerimus, illos deserentes fugam capite. » Abu-Ohbaida Muhammedanorumque copiæ hac de re certiores facti, dixerunt: « Educ nos contra hostes. » Chaledo autem tacente, Abu-Ohbaida dixit: « Quid tibi est, o Chalede? non loqueris. » Dixit: « Consilium meum hac de re cognovisti, sed verbis » meis non satisfecisti. » Dixit: « Loquere, audio te, et tibi obsequor. » Suasit tum ut obviam iretur. Copiis Muhammedanorum eductis, in occursum quum ventum esset, et populus Kinnesrinensis et cum hoc Græci fugam cepissent, omnes Græci, ne uno quidem evadente, in Muhammedanorum potestatem venerunt (17). Chaledus autem Kinnesrino præerat, donec cum Ihjado, anno 17, utriusque post reditum ab Aldjabija (18), quo tempore et Ohmarus Medinam reversus est, expeditionem contra Græcos suscepit, et salvus, præda onustus rediens, nam magna uterque præda potitus est, quum in vulgus, quantis in illa expeditione opibus potiti essent, emanasset, prædam suam distribuit; quin imo Alaschahtso ben-Kais (19), eorum uni qui Kinnesrini Chaledum adierant, quippe quem ex pluribus regionibus beneficii causa adirent, decem dirhemorum millia dono dedit: quam rem Ohmarus, cui quid intra regni sui fines ageretur non latebat, quum et qui ex Iraca migrassent, et qui in Syria donis donati essent, litteris cognosceret, ægre ferens, nuncio vocato, Abu-Ohbaidæ hæc mandata misit: « Quum » Chaledum surgere jusseris, vitta sua (20) eum vinci et mitram » depone, ut qua ex re Alaschahtso dona dederit, vos doceat, » num ex opibus suis, an ex prædæ portione. Quod si ex prædæ » portione fecisse dixerit, ipse perfidiam quandam professus » est; sin vero ex opibus suis, prodigum se gessit. Quidquid » autem dixerit, de provincia eum demove, eamque tuæ ad-

» junge. » Abu-Ohbaida, Chaledo litteris advocato, concionem indicit. Populo congregato, ipse quum suggestum conscendisset, Ohmari legatus surgens, tali modo Chaledum allocutus est : « O Chalede, num ex opibus tuis an ex prædæ portione decem » millia dono dedisti ? » Chaledus quum nil responderet, pluribus eum allocutus est, Abu-Ohbaida nullum verbum faciente. Tandem Ballalus (21) ad eum accedens dixit : « Princeps » fidelium, ut tali modo tecum ageretur, mandata misit. » Chaledi, id fieri non prohibentis, potius dicto obedientis, vittam sumsit, et mitra ejus deposita, surgere jussum vitta ligans, dixit : « Quid dicis, num ex opibus tuis, an ex prædæ por- » tione ? » Respondit : « Imo ex opibus meis. » Tum, vitta ejus soluta, mitram reddens, manu sua vittam disposuit, et dixit : « Obedimus præfectis nostris, magnificamus et vene- » ramur patronos nostros. » Chaledus autem attonitus stetit, nesciens num de provincia demotus esset, nec ne, dum et Abu Ohbaida honore eum afficiens, nulla de Ohmari mandato mentione facta, magnopere eum honoravit. Ohmaro autem, cui Chaledi adventus diutius exspectari videretur, qualis res erat, in animum venit : quam ob rem ad Chaledum de adventu litteras misit ; quibus adlatis, Chaledus ad Abu Ohbaidam perveniens, eum ita allocutus est : « Quam ob causam » tali modo egisti ! Rem me celasti, quæ ut mihi ante hodier- » num diem cognita fuisset, vehementer desiderabam. » Abu-Ohbaida respondit : « Animum tuum perturbare nolui, quam- » diu rem evitare potui, quippe qui hoc te ægre laturum non » nescius essem. » Chaledus, quum Kinnesrinum rediisset, ditionis suæ populum ex suggestu valedicturus ita allocutus est : « Ohmarus Syriæ (22) me præfecit, ut, quum firma staret, » et triticum optimum et mel facta esset, mihi successorem » mitteret. » Inde discedens et Emessæ eodem modo valedicendo locutus e suggestu, Medinam iter ingressus est. Ibi ad Ohmarum accedens querimonias de eo habuit, dixitque : « Cum Muhammedanis de te questus sum, et per Deum in » mea causa non bene fecisti, Ohmare ! » Cui Ohmarus : « Unde autem tantæ divitiæ ? » Dixit : « Præda et portionibus. » Dixit : « Quidquid sexaginta millia excedit, tibi concedo. » Tum æqualiter Ohmarus cum Chaledo pecuniam quam ha-

bebat, divisit, nec non, supellectile ejus æstimata, viginti millia pro ipsius parte in ærarium deferri jussit. Tum dixit : « O Chalede, te in honore habeo teque diligo, nec vero in » ulla re post hodiernum diem mihi succensendi causam ha» bebis. » Et postea, quæ ab eo acceperat, aliis rebus compensavit (23). (Loco ejus) Abu-Ohbaida Kinnesrino (24) Habibum ben-Muslima ben-Malic præfecit. Heraclius (interim rebus male gestis) ab Edessa versus Somaisatham, inde Constantinopolin recessit, et, colle quodam conscenso, se convertens, quum oculis tractus Syriacos lustraret, dixit: « Vale (25), Syria, » extremum vale : non ad te Græcus nisi pavore plenus redibit, » donec filius ille infaustus natus fuerit; et o si non nascere» tur ! Quam dulce facinus ejus erit, sed finis quam acerbus » Græcis ! » Abu-Ohbaida, cui Deus faveat, anno 18 peste interiit. Successorem (26) sibi in provincia patrui et avunculi sui filium Ihjadhum ben Ghanam creaverat, virum liberalitate notum; (cujus rei) Ohmarus (certior factus) dixit: « Quæ Abu» Ohbaida constituit, non muto. » Ihjadus anno 20 diem supremum obiit, cujus in locum Ohmarus Emessæ et Kinnesrini præfectum Sahid (27) ben-Ahmir ben-Hadsim Aldjamhi [Djamhitam] creavit, qui eodem anno, succedente in Emessæ et Kinnesrini provinciam Ohmairo ben-Sahd ben-Ohbaid Alanzari [Anzarita], obiit. Ohmari autem cædes in mensem Dsu-Alhedjæ anni 23 incidit, dum Ohmairus ben-Sahd Emessæ Kinnesrinoque, Moahwijja Damasco, terris mare adjacentibus et Antiochiæ præerat. Ohtsmano chalifa, Ohmairus in morbum diuturnum incidit; quam ob causam ad gentem suam redeundi veniam ab Ohtsmano petivit et impetravit; ejus provincia autem anno 26 Moahwijjæ data est. Quum igitur Ohtsmanus duos annos chalifatum obtinuisset, totius Syriæ provincia Moahwijjæ erat, qui Kinnesrino Habibum (28) ben-Muslima ben-Malic Alfehri [Fehritam], Habib Alroum [Græciæ dilectum] ob frequentissima ei bella facta nominatum, præfecit. Ohtsmanus mense Dsu-Alhedjæ anni 35 occisus obiit, Moahwijja in Syria imperante et sub ejus auspiciis Kinnesrini Habibo. Ahlium inter et Moahwijjam dissidiis exortis, res eo pervenit, ut alter contra alterum proficisceretur. Anno 37, tredecim ex Ahlii chalifatu mensibus

dilapsis, ad locum Ziffin (29) in occursum venerunt, ubi ex nonagies mille militibus Ahlii per spatium centum decemque dierum, quo uterque exercitus ibi castra habebat, in nonaginta præliis viginti et quinque millia, ex Moahwijjæ autem centum et viginti millium exercitu, quadraginta millia cecidere. Utroque in eo, ut arbitri duo causam dirimerent, consentiente, Abu-Musa (30) et Ahmru ben-Alahz statuti arbitri, mense Ramadhani anno 38 (31) in loco Adsroh (32) convenerunt. Ahlius anno 40 Cufæ occisus est: post cujus cædem Moahwijja, qui totam Syriam sub potestate tenebat, pace cum Hasano ben-Ahli facta, mense Rabihæ prioris (33) anni 41 chalifa salutatus est. Kinnesrinum ejusque ditionem ab Emessa separans, urbem capitalem esse jussit, quæ res ab aliis ejus filio Jasido tribuitur. Ab hoc inde tempore provincia Kinnesrinensis, cui quadringenta et quinquaginta millia denariorum pro tributo imperavit, celebris evasit. Oppidum Halebum chalifis ex gente Omajja in Syria sedes erat, quorum tempore præfecti locum militum prætorianorum tenebant, ut nec summum imperium exercerent neque belli gerendi potestatem haberent; duces vero expeditionibus æstivis creati quotannis cum copiis Islamiticis, parte eorum in Halebi tractibus stativa habente, Dabekum profecti sunt, ubi et Solaimanus ben-Ahbd-Almalic usque ad mortem excubias egit (34)..................
Ahbd-Almalicus mense Schawwali anni 86 mortuus est, cui filius Alwalidus ben-Ahbd-Almalic successit; nec vero Muhammedes (35) ben-Merwan provinciæ præesse desivit, donec eum, misso in eam fratre suo Muslima ben-Ahbd-Almalic, anno 90, Alwalidus ben-Ahbd-Almalic revocavit, de cujus in oppidum Harranum introitu, Muhammedi ben-Merwan, in tiara, ut preces die Veneris faceret, componenda occupato, nuncium affert dicens: « Muslima ille preces facturus suggestum con» scendit. » Quo audito, Muhammedes, cui tremor tantus, ut speculum decideret, manus invasit, dixit: « Sic extremi judi» cii hora inopinato adveniet (36). » At filius gladium arrepturus surrexit; cui pater: « Absit, o filiole mi! eum frater suus » præfecit, ut me frater meus. » Muslima per maximum præfecturæ tempus Nahuræ commorans, ibi palatium e lapide duro nigroque, et arcem, cujus turris (37) quædam ad nostra tem-

pora pervenit, ædificavit. Ahbd-Almalicus ben-Merwan Alwalido dicere solebat: « Mihi videtur, quod si mortuus sim te » superstite, tu, fratre meo e provincia revocato, tuum præ- » feceris. » Mortuo Alwalido ben-Ahbd-Almalic, Solaimanus ben-Ahbd Almalic chalifa salutatus fratrem Muslimam in bellum sacrum (38) versus Constantinopolin proficisci jubet, qui in provincia sibi vicarium creat, Solaimano eodem anno in campis Dabeki, donec ibi, anno 99, mortem obiret, excubias agente. Quum Ohmarus ben-Ahbd-Alahasis ben-Merwan, cujus sedes præcipua (39) Chunazaræ Alahaz, chalifa salutatus esset, Kinnesrini præfectum constituit Helalum ben-Ahbd-Alahla; postea vero huic provinciæ administrandæ Alwalidum ben-Hescham Almohaithi [Mohaitidam], tributis (40) vero Alferatum ben-Muslim præfecit. Ohmarus in monasterio Simeonis (41), quod ditionis Maahrræ Alnohman erat (42), die Veneris quinto ante finem mensis Redjeb anni 101 diem obiit (43), cui Jasidus ben-Ahbd-Almalic in chalifatum successit, Alwalido Kinnesrini præfecturam gerente, simulatore, qui quum Ohmarum, ejus gratiam sibi conciliaturus, ut stipendium ipsius diminueret, rogasset, hic veram rei causam haud ignorans, diminuto stipendio, Jasido successori sibi destinato scripsit: « Alwalidus » ben-Hescham litteras ad me dedit, quibus eum, quas in » animo non habet, rebus ornamentum sibi comparare velle, » pro certo habeo. Te obsecro, quod, si fatum me oppresserit, » et imperium ad te pervenerit, ne Alwalidi rogantis, ut » stipendium a me diminutum totum ipsi reddas, precibus » annuere velis. » Succedenti tum in chalifatum Jasido Alwalidus scripsit: « Ohmarus stipendium meum diminuendo inju- » riam mihi intulit. » Quibus litteris Jasidus iratus stipendium, quod sub Ohmaro et Jasido acceperat, pro pœna ab eo exegit; nec vero per totum vitæ tempus provinciæ eum præposuit. Jasidus ben-Ahbd-Almalic mense Schahbani anni 105 Albalkæ diem obiit. Præfecit autem Kinnesrino ejusque ditioni fratris sui Solaimani avunculum Alwalidum ben-Alkahkah ben-Cholaid Ahbbasidam, secundum aliorum opinionem Ahbd-Almalicum ben-Alkahkah, quibus Hijar bani-Alahbbas (44), ecrum patri autem Alkahkahijjah vicus ad oppidum Alfaja (45) pertinens tribuitur. Heschamus anno 125 mortuus est. Chalifatus

dignitatem post Jasidi obitum Alwalidus ben-Jasid ben-Ahbd-Almalic obtinuit, inter quem et Alkahkahæ gentem inimicitiis quibusdam excitatis, Alwalidus ben-Alkahkah cum aliis e gente sua fugiens, ad sepulcrum Jasidi ben-Ahbd-Almalic refugium quærit. Alwalidus ben-Jasid hac de re certior factus nonnullos misit, qui Alwalidum ben-Alkahkah e sepulcri propinquo raperent et ad Jasidum ben-Ohmar ben-Hobaira (46) ab ipso Kinnesrini præfectum constitutum vi ducerent, qui, tum temporis Kinnesrini imperium exercens, eum ejusque gentem pœna afflixit, qua pœna Alwalidus ben-Alkahkah periit. Rebellans tum Jasidus ben-Alwalid contra Walidum ben-Jasid, eum Albahræ (47), mense Djumadæ posterioris anni 126, occidit, et, subito impetu facto, Damasci præfectum, quem ille constituerat, cepit. Missum posthac fratrem Masrurum ben-Alwalid, secundum aliorum opinionem fratrem Bascharum ben-Alwalid, Kinnesrini præfectum creavit. Jasidus chalifa salutatus mense Dsu-Alhedjæ anni 127 diem supremum obiit, et ejus chalifatus successor Ibrahimus ben-Alwalid, mense Rabihæ prioris ejusdem anni de dignitate dimotus, Merwanum (48) ben-Merwan ben-Alhacim, tum temporis Harrani vitam degentem, successorem habuit. Inde anno 127 profectus Halebum pervenit, et, ibi commorans, Masrurum ben-Alwalid Halebi præfectum ejusque fratrem Bascharum, quos in occursum venientes fugaverat, cepit occiditque, nec non Ibrahimum ben-Ahbd-Alhamid ben-Ahbd-Alrahman, qui cum his duobus erat; oppidis Halebo et Kinnesrino autem Ahbd-Almalicum ben-Ahbd-Alcautser Alghanewi [Ghanewidam] præfecit, postquam Ibrahimus ben-Alwalid, Merwano, cujus imperium stabilitum erat, fidem promittente, chalifatu se abdicaverat. Rebellanti autem contra Merwanum ben-Muhammed Solaimano ben-Hescham ben-Ahbd-Almalic hic ipse ad Chusafum (49) obviam venit, totumque ejus exercitum anno 128 delevit (50). Ahbd-Alahsisum ben-Alhedjadj et Jasidum ben-Chaled Alkesri [Kesritam] (51), qui Alhacimum et Ohtsmanum (52) Alwalidi ben-Jasid filios in arce Kinnesrini a Jasido ben-Alwalid vinctos, et cum his Josefum ben-Ohmar Altsakefi [Tsakefitam], surgentes occiderant, captos necavit crucique affixit. Mense Rabihæ posterioris anni 132, Abu-Abahbbasus Alsaffah,

chalifa salutatus, in Merwani ben-Muhammed multas secum copias ducentis occursum Ahbd-Allahum (53) ben-Ahli ben-Ahbd-Allah magno cum exercitu misit, et, mense Djumadæ posterioris anni 132, utroque exercitu ad Alsabum (54), fluvium ditionis Mosulæ, dimicante (55), Merwanus (56), copiis fusis, in fugam se dat et Euphratem ponte Menbidji trajicit. Ponte post transitum combusto, oppidum Kinnesrinum prætereuntem tribus Thai et Tanuch, quas imperii sui tempore violenter et injuriose tractaverat, quarumque multos neci dederat, invadentes, ultimum ejus agmen, quod ab exercitu reliquo separaverant, prædatæ sunt, dum fugientem Ahbd-Allahus ben-Ahli, a persequendo non desistens, donec Menbidjum perveniret, sequebatur. Quo quum Halebi populus Abu-Omajjam Altaghleni [Taghlenitam] de obsequio ad eum mitteret, advenienti fratri Ahbd-Alzamado Halebi et Kinnesrini provinciam tradens, una cum eo Halebum profectus est, ubi Abu-Alwardus Madjsa ben-Alcautser ben-Safar ben-Alharts Alcelabi [Celabita], unus ex Merwani sociis, aliorum exemplum sequens se ei submisit. Inde Damascum proficiscitur; et quum fluvium Abu-Potrus (57) in persequendo attigisset, fratrem Zalehum (58 illum persequi jubet, qui in Ægyptum fugientem Buziri (59) assecutus occidit, et tunc Damascum redit. Dixit Ebn-Alcalbi: Dux quidam ex ducibus Ahbd-Allahi cum centum et quinquaginta equitibus Balesum pervenit; inde progressus usque ad Alnauhram, quum Muslimæ ben-Ahbd-Almalic filios eorumque uxores, vicinos Abu-Alwardi Alcelabi [Celabitæ] (60), in arce Muslimæ ad Alnauhram et Balesum viventes vexaret, et nonnulli eorum cum Abu-Alwardo injuriam ab illo illatam quererentur, hic re commotus, cum pluribus familiæ suæ ex Chúsaf arvo suo rebellans, vestibus albis (61) indutus, profectus est; et quum Alnauhram perveniret, ducem modo nominatum, qui ibi tum temporis in arce Muslimæ commorabatur, cum omnibus sociis pugna occidit. Quibus rebus confirmatus palam contra Ahbbasidarum gentem rebellionem facit et Halebi Kinnesrinique incolas rei socios sibi conciliat. Hujus rei Ahbd-Allahus ben-Ahli Damasci degens certior factus fratrem Ahbd-Alzamadum ben-Ahli cum decem equitum millibus, cujus custodibus Dsuaibus ben-

Alahschats, cohorti prætoriæ autem Almucharikus ben-Ahffan præerat, mittit. Abu-Alwardus, contra eum proficiscens, exercitus ducem legatumque suum Abu-Muhammedem ben-Ahbd-Allah ben-Jasid ben-Moahwijja ben-Abi-Sofijan ipse summus imperator creavit. Prælio commisso et Ahbd-Alzamado fugato, Ahbd Allahus, fratris adventu de clade certior factus, Humaidum (62) ben-Kahtheba socium secum conjungens, in bellum contra Abu-Muhammedem et Abu-Alwardum profectus est. Ultimo anni 132 die, uterque exercitus in occursum venit et in campo Aladjem pugnat. Ahbd-Allaho Humaidoque fortiter resistentibus, hostes, ipso Abu-Alwardo occiso, in fugam se dant. Ahbd-Allahus ben-Ahli, Halebi et Kinnesrini incolis, qui, vestibus nigris assumtis, in Ahbbasidarum fidem jurabant, venia concessa, Damascum rediit, ibique mensis spatio peracto, nuncius adlatus est, Alahbbasum ben Muhammed ben-Ahbd-Allah ben-Jasid ben-Moahwijja ben-Abi-Sofijan Alsofijani [Sofijanidam], vestibus rubris (63) indutum, motus excitare in oppido Halebo rebellionemque facere: quo nuncio permotus, in ejus regiones proficiscitur; et quum, Emessam perveniens, nuncium acciperet, ab Abu-Djahfaro Almanzuro, tum temporis Armeniæ et Aderbidjanæ præfecto, ex oppido Racca Mukatilum ben-Hacim Alahcci [Ahccensem], magno cum equitatu ad bellum Sofijanidæ faciendum missum, jam Menbidjum pervenisse, Ahbd-Allahus magnis itineribus in campum Aladjem (64) contendit: sed, ibi certior factus Ahccensem, prælio commisso, Sofijanidam fugasse ejusque exercitum delevisse, tum, Halebo vi expugnato, cum præda collecta ad Abu-Djahfarum, qui tunc Harrani erat, iter ingressum esse; Dabekum pergit ibique hiemat. Hieme peracta, ad Somaisatham castra ponens Ishacum ben-Muslim Alohkaili [Ohkailitam] in illo oppido obsedit, donec oppidum traderet et in obsequium rediret. Post has res gestas, contra Abanum ben-Moahwijja ben-Hescham ben-Ahbd-Almalic, cum quatuor millibus electorum exercitus Ishaci ben-Muslim advenientem, Humaidum ben-Kahtheba misit: sed, quum ab hoc ille in fugam conjectus Somaisatham intraret, ipse Ahbd-Allahus, versus eam castris motis, oppidum obsedit et vi cepit (65), quem tum Abu-Alahbbasus medio mensis Ramadhani anni 133 Nauhrâm proficisci, et, gladio in

vaginam recondito, bello finem imponere jubet. Abu-Muhammedes autem, cum iis qui ex Calbitis eum sequebantur, Tadmorum fugit; inde versus Hedjasum exiens victus et occisus est (66). Litteris Alsaffahi Græcis bellum inferre jussus, Dabekum pervenit, ibique castra ponens copias collegit, quum in eo, ut a Doluco, quo castra movisset, territorium Græcorum invaderet, de morte Alsaffahi et Almanzuri successione, a præfecto quem Halebi constituerat, certior factus, a Doluco rediret, et, Harranum perveniens, homines, ut ab ipso, quem Alsaffahus successorem nominaverit, starent, invitaret. Halebo, Kinnesrino, provinciis Dijar Rabiah et Modhar, totaque Syria in potestatem suam redactis, Almanzurum chalifam non agnoscit, et, Humaido ben-Kahtheba aliisque copiarum ducibus in obsequium jurantibus, Halebi provinciam Sofaro (67) ben-Ahzim ben-Ahbd-Allah ben-Jasid Alhelali [Helalitæ], patri Ahbd-Allahi, anno 137 tradit. His Almanzurus adductus ad bellum Ahbd-Allaho ben-Ahli inferendum, Abu-Muslimam Chorasanensem (68), qui Zahib-Aldahwah cognomen habebat, exercitu instruxit. Ahbd-Allahus Humaidum ben-Kahtheba (69) cum litteris ad Sofarum ben Ahzim Halebi præfectum misit, in quibus scriptum erat: « Quum Humaidus ad te pervenerit, capite eum » trunca. » Cujus rei haud ignarus, quippe qui Ahbd-Allahum timeret, ad Abu-Muslimam Chorasanensem perfugit. Abu-Muslima autem, adversus Ahbd-Allahum profectus, eum ejusque fratrem Ahbd-Alzamadum (70) fugavit, quos persequens Abu-Muslima Raccam pervenit, et, Ahbd-Allahi opibus ex illo oppido abductis, versus Ruzafam-Hescham eos secutus est. Inde Ahbd-Allahus Bazram versus fugam direxit, et ibi apud fratrem Solaimanum ben-Ahli se occultavit, a quo securitate pro eo petita et concessa, ad Manzurum missus est, apud quem inclusus carceris ruina periit (71). Abu-Muslima autem captum in oppido Ruzafa Ahbd-Alzamadum ad Manzurum misit (72), qui eum securitate concessa dimisit. Adlatis Manzuri litteris tota Syria et Kinnesrinum et Halebum Abu-Muslimæ traditur; ipse autem, ut vicarios sibi in provincia creet, jubetur: quo peracto, ad Manzurum pergit. Cui quum in via Jakthinus ben-Musa (73) omnes res in Ahbd-Allahi ben-Ahli exercitu repertas numerandi causa a Manzuro missus obveniret, iratus

5.

dixit : « Num in sanguine faciendo fideles, in divitiis vero » tradendis perfidos, nos esse putandum est! » Tum rebellionem contra Manzurum in animo fovens advenit, quem igitur Manzurus ob animum ab eo aversissimum (74) anno 139 occidendum curavit (75). Post Abu-Muslimæ ex Syria reditum, Halebum, Kinnesrinum Emessamque Zaleho ben-Ahli ben-Ahbd-Allah ben-Alahbbas anno 137 tradidit, qui Halebi sedem collocans extra urbem in vico Bithjas (76) nominato, qui in propinquo Nirebi situs est, palatium, cujus vestigia temporibus nostris supersunt, a Bohtario aliisque in carminibus memorata, exstruxit, in quo liberorum ejus major pars nata est. Anno 139, cum filio Alfadhlo, auxiliante Syriæ populo, exercitum in expeditionem æstivam misit; quæ est prima ex expeditionibus sub Ahbbasidis susceptis habenda : nam regnante Omajjæ gente nonnullos annos ante hoc omissæ erant. Anno 141, primo apparuit gens quædam, Ravenditæ (77) appellata, prodiens in oppidis Halebo et Harrano, quæ gravem sermonem proferebat dicens : « Se Angelorum gradum tenere. » Tum ut verbis suis facerent fidem, colle quodam Halebi conscenso, vestibus sericis contecti, dum avolare conabantur, corporis membris fractis (78), perierunt. Zalehus autem usque ad mortem, quam anno 152 obiit, provinciam tenebat. Obolos antiquos vidi, in quorum uno latere, quum quid signatum esset, indagarem, inveni : « Signatus est hic obolus in oppido Halebo » anno 146. » In altero latere : « Jussu Emiri Zalehi ben-Ahli, » quem Deus honorare velit ! » Post patris mortem filius Alfadhlus ben-Zaleh (79) Halebo et Kinnesrino præerat, qui locum Alahkbah (80) quem habitaret, sibi eligens, in oppido Halebo aliquod tempus præfecturam gessit. Post eum Manzurus Musæ ben-Solaiman Alchorasani [Chorasanensi] hanc provinciam tradidit, et, moriente Manzuro anno 158, Musa Kinnesrino et Halebo præerat. Obolos antiquos vidi, legique in uno eorum latere : « Obolus hic Kinnesrini anno 157 signatus est. » In altero : « Jussu Emiri Musæ principis fidelium clientis (80 *bis*). » Regnante Almehdio, Ahbd-Alselamus ben-Haschem Alcharedji (81) in Mesopotamia rebellavit; et quum, multis eum sequentibus, plures ex Mehdii ducibus obviam euntes fugasset, Almehdius duce Schabibo magnum contra eum exercitum misit ;

sed, hoc adveniente, Kinnesrinum fugam capiens, ibi anno 162 deprehensus et occisus est. Almehdius quum in bellum sacrum profecturus (82) anno 163 Halebum perveniret, et Alahbbasus ben-Muhammed, obviam ei veniens usque ad Mesopotamiam, in provincia sua stationes ei pararet, transiens (83) cum eo ad arcem Muslimæ ad Alnauhram: « O princeps fidelium » (dixit), magnæ Muslimæ gratiæ nobis agendæ sunt (84). » Muhammedes ben-Ahli nempe ad eum transierat, cui tum quatuor denariorum millia dono dedit, dicens: « O patruelis » mi, hæc duo millia pro debitis tuis, altera in commodum » tuum consumas, et, expensis his, ne iterum nos adire recu- » ses. » Muslimæ posteris eorumque clientibus, quos adducendos curaverat, viginti millia denariorum dari jussit, et stipendia annua eis concessit. Quibus peractis, dixit: « Muslimæ » satisfecimus debitaque nostra solvimus. » Dixit Alahbbasus: « Certe et plus fecisti. » Almehdius extra oppidum in palatio Bithjas habitans, statim post adventum, in Halebi, Kinnesrini et Mesopotamiæ provinciis bello gerendo, tributis colligendis precibusque faciendis Ahlium ben-Solaiman ben-Ahli ben-Ahbd-Allah ben-Alahbbas (85) præfecit. Tum, Halebi copiis lustratis, filium Harunum (86) regiones Græcorum invadere jubet, et, præfecto urbi misso, ab hoc adductam Sindikorum (87) turbam occidit. Anno 163, filium suum Harunum Halebi totiusque Syriæ provincia (88) ornavit, qui scribæ sui Jahjæ ben-Chaled prudentiæ has omnes regiones gubernandas tradidit, quam provinciam Alhadius, quum imperium obtinuisset, fratri suo et Jahjæ prorogavit. Quum Alraschidus imperio præesset, Halebo Kinnesrinoque Ahbd-Almalicum (89) ben-Zaleh ben-Ahli ben-Ahbd-Allah præposuit, qui, Menbidji sedem figens, palatium sibi ædificandum curavit, cujus lateri hortum, qui nostris temporibus palatii hortus appellatur, adjunxit. Ejus præfectura in annum 175 incidit; mox tamen, ob rem quandam, quæ Alraschidi iram contra eum excitaverat, succedente in ejus locum Musa ben-Ihsa, anno 176, provinciam deponere coactus est. Alraschidum, per Menbidjum iter facientem, Ahbd-Allahus ben-Ahli in domum, quam in illo oppido habebat, intrare invitavit; quo facto, dixit ei Alraschidus: « Num tua hæc domus! » Respondit: « Tua est,

» sed mea per te. » Dixit: « Qualis est? » Respondit : « Inferior quam gentis (90) meæ domus, melior quam populi. » Et dixit: « Quænam est Menbidji bonitas? » Respondit: « Aquam dulcem præbet, dulcemque auram, et exigui sunt » morbi. » Dixit: « Sed quales noctes ! » Respondit : « Totæ » sunt aurora. » Interea bello intestino inter Nasaritas et Jemanenses (91) exardente, Musam ben-Jahja toti Syriæ præfecit, qui non nisi post pacem inter utramque partem compositam rediit. Anno 178, Alraschidus Djafarum ben-Jahja ben-Chaled ben-Barmec huic provinciæ præfecit, qui, anno 180 in eam proficiscens, Ihsam ben-Alahcci vicarium sibi creavit. Anno 182, Halebo et Kinnesrino (92) Ismahilem ben-Zaleh ben Ahli, quum ei eodem anno Ægypti provinciam ademisset, præfecit, eique ab Halebo revocato et Damasci provinciæ præposito, tabernas, quas in foro Halebi inter portam Antiochenam usque ad locum Ras-Aldulba possidebat, in feudum (ut ita dicam) assignavit. Iterum Ahbd-Almalico hac provincia tradita, quum filius ejus (93), quod pater chalifatum peteret, ad Alraschidum detulisset, hic timorem concipiens, anno 187 eum in vincula conjiciens, Halebi et Kinnesrini provincia filium suum Alkasimum ben-Harun ornavit, quem, Græcis bellum inferre jussum, anno 187 Deo optimo maximo consecravit (94). Alkasimus autem hoc et anno sequenti ad Dabekum excubias egit. Ut alii volunt, Alraschidus, succensens Ahbd-Almalico ben-Zaleh, fratri ejus Ahbd-Allaho ben-Zaleh provinciam dedit, cui anno 188 Alkasimum ben-Harun filium suum successorem misit. Alii dicunt, Ahmedes ben-Ishak ben-Ismahil ben-Ahliben-Ahbd-Allah ben-Alabbas (95) Kinnesrino sub Alraschido præfuit; quem vero, in Ægyptum eum mittens, ex hac provincia revocavit. Quo vero anno provinciam obtinuerit, pro certo non cognovi. Alii narraverunt, Ahbd-Allahum ben-Zaleh, Manzuro regnante, Bagdadi diem obiisse; alii autem, Salmijjæ anno 186, cui conveniens est, quod Alraschidus ejus nepoti Ahbd-Allaho ben-Zaleh ben-Ahbd-Allah ben-Zaleh provinciam tradiderit. Sed quid verum sit, Deus noscit. Tum Alraschidus anno 193 in Halebi et Kinnesrini provinciam Chusaimam (96) ben Chasim ben-Chusaima vicarium Alkasimi filii sui misit, cui provinciæ usque ad patris mortem mense Djumadæ posterioris anni 193

præesse non desiit, ipso fratre Alamino post hoc tempus provinciam ei prorogante et Kemamam ben-Abi-Said addente. Anno 194, Muhammedes Alaminus fratri Alkasimo ben-Alraschid Kinnesrini et Alahwazemi omniumque regionum, quibus pater eum præfecerat, adimens provinciam, in eam eodem anno Chusaimam ben-Alchasim misit. Tum Alaminus (97) Halebi, Kinnesrini et Mesopotamiæ provincia, anno 196, Ahbd-Almalicum ben-Zaleh ben-Ahli ornavit, quocum in eam profecto Arabes se conjunxere; quæ est tertia Ahbd-Almalici præfectura. Eum autem Alaminus, mortuo patre Alraschido, ex vinculis mense Dsu-Alkahdæ anni 193 liberaverat. Provinciam usque ad mortem, quam Raccæ (98), ubi in præfecturæ domo sepultus est, anno 196 obiit, semper beneficii Alamini memor, ut, hoc imperio spoliato, se mortuo Alamino, Almamuno obsequium non tributurum juraret, tenebat; sed ante Alaminum diem obiit. Quam rem memoria custodiens Almamunus, quum in bellum sacrum proficisceretur, invento ejus sepulcro in præfecturæ domo, ad filium quendam Ahbd-Almalici cum mandato misit: « Aufer patrem » tuum e domo mea. » Effossis tum ossibus, ablatus est. Anno 197, Halebi et Kinnesrini provincia Chusaimæ ben-Chasim data est; sed, ut alii volunt, post Ahbd-Almalicum ben-Zaleh Halebi Kinnesrinique provinciam Alwalidus ben-Tharif (99) sortitus est, tum Warka servus Ahbd-Almalici, post hunc Jasidus ben Jasid. Tum in Thaheri ben-Alhusain (100) fidem se recepit. Occiso autem Alamino, Almamunus chalifa salutatus Halebi totiusque Syriæ provinciam, bellumque contra Nazrum ben-Schabets gerendum, qui in arce Cisumo (101) se defendebat, Thaheri ben-Alhusain curæ commisit, qui, contra eum proficiscens, victoriam non reportavit, sed prælio fractus anno 198 rediit. Anno 204 huic provinciæ Ægypti et Africæ provinciis additis, anno 206 revocatus Chorasanam obtinuit, dum Mamunus ejus filio Ægyptum totamque Syriam cum mandato Nazri ben-Schabets debellandi traderet. Thahero (102) anno 207 in Chorasana mortuo, Almamunus filio ejus hanc provinciam addidit, qui, ex oppido Racca in Syriam profectus, totam hanc provinciam in potestatem suam redegit, et destructis muris Maahrræ multisque arcibus

parvis, *ex. gr.*, arce Alcofr, arce Hunac (103) aliisque, castra ad Cisumum ponens Nazrum ben-Schabets in ea oppugnavit, donec victus securitate promissa ei se traderet. Ita post multa inter ipsum et Nazrum ben-Schabets (104) prælia commissa hanc arcem diruit, et in Ægyptum (105) profectus est. Expugnato autem Mizro, Mamunus anno 211 ei scripsit:

Tu es frater meus patronusque et cui pro beneficio gratias ago.
Quæ tu amas, ego semper ea cupio;
A quibus tu abhorres, ego ea improbo.
Deus optimus maximus pro merito te remuneretur (106)!

Hanc provinciam Ahbd-Allahus ben-Thaher usque ad annum 213 administrabat, quo anno Almamunus ex Syria revocatum in Chorasanæ provinciam misit, et filio suo Alahbbaso ben-Almamun (107) Halebi, Kinnesrini, Alahwazemi et Altsoghuri provincias tradens, ut ei quingenta millia denariorum solverentur jussit. Anno autem 204, filium suum revocans, Ishacum (108) ben-Ibrahim ben-Muzahb ben-Soraik hac provincia ornat, cui jam eodem anno, ut hanc deponens in Ægypti provinciam proficiscatur, imperat, et ei filium Alahbbasum iterum præficit. Tum Almamunus Halebo et Kinnesrino Warkam Altharifi [Tharifitam], ut equidem puto, cum Alahbbaso præfecit, quo auctore bellorum civilium tempore motus accidere, (quorum excusandorum causa) Almamuno Halebum pervenienti, quum in bellum sacrum profectus (109) anno 215 ad Dabekum castra haberet, obviam veniens Ihsa ben-Ahli ben-Zaleh Alhaschemi [Haschemita] dixit: « O princeps fidelium! inimici nostri belli intestini tempore, et in tuo regno nos afflixerunt (110). » Quibus respondet: « Minime et nullo modo (111). » Warka autem e provincia revocato, Ihsam ben-Ahli ben-Zaleh filii sui Alahbbasi vicarium præfecit, quem, animo contentus, quod rei par esset, ordinem teneret, pulchramque agendi rationem exerceret, honore auxit. Semper Almamuno in honore et amore Ihsa, quotiescunque ille in expeditionem æstivam proficiscebatur, advenienti usque ad oppidum Raccam obviam veniens non prius ab eo discedebat et in ditionem redibat, donec ille Altsoghuri provinciam intravit. Anno 215, Almamunus Halebi judicem Ahbidum

ben-Djannad ben-Ahjan tribus Celab clientem præfecit, quo munere quum fungi recusaret, minis eum adegit. Anno 218, quo mortem cum vita commutavit, Almamunus, in expeditionem æstivam proficiscens, Ohbaid-Allahum ben-Ahbd-Alahsis ben-Alfadhl ben-Zaleh Alahwazimo præposuit; sed, ut equidem puto, hic Ohbaid-Allahus vicarius Alahbbasi ben-Almamun provinciam obtinuit, quum Alahbbasus ab anno 214 usque ad mortem (112) patris Almamuni, quam in loco Badendun (113) ditionis Tharsi obiit, Halebo, Kinnesrino et Mesopotamiæ præesset. Abu-Ishacus Almohtazim, hunc in imperio secutus, Alahbbaso provinciam prorogavit, dum exercitus, tumultu concitato, Alahbbasum flagitabant eumque chalifam proclamabant. Qua re adductus Alahbbasum ad se venire invitat, qui, quum in obsequium ejus jurasset, exiens turbam ita allocutus est: « Quid sibi vult iste amor frigidus! In » patrui mei obsequium juravi. » Quibus verbis auditis, tumultus quievit. Almohtazimus autem, comitante Alahbbaso, Bagdadum profectus est. Postea Almohtazimus in bellum sacrum profectus, quum anno 223, Halebum transiens, Græcorum regiones intrasset, quidam ex ducum numero, cum Alahbbaso conveniens, quod Almohtazimo chalifatum donaverit, graviter eum reprehendit, eique ut rem reparet persuadere studet (114): qui, quum plures ducum sibi conciliasset, et hi Almohtazimum tunc temporis in bellum sacrum profectum capere decrevissent, rei potestatem non fecit, dicens « se hominibus bellum sacrum irritum non facturum. » Re vero ad Almohtazimum delata, hic rediens ex bello sacro eum ejusque adjutores in vincula conjecit; et quum Menbidjum pervenissent, Alahbbaso, qui fame laboraret, cibum postulanti magnam cibi copiam attulerunt; sed, cibo sumto, aquam quum vellet, dare recusarunt: quo audito, cilicio se involvens anno 223 Menbidji mortuus et sepultus est, aliquo fratrum precum super eo faciendarum pio officio fungente. Post hunc Almohtazimus Halebi et Kinnesrini precibus faciendis, tributis colligendis prædiisque administrandis, Ohbaid-Allahum ben-Ahbd-Alahsis ben-Alfadhl ben-Zaleh ben-Ahli Alhaschemi [Haschemitam], et post eum Aschnasum Turcam (115) toti Syriæ, Mesopotamiæ Ægyptoque præposuit, quem anno 225

in provinciam proficiscentem duobus balteis (116) gemmis distinctis ornavit. Ratione donorum Almohtazimi Aschnaso datorum inita, summa quadringenties centena millia dirhemorum reperta est. Provinciam autem administrasse mihi videtur, donec, Alwatsiko regnante, anno 230 fato fungebatur. Alwatsikus Kinnesrini et Halebi bello, tributis prædiisque, Ohbaid Allahum ben-Ahbd-Alahsis præfecit, quem Aschnasi vicarium tempore Almohtazimi fuisse puto, ita ut Alwatsikus ei provinciam prorogaret, post eum Kinnesrini, Halebi et Alahwazimi provinciam Muhammedi ben-Zaleh (117), homini pravis moribus prædito, valde rufo, rubicundo, ob maximam rubedinem Sumaka (118) appellato, tradens. Hic primus fuisse dicitur, qui in Syriam *Barthilum* (119) introduxerit, et decreto hoc nomen sanciverit (120), quum ante ejus tempus *Rischwa* solummodo, nil in se habens detestabile, notum esset, omnium hominum certe, qui diutissime sæpissimeque tenebat silentium, quippe cui nisi aut imperanti aut respondenti verbum non audiretur. Ejus tempore judex Halebi erat Abu-Sahidus Ahbid ben-Djannad Halebensis, qui, a Mamuno huic muneri præpositus, anno 231 mortem obiit. Illum autem carpendi modo Ahmruus ben-Hauber in carmine ita incipiente allocutus est:

Nil boni tempus tuum profert, inversum, quod caudas supra capita extollit.
Tu nil aliud es, quam pœnitentia in beneficio, aut spinæ radix in horto narcissi.
Oh osculum frustra manui datum! o si Deus extremas ejus partes chiragra affligat!
Majores avique ex umbilico vallis Meccæ sunt, sed quasi ipse Cypri oriundus (121).

Hic Ahmruus ben-Hauber ex Mahratsa (122) Albaridijja, villarum Maahrræ-Alnohman una, originem duxit, tempore Almutawaccili Maahrræ-Mazrin præfuit ibique occisus est. Alwatsiko, Ahmedem ben-Sahid ben-Selam ben-Kotaibah, quem provinciæ Altsoghuri et Alahwazimi, Halebo cum ditione sua excepto, præfecerat, redemtionis pretium (123) inter Chakanum et Michaëlem Græcorum imperatorem constitutum afferre jubente, ille hoc anno 231 misit. Tum per hiemem ille quum bellum gereret (124), militibus rebus adversis

adflictis, hac de re Alwatsikus iratus eum ex provincia revocavit, et in ejus locum Nazrum ben-Hamsah Alchorahi [Chorahitam] creavit. Initio imperii Almutawaccili, Alschar-Bamjanus, unus ex Almutawaccili ducibus ejusque intimis, quem Almutawaccilus aut provinciæ Kinnesrini et Alahwazimi præfecerat, aut qui Almutawaccili tempore sultanus (124 *bis*) erat, ad quem provinciarum res attinebat, Halebo, Kinnesrino et Alahwazimo præfectos duos, quorum mentionem faciam, præposuit. Legi in libro inscripto, *Nesb bani-Zaleh ben-Ahli* [Genealogia gentis Zalehi ben-Ahli]: Alschar-Bamjanus Kinnesrini et Alahwazimi provinciis Ahlium ben-Ismahil ben-Zaleh ben-Ahli Abu-Thalebum præfecit: quo facto Almutawaccili gratiam merere studens, quum ille provinciam administrare recusaret, eum certiorem fecit, se ad chalifam, si provinciam recusaret, de re litteras daturum; quare commotus Kinnesrini et Alahwazimi provinciam accepit, et in ea administranda usque ad mortem occupatus fuit. Tempus autem sub eo peractum felicissimum erat, ejusque agendi ratio optima; et quoties, in Alahwazimi provinciam proficiscens, filium Muhammedem ben-Ahli vicarium Halebi Kinnesrinique creabat, toties non minore quam sub patre felicitate utebantur. Dicit: « Alschar-» Bamjanus Kinnesrini et Alahwazimi provinciæ Ihsam ben-» Ohbaid-Allah ben-Ahli Haschemitam præposuit. » Dicit: Almutawaccilus criminibus in provincia Kinnesrini et Alahwazimi puniendis curæque rerum præfectorum Thaherum ben-Muhammed ben-Ismahil ben-Zaleh ben-Ahli præfecit, cujus provinciæ mandatum, quum morbo, quo opprimeretur, laboraret, ei adlatum est. Tum Almutawaccilus filio suo Muhammedi Almuntazir, quem successorem sibi creaverat, Kinnesrini, Alahwazimi, Altsoghuri, Dijar-Modhari, Dijar-Rabihæ, Mosulæ aliarumque regionum provinciam anno 235 tradidit, quam, donec patrem occidit, administrabat. Eo autem Halebi provinciam administrante, anno 242 avis alba, vulture (125) minor, corvo major, super populum in oppido Halebo, septimo mensis Ramadhani, decidit. *O cœtus hominum, Deus, Deus* (126) quadragies clamans, tum avolans et mane diei sequentis reversa quadragies clamavit: quam rem cursus publici præfectus (126 *bis*), adhibitis quingentis testibus,

detulit; nil vero est, quin putem, hanc populum esse, a qua locus *Ras-Aldulbah* nomen accepit, eodemque anno voces horribiles e cœlo auditæ, oppidum Nischabur terræ motu concussum, montes ex radicibus evulsi sunt, ut ex eorum inferiore parte aqua proflueret, terræ motu usque in Syriam et Altsoghurum penetrante. Almuntaziri vicarium, vivente Almutawaccilo, in provincia Kinnesrinensi Bugham Alcabirum (127) fuisse puto, qui, occiso Almutawaccilo, ad eum accessit. Wazifus (128) ab Almuntaziro ad fines Syriacos custodiendos missus ibi permansit, donec hic (Almuntazirus) morte abreptus est. Anno 250, Almustahinus Kinnesrino, Halebo et Emessæ Musam ben-Bugha præposuit, qui, populo Emessæ contra Alfadhlum ben-Karin (129) rebellante, in eam profectus est. Post eum, Almustahini tempore, Halebo et Alahwazimo Maimunus ben-Solaiman Hadeka ben-Ahbd-Almalic ben-Zaleh præerat, quo auctore Halebi, tempore quo, Almustahino regnante, bella civilia gerebantur, tumultus violentiaque grassati sunt, quum Halebi populus rebellaret, et obsequii jurijurando Almustahino dato fidem habere vellet, qui, quamvis Ahmedes Almuwallid adveniens obsidione oppidum cingeret, ejus voluntati, ut Almohtasso in obsequium juraret, non satisfecit. Legati munere inter utramque partem Alhusainus ben-Muhammed (ben-Zaleh) ben-Ahbd-Allah ben-Zaleh Abu-Ahbd-Allahus Haschemita functus est, quem posthac, Almohtassi in fidem jurantibus et Almustahini rebus finitis, Ahmedes Almuwallid Kinnesrini et Halebi provinciæ præfecit, quam vero parvum modo temporis spatium administravit, quum ex provincia revocatus Salmijjam mitteretur. Belli civilis Almustahini causa gesti tempore, Halebo, Kinnesrino et Alahwazimo Zalehus ben-Ohbaid-Allah ben-Ahbd-Alahsis ben-Alfadhl ben-Zaleh præerat, qui studium, fortitudinem regendique artem possidebat; post eum, ut putaverim, Abu Tammamus Maimunus ben-Solaiman ben-Ahbd-Almalic ben-Zaleh, quæ est altera ejus præfectura. Raccæ mortem obiit. Post hunc Zaleho ben-Ohbaid-Allah ben-Ahbd-Alahsis ben-Alfadhl ben-Zaleh Haschemitæ iterum provincia tradita est, quocum gentis Zalehi præfectura ad finem pervenit. Tempore Almohtassi, mense Rabihæ prioris anni 254, Abu-

Alsadjus Daoudadus Halebo Kinnesrinoque præerat, quam provinciam, donec Ahmedes ben-Ihsa ben-Schaich (130) tempore Almohtadii potitus est Syriæ provinciis, tenuit. Illo mortuo, regnans Almohtamidus Armeniæ provinciam Ebn-Schaicho sub conditione, ut e Syria securus abiret, obtulit: qua accepta, anno 256 iter ingressus est. Tum ei Ahmedem ben-Thulun (131), virum ingenii acuti, animi fortis magnæque prudentiæ, in cujus stabulo quatuor millia equorum nobilium erant, et cui quotidie mille denarii expendebantur, cum Antiochia, Tharso aliisque regionibus præposuit. Anni 258 mense Rabihæ prioris, Almohtamidus fratri Abu-Ahmedi Almuwaffik cognominato Halebi, Kinnesrini et Alahwazimi provinciam tradidit, quem, quum filium suum Djafarum (132) adhuc puerum, cui succedendi in imperium jus, post eum creans Abu-Ahmedem successorem, concesserat, Syriæ provincia ornaret, Bagdado, Jemanæ Chorasanæque præfecit. Abu-Ahmedes Almuwaffik Halebi provinciam Simæ-Althawil, uni ducum clientiumque gentis Ahbbasidarum, tradidit, qui extra Halebum palatium, cui hortum adjunxit nostro tempore nomine Bustan-Aldar [hortus palatii] cognitum, ædificavit, a quo locus, qui ante portam Antiochenam est, nomen Aldarain [duorum palatiorum] accepit, quorum unum modo nominatum est, alterum ante eum Muhammedes ben-Ahbd-Almalic ben-Zaleh exstruxit; et ob hanc causam locus Aldarain appellatur. Unum horum palatiorum Alsolaimanijja [Solaimani] in ripa fluvii Kuwaik appellatum est, a quo Hadhirum Solaimanijja idem ac Halebi Hadhirum nomen accepit. Sima-Althawil pontem fluvii Kuwaik, domo suæ propinquum, renovandum curavit, eique portam, quam ex palatio cujusdam Haschemitarum sumserat, adjunxit, cui palatio nomen est Kazr-Albenat, ex quo viam Albenat (132 *bis*) in oppido Halebo, ut palatium a serva Benat appellata, quam Ahbd-Alrahmanus ben-Ahbd-Almalic ben-Zaleh lecto secum conjunxerat, et quæ mater filii ejus Davidis erat, nomen traxisse putaverim. Sima hanc portam salutis [Alselama] appellavit, cujus Alwasani in carmine Mimijja (ita appellato, quia omnes versus littera *mim* finiunt), quod ita incipit, mentionem fecit:

O incolæ Halebi! Alahwazimum tractus nubis largiter rigavit (133).

Et Simam Althawil laudat Albohtari (134) poëta dicens:

Ad Simam res nostræ pervenerunt; hic vero omnibus, quæ cupimus, annuit (135).

Tum Ahmedes ben-Thulun, contra Abu-Ahmedem Almuwaffik (136) rebellans eumque a successione excludens, in Syriam tetendit, et Simâm-Althawil, Antiochiam recedentem, in illo oppido obsedit, quem, secundum quorundam opinionem, lapis a muliere jactus vel phalanga (137), ut alii contendunt copiæ Ebn-Thuluni anno 264 vel 265 vita privaverunt (138). Ahmedes ben-Thulun bello contra Ahmedem Almuwaffik Halebum totamque Syriam potestati suæ subjecit. Ejus tempore judex Ohbaid-Allahus ben-Muhammed ben-Ahbd-Alahsis ben-Ahbd-Allah Abu-Becr Alkadhi [judex] Alohmri [Ohmrita] erat, quod munus usque ad obitum Ahmedis administravit. Sima autem, quum Halebi provinciam obtinuisset, plures nobiliorum e gente Zalehi ben-Ahli male tractaverat, et, facultatibus potitus, partem eorum in vincula conjecerat: quamobcausam, quum Ahmedes ben-Thulun provinciam teneret, Zalehus ben-Muhammed ben-Ismahil ben-Zaleh ben-Ahli Alhaschemi [Haschemita] Halebensis hujus in laudem, ut gratias ageret, carmine, quo et victoriam de Sima reportatam memorat, composito dixit:

Vilitas ex injuriæ festucis nos vestiverat, et inimicorum dolus nos circumvallaverat,

Et tyranno injusto, quo auctore res nihili cor lædentes peractæ sunt, provincia nostra data erat,

Donec per Ebn-Thulunum (a Deo) misericordia decreta erat, nam hic nutu catervas dispersit.

O si Ahbbasidarum gens te auxiliatorem sibi comparare velit, per quem directio in viam rectam splendeat luceatque!

Nam gloriam antiquæ structuræ tu illis ædificasti, non vidimus ædificium firmius stabiliusque;

Donasti illis purum amorem; nec vero erat, præter te, qui purum sincerumque donaret amorem.

Te fugit servus, quum tu contra eum tenderes, iste qui nobiliores populorum in vincula conjecit.

Odio remoti beneficia ei intulerunt; sed viro solummodo id, quod meruit, retribuitur!

Absit, ut istum liberet! o si eum octoginta muri in octoginta fossis circumdarent (139)!

Ahmedes ben-Thulun, in Ægyptum proficiscens (140), Luluum servum suum anno 266 Halebo præfecit. Anno 268 in regione Halebi inter hoc oppidum et Salmijjam, Baccarus Zalehita ex prole Ahbd-Almalici, rebellione facta, homines ad obsequium Abu-Ahmedi Almuwaffik præstandum invitavit, quocum Ebn-Alahbbasus Celabita pugnans ad fugam coactus est, quem vero, interim a Luluo misso contra eum duce quodam Abu-Dsaro appellato, quum (a persequendo Celabita) (141) rediret, nullum virum insignem secum habentem, Luluus vicit et captivum fecit. Anno 269, Luluus (142) Halebi obsequium in dominum suum exuit rebellatque, et litteris, quibus, ut ad eum proficisceretur, rogavit ad Abu-Ahmedem missis, et venia accepta, preces pro domino suo faciendas in oppidis Halebo, Kinnesrino, Emessa et in provincia Dijar-Modhar abrumpit. Nec non populus Altsoghuri, precibus pro Ebn-Thuluno omissis, vicarium, quem ex oppido depulerant, capere student; sed fuga evadit (143). Quibus de rebus Ahmedes ben-Thulun certior factus exercitum centum millium ex Ægypto adducit, Lului haremum (ut ita dicam) capit ejusque liberos vendit, et, Luluo fugam capiente, et ad Abu-Ahmedem Thalham ben-Almutawaccil, tum temporis bello cum Ahlida Bazrensi Sendjorum principe occupatum, perveniente, quantis ex ejus opibus potest, tantis potitur. Hic Luluus est, qui anno 269 Ahlidam Bazræ (144) occidit; Bagdadi autem, donec anno 273 Almuwaffikus captum in vincula conjecit (145), commorabatur; quo tempore in ejus opibus quadringenta millia denariorum reperta sunt. Luluus Thulunida dixit se crimen, quod commiserit, non nosse, nisi quod multas possideret opes utensiliaque, quæ tot erant, ut, quum Racca abiret, classem trecentarum navium (146) secum haberet. Quum Luluus, adveniente domino, mense Djumadæ prioris hujus anni in Iracam fugam caperet, ad Balesum transiens Muhammedem ben-Alahbbas ben-Sahid Celabitam Abu-Musam (147) et fratrem ejus Sahidum, qui in illo oppido erant, captivos fecit. Ebn-Thulunus autem, cui in provinciam Altsoghuri pervenienti incolæ portas clauserunt, Antiochiam rediit. Ibi in morbum implicitus, quum Halebo Ahbd-Allahum ben-Alfatah præfecisset, æger in Ægyptum iter direxit, ibique anno 270 fato

obiit (148). Abu-Aldjeischus Chumarujja (149), in patris provinciam succedens, anno 271 Abu-Musam Muhammedem ben-Alahbbas ben-Sahid Celabitam Halebo præponit. Tum Abu-Aldjeischus, ex Ægypto Halebum profectus, Abu-Ahmedem ben-Almutawaccil, ut Halebi, Ægypti omniumque terrarum, quas sub potestate teneret, provinciam ipsi traderet, et ut pro ipso in suggestu preces adhiberentur, litteris rogavit: quod quum facere recusaret, contra Almuwaffikum irritatus, Halebo duci Ahmedi ben-Dsu-Ghabbasch tradito, in Ægyptum tetendit. Interim Ishacus ben-Cendadj (150), qui Dijar-Rabihæ provinciam tenebat, et Muhammedes ben-Abi-Alsadj (151), Dijar-Modhari præfectus, quem Almuwaffikus Halebo ejusque ditionibus præposuerat, Halebum perveniunt: qui quum auxilii petendi causa litteras in Iracam mitterent (152), quippe Ebn-Chahbujja (152 *bis*) aliique ex ducibus Ebn-Thuluni Schaisari essent, Almuwaffikus filium suum Abu-Alahbbasum Ahmedem ben-Thalhah, quem successorem creaverat, proficisci jussit. Mense Rabihæ posterioris anni 271 Halebum pervenit, ubi Muhammedes ben-Diudad ben-Abi-Alsadj, nomine Alafschin cognitus, tum temporis imperium exercebat. Inde Kinnesrinum castra movet, quod oppidum tum temporis sub potestate fratris Alfuzaizi Tanuchitæ florebat, muris cinctum et arce munita defensum, dum Hadhirum Thai (153) a tribu Thai habitatum erat. Inde Schaisarum profectus copias ibi stativa habentes fugavit, nec vero iter intermisit, donec cum Chumarujja ad Althawahin (154) locum Ramlam adjacentem occurreret. Primo Abu-Alahbbasus Almohtadhedus ex Chumarujja cum paucis in Ægyptum fugam capiente victoriam retulit, ita ut, de victoria non dubitans, in Chumarujjæ tentorio sedem figeret, quum insidiæ a Chumarujja collocatæ repentino impetu prorumperent et hostibus victoriam eriperent, qua re Abu-Alahbbasus, copiis dispersis, usque ad Antiochiam redire coactus est. Interim Muhammedes ben-Diudad, nomine Alafschin ben-Abi-Alsadj notus, quocum Ishacus ben-Cendadj erat, ab Abu-Alahbbaso, ob verba quibus hic eum læserat, discedens, Halebum in potestatem suam redegerat: quam ob rem Abu-Alahbbasus ab Antiochia Tharsum iter dirigit; inde autem, quippe quem oppidi incolæ,

quominus intraret, impedirent, Marahschum, Cisumum Somaisathamque proficiscens Euphratem trajicit, dum ab Halebo, quo oppido Alafschinus potitus erat, cui inimicitiæ cum eo intercesserant, declinat. Chumarujja, Halebum tendens, Alafschino, qui, pace facta, ejus comitatui se adjungebat, et in ditionis suæ suggestis pro ejus salute preces faciebat, plus quam viginti millia denariorum, nec non viginti millia proceribus sociorum totidemque ejus scribæ, donat, illo hujus fœderis pignori filium dante (155). His peractis, Chumarujjæ, ab Abu-Ahmede pacem litteris petenti, pax cum Syriæ provinciis, non exceptis Halebo, Kinnesrino, Alahwazimo et Altsoghuro, conceditur, qui, in Ægyptum rediens, Ebn-Abi-Alsadjo, die quo filium tradit, triginta millia denariorum dono dat, et se ipsum alloquens dicit (156): « Muhammedes ben-» Diudad vos decepit, dum, vobis urinam, quam in qualibet » nocte sæpius fundit, dans, triginta millia denariorum accepit.» Et mox in ditionis ejus regiones Ebn-Abi-Alsadjus hostiliter irrumpens fœdus fregit, ita ut mense Dsu-Alkahdæ anni 274 Abu-Aldjeischus contra eum castra movere cogeretur. Quum ad Altsanijjam (157) ditionis Damasci uterque exercitus confligeret, Ebn-Abi-Alsadjus in fugam actus, ejusque exercitus, parte capta, parte occisa, deletus est, quod factum Albohtari poëta carmine celebravit, dicens:

Faventi vultu auxilii (divini) exercitus demissi Abu-Aldjeischi ben-Thulun copias adspexerunt,
Die Altsanijjæ, quum, impetu facto, quinquaginta millia vel plures in fugam verteret (158).

Hoc prælio commisso, (Chumarujja,) litteris ad Ebn-Abi-Alsadjum missis, eum vituperavit dicens: « Num necesse erat, » vir paucæ virtutis fideique, ut, (filio tuo) pignori dato, » quod perfidia tua necessario in eum adduxit, faceres! Sed » absit, ut anima pro anima onus ferat (159)! » Post reditum vero Abu-Aldjeischi anno 275 in Ægyptum, Muhammedes ben-Diudad in extremis terrarum suarum regionibus iterum contra eum rebellavit, ut Chumarujja contra eum castra moveret. Fugientem in suo adventu Chumarujja usque ad Euphratem persequitur; quo trajecto, ille ad Abu-Ahmedem

Almuwaffik perfugit, et cum eo veste honoris causa donatus sociorumque inter numerum exceptus (160) in regionem Aldjebl (161) nominatam proficiscitur. Hæ res anno 276 gestæ sunt. Halebo autem Chumarujja patris servum Thoghdjum ben-Djof, patrem Alachschidsi Abu-Becri Muhammedis ben-Thoghdj, præfecit, dum et Tharsi et in confiniis ab harum regionum præfecto Jasmaro (162), cui anno 277 quinquaginta millia denariorum, triginta millibus, antequam pro ipso preces faceret, missis, quæ in pium usum erogaret, dedit, additis centum et quinquaginta vestibus, totidem jumentis et multis armis, preces pro eo fiebant. His rebus peractis, Abu-Aldjeischus in Ægyptum rediit. Anno 279, mortuo Almohtamedo, Abu-Alahbbasus Ahmedes ben-Thalhah Almohtadhedus chalifa salutatus est, in cujus fidem Abu-Aldjeischus jurans et preces pro eo in ditionibus suis faciens, cum Alhusaino ben-Aldjazzaz donis amplissimis missis, ut ipsius filiam suo filio Ahlio-Ebn-Almohtadhed (163) in matrimonium det, rogat, cui ille respondet, se eam in matrimonium ducturum (164). Quam quum (nomen erat Kathronnada, et in dote centum mortaria aurea erant) (165) Almohtadhedus in matrimonium duxisset, in ejus apothecam, ubi candelabra, gutturnia, pocula aliaque utensilia aurea erant, intrans dixisse fertur: « O Ægyptii, quam multum flavi (æris) vestrî est! » Cui quidam: « O princeps fidelium, omnia auro confecta sunt. » Patris socio Alhusaino ben-Ahbd-Allah ben-Djazzaz ad Almohtadhedum eam adducente (166), dixit hic sociis suis: « Ambari candelis accensis eam honorate; » nam in chalifæ apotheca quatuor ambari candelæ in quatuor amphoris argenteis erectæ erant. Vesperi autem, quum ad eum, præcedentibus quadringentis puellis, quarum quælibet manu amphoram auream vel argenteam, in qua ambari candela, tenebat, venit, Almohtadhedus sociis suis dixit: « Candelas nostras » extinguite et nos occultate. » Quoties autem illa Almohtadhedum visum ibat, toties hic ipse pulvinar prosternens eam honorifice excipiebat. Aliquo autem die, quo illa veniebat, quum hic consuetudinem suam omitteret, dixit: « Velit Deus » principem fidelium magno ornare præmio! » Dixit: « Quem » innuis! » Dixit: « Servum suum Chumarujjam. » Suum ipsius

patrem dicebat. Dixit ille: « Num eum mortuum esse audi-» visti! « Respondit: « Non audivi; sed, quum tu me honore » afficere intermitteres, eum diem obiisse cognovi. » Hujus rei enim nuncium adlatum Almohtadhedus eam celarat. Postea autem consuetudinem ejus pulvinari prosternendo honorandæ revocavit. Chumarujja anno 282 Damasci (167) occisus est, quo tempore Halebi Thoghdjus ben-Djof ab eo præpositus imperium exercebat. Judicis munus in oppido Halebo post Ahmedis ben-Thulun tempus Hafzum ben-Ohmar judicem Halebi administrasse puto. Primo in locum patris filio Djeischo ben-Chumarujja succedenti (168), sub quo Thoghdjus Halebo ut antea præerat, mox a ducibus, qui, Thoghdjo Halebi permanente, in ejus locum Harunum ben-Chumarujja (169) substituunt, provincia adimitur, cui, quum rogans, ut quas pater possedisset terras, earum provincia ipsi prorogaretur, ad Almohtadhedum legatum mitteret, non adnuebatur, sed, ademtis Halebo, Kinnesrino et Alahwazimi provincia, Haruno Ægyptus et reliqua Syriæ pars tradebantur. Hac conditione pax inter Almohtadhedum Harunumque mense Djumadæ prioris anni 286 composita est (170). Judicem autem Halebi jam antea Harunus Abu-Sorahum Muhammedem ben-Ohtsman (171) Damasci natum creaverat. Eodem jam anno, filium suum Abu-Muhammedem Ahlium ben-Ahmed Halebi et Kinnesrini provincia ornans, huic in oppido Halebo vicarium Alhasanum ben-Ahli, nomine Cura cognitum (172), Chorasanensem, constituit, cui palatium Cura appellatum intra portam Aldjenan in oppido Halebo, nec non balneum ei adjacens, nostris temporibus, ut ne vestigium quidem supersit, vastatum, tribuitur. Inspectionem vero in illis regionibus Ahlius ben-Almohtadhed Alhusaino ben-Ahmru Alnazrani, tum temporis scribæ munus apud eum administranti, mandavit. Anno 287, Almohtadhedus, Wazifum eunuchum (173) Ebn-Abi-Alsadji in Altsoghuri provinciam persequens, et captivum faciens, harum regionum ditionem Curæ addidit. Quum Antiochiam Wazifum secum ducens rediret, inde autem Halebum proficisceretur, et ibi per biduum commoraretur, in horto quodam Halebi quinquaginta et sex millia denariorum, quæ Wazifi erant, et quæ hic in hoc oppido cum patrono suo

commorans sub terra absconderat, postquam in vincula conjectus erat reperta, ad eum deportata sunt. Post has res gestas Bagdadum profectus, ibi mense Rabihæ posterioris anni 289 obiit, in ejus locum filio Abu-Muhammede Almoctafio succedente, qui, ex Halebi provincia Alhasano ben-Ahli Cura revocato, Ahmedem ben-Sahl Albuschdjani mense Djumadæ posterioris ejusdem anni præfecit, cui vero anno 290 (174) Abu-Alagharrum chalifam ben-Almubarec Alsulmi successorem dedit, eumque ad bellum (175) Karmathitæ Zahib-Alchal [nævum habenti] nominato, cui Deus maledicat, faciendum in eam misit; ille enim in regionibus grassatus, Emessa, Hama, Maahrra-Alnohman et Salmijja potitus, multis horum oppidorum incolis occisis, mulieres infantesque in captivitatem abduxerat. Adveniente Abu-Alagharro cum decem equitum millibus, Karmathita Halebum versus copiarum partem misit. Abu-Alagharrus, copiis versus vallem Buthnan (176) eductis, quum constitisset, Karmathitæ copiæ duce Almuthawwiko ejus servo obviam veniunt, et impetu facto omnes ejus socios, ipso quodam eunucho celebri Badro Kadamita occiso, cædunt, ut Abu-Alagharrus cum mille viris in vicum quendam Halebi fugiens pene evaderet, inde, quo filius cum peditum et amicorum agmine exierat, urbem intrante. Karmathitæ autem usque ad diem Veneris fine mensis Ramadhani urbem oppugnabant, quo die Halebi populus exiturus in Karmathitarum occursum, quum ne exiret impediretur, obicibus portarum fractis ex oppido erupit. In prælio inter utramque partem commisso, quum et Abu-Alagharrus Halebi populum adjuvans copias educeret, his Deus victoriam concessit, ut magna Karmathitarum copia cæderetur. Die Sabbati festo jejunii mensis Ramadhani solvendi ad locum Muzalla dictum Abu-Alagharrus exiit, et, concionatore sermonem habente, cum populo Halebi festum celebravit. Posthac populus pace rursus gaudebat; ipse autem tantopere super Karmathitas eminebat, ut nemo contra eum proficisci auderet. Post hanc cladem acceptam anno 300 ad ducem suum reversi sunt (176 *bis*). Tum Almoctafius Halebo Alhusainum ben-Hamdan ben-Hamdun (177) patruum Saif-Aldewlæ præfecit, qui contra Arabes tribus Calb, Iemen, Asad aliarumque

rebellantes et in Halebi tractibus copias contrahentes, mense Ramadhani anni 294 copias eduxit; sed tali modo fugatus est, ut hostes persequentes una cum ipso Halebi portam attingerent. Eodem quoque anno cum Karmathitis pugnans eos prælio fregit eorumque exercitum delevit. Huic Ihsa servus Alnuscherii successor missus est. Almoctafius autem, jam anno 291 Raccam profectus, Muhammedem ben-Solaiman (178) ducem Halebum et in Syriam cum viginti millibus equitum peditumque ad bellum Thulunidis Karmathitisque inferendum et Ægyptum expugnandam miserat, qui in fine (mensis Schawwali) anni ducentesimi nonagesimi (179) Halebum, ubi tum temporis Ihsa servus Alnuscherii bello gerendo præerat, instructo exercitu magnoque splendore intravit, et ibi aliquot dies, in quibus tribus Banu-Tamim et Banu-Celab principes eum salutatum veniebant, commorans, a tributorum præfectis pecunias exegit. Profecturus in Ægyptum, Ihsæ, ut vicarium in munere creans cum ipso proficisceretur, imperavit: qui, ejus mandato morem gerens, filio Halebi vicario creato, pecuniis inter copias distributis, ultimo mensis Schawwali cum eo iter ingressus est; quem, quum Maahrram-Alnohman venisset, Muhammedes honoris veste ornatum circumduci jussit (180), et Buldæ (181) usque ad confinia Hamæ præfecit. Karmathitis, inter Tel-Mannesum (182) et Caferthabum cum decem equitum millium exercitu occurrentibus, Dei auxilio victis et in fugam conversis, quum omnes eorum pedites occiderentur, et equitum major pars captiva fieret (183), Muhammedes ben-Solaiman in Ægyptum tendit, quam provinciam, Haruno ben-Chumarujja occiso (184), Thulunidis, eorum opibus potitus, eripit. His rebus peractis, Thogdjum ben-Djof Thulunidam Halebo præficiens, eum cum quatuor millibus militum ex Ægypto proficisci jubet, qui, quum anno 292 Halebum perveniret, Ebn-Alwatsekium a sultano Halebum, ut copias ducum ex Ægypto advenientium lustraret, missum invenit, qui, cum eo advenientibus copiis lustratis, ipsum Bagdadum iter ingredi jubet, quo mandato satisfaciens pervenit. Eodem modo plures e Thulunidarum ducibus Halebum pervenerunt; qui omnes, copiis lustratis, Bagdadum profecti sunt, quo et die Martis decimo tertio ante finem Schahbani

anni 292 Wazifus Boctemrita et filius Ihsæ Alnuscheri, præfecti Halebi, nec non Thoghdjus cum fratre filioque, pervenerunt, ex quibus Boctemritam et Ihsæ filium torque, alios vero veste, (chalifa) ornavit. Ihsa Alnuscheri autem ex Ægypto Halebum, quippe cujus præfectus esset, iter ingressus est, quum, aliquot diebus post ejus abitum dilapsis, a Wesiro Alahbbaso ben-Alhasan, quibus Ihsa Alnuscheri (185) Mizro oppido præponebatur et Muhammedes ben Solaiman Tharsum ad bellum sacrum proficisci jubebatur, litteris adlatis, Muhammedes ben-Solaiman nuncium misit, qui Ramlæ proficiscentem assecutus redire jussit. Ihsa Alnuscheri, cui interim a sultano eadem de re litteræ afferebantur, Mizri præfectus reversus est. Eodem anno Almoctafius Halebo Abu-Alhasanum Dsukam ben-Ahbd-Allah Alahwar [monoculum] præfecit, qui hanc provinciam usque ad annum 302 tenuit. Generosus liberalisque erat, et ei palatium Dsuka nominatum, nunc Dar-Alsakah, tribuitur, a cujus latere domus conclavis ejus custodis Firusi sita erat, jam mutata in colliculum Firus nominatum, in quo destructo a sultano Almalic-Althsaher nominato thesaurorum reliquiæ, *ex. gr.* argentum vivum aliæque res, apparebant. Ibi nostris temporibus forum promercale aurifabrorum est (185 *bis*). In ejus laudem Abu-Becrus Alzenuberi poëta multa carmina composuit. Quum autem Muhammedes ben-Solaiman Halebum rediisset, Mubarecus Komensis cum litteris, quibus opes tradere jubetur, advenit, quem obviam equo vecti Dsuka Alaghwar Halebi præfectus, Abu-Alagharrus (186) aliique medium ducentes ad urbem in domum nomine Curah ad portam Djenan (187) sitam introducunt ibique custodiendum curant, quem, Dsuka ab oppido Halebo cum Abu-Alagharro in Ægyptum ad bellum Ebn-Alchelendjii (188) proficiscente, Muhammedes ben-Solaiman Bagdadum vinctum abduxit. Quum, Almoctafio anno 295 mortuo, frater ejus Abu-Alfadhlus Almoktaderus imperium teneret, tribus Tamim in tractibus Halebi grassans, multa intulit mala et ipsum Dsukam in oppido Halebo oppugnavit. Qua re commotus quum Almoktaderus Alhusaino ben-Hamdan, ut Dsukæ in auxilium proficisceretur, scriberet, hic noctu Alrahba (189) profectus contra eos ad Chunazaram castra posuit, et multos

eorum captivos fecit. Quibus rebus peractis, cum Dsuka non conveniens copias reducit, quod factum poëta gentis Syriæ laudans, dixit:

Reparavit id quod erat inter Tamim et Dsukam,
Vir egregius, qui ab eo, qui queritur, lanceis querimonias removet,
Et quum proficiscitur, exercitu conterit,
Quasi ipse Solaica ben-Alsolaca (190).

Dsukæ Wesirus et scriba Abu-Alhasanus Muhammedes ben-Ohmar ben-Jahja Nefrita Alcatib [scriba], a poëta (191) Alzenuberio celebratus, erat, cui balneum Nefritæ nunc vastatum adscribitur. Domus ejus autem gymnasium Nur-Aldini (192) est. Tum Almoktadirus eum ab Halebi provincia revocatum in Damasci et inde in Ægypti provinciam, quam usque ad mortem tenebat, misit. Almoktadirus Halebi provinciam clienti suo Tacino eunucho (193) Abu-Manzuro tradidisse, tum vero ademisse dicitur; sed Syriæ et Ægypti provinciæ Munisum Almuthsaffarum eunuchum (194), ut vicarium filii ejus Abu-Alahbbasi, præfuisse, minus dubitandum est, qui, quum Halebum perveniret, et inde in Ægyptum proficisceretur, Dsukam (195) Alagwar, quem Halebi provinciam deponere jusserat, Damasco et Ægypto præposuit. Anno 302, Emirum Abu-Alahbbasum Ahmedem ben-Cighalgh Halebo præfecit. Anno 290, judicis muneri in oppido Halebo Muhammedes ben-Muhammed Alhadui (195 *bis*) præerat; anno vero 297 judicis munus Halebi et Kinnesrini Muhammedes ben-Abi-Musa Ihsa Aldharir [cæcus] Alfakih [jurisconsultus] obtinuit, qui decimo-quarto mensis Rabihæ posterioris in provinciam profectus est, in cujus locum, anno 300, Abu-Hafizus Ohmarus ben-Alhasan ben-Alnazr Halebensis Alkadhi [judex], cujus domus in foro Alsarahin (196) est, mittebatur. Huic, anno 302, judicis Halebi munus ademtum Abu-Ahbd-Allaho Muhammedi ben-Ahbdah ben-Harb delatum est. Ohmarus ben-Alhasan Alkadhi [judex] anno 307 diem obiit. Anno 305 in hoc oppido Muhammedes ben-Ahbdah ben-Harb judex erat; sed anno sequenti Ibrahimus ben-Djafar ben-Djabir Abu-Ishacus Alfakih [jurisconsultus] in oppidis Halebo et Emessa hoc munus obtinuit. Halebi tributis ab Almoctafio Alhasanus ben-Alhasan

6...

ben-Redja ben-Abi-Aldhahhac præpositus est, qui Halebi mense Djumadæ prioris anni 301 repentina morte obiit. Post eum tributis (197) Ahlius ben-Ahmed ben-Bastham, expensis Ahbd-Allahus ben-Muhammed ben-Sahl præerat. Eo mortuo anno 302, in locum successit Muhammedes ben-Alhasan ben-Ahli Nathserita. Abu-Alahbbasus ben-Cighalgh litteris humanioribus instructus, poëta, liberalis erat. Eum Motenabbius in carmine his incipiente verbis laudavit:

Quot occisorum sicut ego occisi, martyres sunt (198)!

Et ex poësi Emiri Ahmedis ben-Cighalgh hæc verba sunt:

Dixi ei: Cilia vulnerata sunt; lacryma, quæ ea circumdant, vulneravit:
Non est mihi in mœrore similis. Dixit: Mihi similem vides (199).

Tum Munisus Almuthsaffarus Halebo Abu-Kabusum Mahmudum ben-Djoc Chorasanensem, qui et Mahmudus ben-Haml (200) appellatur, præfecit, virum superbia elatum, pervicacem, a posteris Muhammedis mente alienum, qui usque ad annum 312 hanc provinciam administrabat, quo anno Munisus Almuthsaffarus eunuchus, qui tunc temporis in Syria erat, ad bellum Karmathitis faciendum Bagdadum vocatus, Halebi provinciam Wazifo Boctemritæ (201) tradidit, cui anno 316 Helalum ben-Badr Abu-Alfatahum Almohtadhedi servum, antea Damasci imperium exercentem, successorem misit. Hic e provincia revocatus anno 317 Kuthrabbulo (202) et Samiræ præponitur. Halebo autem hoc anno Wazifum Boctemritam iterum præfecit, qui in hoc oppido die Martis octavo mensis Dsu-Alhedjæ anni 317 obiit. Ejus scriba Ahbd-Allahus, pater Abu-Alahbbasi Ahmedis ben-Ahbd-Allah poëtæ, noti nomine Ebn-Catib-Alboctemri [filii scribæ Boctemritæ] (202 *bis*), erat. Usque ad annum 318 Ahmedes ben-Cighalgh huic provinciæ præerat; anno autem 319 Munisus Almuthsaffarus servum suum Tharifum ben-Ahbd-Allah Sobceritam eunuchum in eam misit, virum generosum, ingeniosum forteınque, qui Alfuzaizi gentem in arcibus, quas ad Laodiceam alibique possidebant, oppugnavit. Hi fortiter resistentes, donec omnis annonæ et aquæ copia consumta esset, tandem, securitate promissa, se tradiderunt: ille autem multum

aberat, ut fidem læderet, ut potius honore eos afficeret et valde honoratos Halebum secum duceret. Quibus rebus peractis, ejus provinciæ Emessa addita est. Quum Alkâhirus clientem suum Munisum Almuthsaffarum capere vellet, hanc vero rem Tharifo commisisset, hic eum anno 321, ut ad Alkahirum iret, adduxit (203), eam ob causam in magno honore ab illo habitus. Buschra eunuchus, qui ab Alkahiro Damasco et Halebo præfectus constitutus Halebum et inde Emessam proficiscitur, ab Ebn-Thoghdjo prælio frangitur et captivus factus strangulatur, dum Abu-Alahbbasus ben-Cighalgh Halebum veniens cum Muhammede ben-Thoghdj fœdus pangit et in ejus fidem jurat. Alradhius in chalifatum succedens, qui jam aliquod tempus, ne conclavis custodes Badrum Charschanensem (204) inopinato interimerent, timuerat, ei Halebi ejusque ditionum provinciam, quæ tum temporis in Tharifi potestate erat, cum mandato, ut statim iter ingrederetur, anno 324 tradidit. Itinere statim suscepto, quum interim Tharifus, hujus rei certior factus, socium quendam suum ad Ebn-Moklam cum dono triginta millium denariorum mittens, ut diploma renovaret et ipsi provinciam prorogaret, rogasset, et in Badri adventu, sperans fore ut Ebn-Mokla precibus satisfaceret, moram quæreret, Badrus procedit et in Halebi ditione pugna cum eo confligit. Tharifo fugato, Halebum in ditionem accepit; sed parvum ibi temporis spatium commoratus, ex aula chalifæ litteris adlatis, Halebo tertio Tharifo tradito, revocatur. Hic ad aulam redit; Tharifus Alsobceri autem loco suo Halebo et Alahwazimo (aliquem) (204 *bis*) præfecit, qui ibi usque ad annum 324 permansit. Judex Halebi Ohbaid-Allahus ben-Ahbd-Alrahman ben-Achi-Alimam (filius fratris Imami) erat. Tum Halebi provinciæ Abu-Alahbbasus Ahmedes ben-Sahid Celabita, quem Abu-Becrus Alzenuberi (poëta) laudavit, præerat, ut equidem pro certo habeo, vicarius Abu-Becri Alachschidsi Muhammedis ben-Thoghdj ben-Djof (205); hic enim usque ad annum 328 Syriam in ditione tenebat. Hoc provinciam tenente, tribus Celab ex regione Nedjd anno 325 in Syriam veniens quum Maahrram-Alnohman adoriretur, et hujus oppidi præfectus Maahdus ben-Sahid contra eos copias educeret, nec non usque ad locum Albaraghaitsi (206) appellatum

eos sequeretur, illi, contra eum se convertentes, ipsum cum majore copiarum parte captivum fecerunt, qui inter eos pœna mulctatus manebat, donec Abu-Alahbbasus Ahmedes ben-Sahid Celabita Halebi præfectus, contra eos proficiscens, eum liberavit. Tum Alradhius, Mosulam (207) perveniens, Abu-Alhusainum Ohmarum ben-Muhammed judicem ad Abu-Becrum Muhammedem ben-Rajek, qui tunc temporis Bagdadi degebat, misit, qui Wasethi et Halebi provincias, ex quibus unam sibi eligere posset, ei proponeret. Illo Halebum eligente, quippe quod a Badjcamo, inter quem et ipsum inimicitia exorta, remotius esset, Alradhius id ratum habuit, et ejus filii Abu-Djafarus et Abu-Alfadhlus veste eum ornarunt eique vexillum provinciæ signum tradiderunt (208). Quum interim Badjcamus Ebn-Rajeki ex illo oppido discessum ægre ferens, ut iræ indulgeret, Alradhium ad iter Bagdadum celerandum incitaret, Alradhius ei dixit: « Hoc non convenit; quippe » virum regioni cuidam præfecerim, qui quum audiat et ob- » sequium præstet, non est, quod tibi ejus lædendi potesta- » tem concedam. » Abu-Becrus ben-Rajek, mense Rabihæ posterioris anni 327 a Bagdado profectus, anno 328 Halebum intrasse dicitur. Quum in bellum Alachschidsi Muhammedis ben-Thogdj Farganensis proficisceretur, vicarium suo nomine Muhammedem ben-Jesdad Halebi constituit. Primo quod commissum est prælio inter utrumque (209) Alachschidsus fugatus Damascum Ebn-Rajeko, Ramla Ægyptoque contentus, concessit; secundo autem in Aldjaffaro (210) commisso Abu-Alfatahus Musahimus ben-Muhammed ben-Rajek captivus factus est: qua re commotus Ebn-Rajekus paulummodo, donec filium in libertatem vindicaret, retrogressus est; et quum postea Abu-Nazrus ben-Thoghdj occideretur, Ebn-Rajekus eum ferali amiculo involvit et compositum ad fratrem Alachschidsum cum filio Musahimo misit, his litteris additis: « Fratris tui cædes me invito facta est; quam ob causam hunc » filium meum, ut eum pro filio tuo in vincula conjiceres, » misi. » Quem vero honoris veste ornatum, magnis divitiis donatum remisit. His rebus anno 329 peractis, Abu-Becrus Muhammedes ben-Thoghdj Alachschidsus Cafurum eunuchum ex Ægypto cum exercitu, cujus primam aciem Abu-

Almuthsaffarus Musawirus ben-Muhammed Græcus, unus ex ducibus Alachschidsi, ducebat, misit. Musawirus Halebum pervenit; Cafurus autem cum Muhammede ben-Jesdad ab Ebn-Rajeko Halebi præfecto constituto concurrit, et Halebum prælio superati captique facti imperio eripit, cui Musawirum ben-Muhammed Græcum præponit. Redit tum Cafurus in Ægyptum. Illum autem Abu Almuthsaffarum Musawirum ben-Muhammed Græcum Almotenabbi poëta verbis his laudavit:

Num Musawirus, an solis radius hic, an saltus leo, qui Wesirum præcedit!

Voce *Alustads* Cafurum eunuchum indicare vult. In eodem vero carmine Ebn-Jesdadsi cladis mentionem facit, dicens:

Concede te Ebn-Jesdadsum ejusque socios fregisse: num omnes homines ex gente Jesdadsi sunt (211)!

Musawirus hic dominus palatii Dar Ebn-Alrumi nominati in loco Alsadjadjin (211 *bis*) Halebi est: quod palatium, cui et nomen Dar Ebn-Mustefad, ab oriente gymnasio Ihmad-Aldini, quod Solaimanus ben-Ahbd-Aldjabbar ben-Artek Halebi renovavit et quod genti Bani-Alahdjemi appellatæ tribuitur, situm est. Judicem Halebi illo tempore vel antea Abu-Thaherum Muhammedem ben-Muhammed ben-Sofijan Aldabbasum fuisse puto. Alachschidsus et Muhammedes ben-Rajek ea conditione, ut ille huic Halebum Emessamque concederet et summam quandam solveret, pacem fecerunt: qua re perfecta, Alachschidsus filiam suam Musahimo Abu-Becri ben-Rajek filio in matrimonium dedit. Die lunæ nono ante finem mensis Redjebi anni 330 Abu-Becrus ben-Rajek a Nazir-Aldewla, præsente Almottakio, occisus est (212). Ebn-Rajekus ingeniosus, audax, liberalis, beneficus erat, sed superbia elatus, pervicax, a prophetæ posteris mente alienus. Illo tempore Halebi Ahmedes ben-Mukatil ab Abu-Becro ben-Rajek præfectus constitutus erat, et cum hoc ejus filius Musahimus ben-Muhammed ben-Rajek. Post has res gestas Nazir-Aldewla Ahlium ben-Chalf, quem provinciæ Dijar-Modhari et Syriæ præfecit, litteris ad Janisum Munesitam, tum temporis Dijar-Modhari nomine Nazir-Aldewlæ præfectum, ut huic opem ferret, datis, cum exercitu misit. Janisus, mandato satisfaciens et versus Djesr-

Menbidjum [pontem Menbidji] castra movens, quum interim Ahmedes ben-Mukatil et Musahimus Menbidjum copias eduxissent, ad Euphratis ripam in hostium occursum venit; sed, antequam pugnatum erat, scribam suum et Nadsirum servum legatos ad Ebn-Mukatilum misit, qui utrumque in vincula conjecit. Janisus, in prælio tum commisso graviter ad mortem pæne vulneratus, Nedjmum arcem vulneris sanandi causa deportatur. Interim Nadsirus ejus servus, qui vinctus in exercitu Ebn-Mukatili in mulo sedebat, mercenarium quendam Janisi abe qui latere alterum equum ducentem conspicatus est, cujus, gladio sumto, equum alterum conscendens in Ebn-Mukatilum invehit eumque occidit, copiis ejus fugæ se committentibus. Janiso ex vulnere recreato cum Ahlio ben-Chalf Halebum proficiscente, duces Ebn-Mukatili, se invicem de fuga reprehendentes, ad pugnam in valle Buthnan redeunt; iterum tamen fugam petunt, ut Ahlius ben-Chalf et Janisus Munesita anno 330 Halebo potiantur, ex quo oppido non multo post Ahlius ben-Chalf ad Alachschidsum Muhammedem ben-Thoghdj profectus est. Wesirus ab eo creatus semper apud eum in honore habebatur, donec aliquo die, quo Muhammedes in loco quodam amœno, quem possidebat, sedens, quum equitantem cum majore copiarum parte hastis levibus ornatuque instructa vidisset, eum in vincula duci jussit, ex quibus non prius quam post mortem Muhammedis ben-Thoghdj liberatus est. Janisus Munesita Halebi provinciam totum annum 331 tenebat. Janisus hic erat cliens Munisi Almuthsaffari eunuchi, Mosulæ præfectus Alkaheri tempore, et Dijar-Modhari provinciam, cujus præfectus a Nazir-Aldewla creatus erat, tenebat, donec quæ narravimus acciderunt; postea in Alachschidsi, pro cujus salute in ditionis suæ suggestibus preces faciebat, fidem et clientelam se contulit. Anno 332 inter Nazir-Aldewlam ben-Hamdan et Tusunum, conditione, ut ille ab oppido Mosula usque ad extremos Syriæ fines regiones possideret, hic Alsinni (213) ditiones usque ad Bazram, et quas post has jacentes terras ditionis suæ faceret, et ne alter rebus alterius adversaretur, pace composita, Nazir-Aldewla Halebi Dijar-Modhari et Alahwazimi provinciam Abu-Becro Muhammedi ben-Ahli ben-Mukatil Wesiro Ebn-

Rajeki promittenti, ut, quum Halebum intraret, ei quinquaginta denariorum millia solveret, mense Rabihæ prioris ejusdem anni tradidit; qui vero proficiscens ex Mosula cum pluribus ducibus Halebum non pervenit, quia Nazir-Aldewla, interim in oppido Mosula inter Emirum Saif-Aldewlam ejusque patruelem Abu-Ahbd-Allahum Alhusainum ben-Sahid ben-Hamdan rixa contracta, ut ille hunc in vincula conjicere vellet, Abu-Ahbd-Allahum Alhusainum ben-Sahid ben-Hamdan, Emiri Abu-Ferasi (214) fratrem, Halebo ejusque ditione, Dijar-Modharo et Alahwazimo, et quas expugnaret, Syriæ partibus, ornavit, qui, primo mensis Redjebi anno 332 profectus, oppidum Raccam, cujus incolæ, duce oppidi præfecto Muhammede ben-Habib Albalsami, ei bellum fecerunt, manu armata intravit, eorum duci captivo facto ferro candente oculos eruit, et, oppidi parte combusta, populi principes comprehendit dureque tractavit. His rebus peractis, socio Abu-Becro Muhammede ben-Ahli ben-Mukatil, Halebum castra movet, ex quo Janisus Munesita et Ahmedes ben-Alahbbas Celabita, ejus adventu audito, fugam capiunt: quos fugientes Maahrram-Alnohman inde Emessam persequitur, et illis regionibus, ipso Ishaco ben-Cighalgh fugiente et Arabibus in fidem et clientelam se tradentibus, potitur. Inde Halebum rediit ibique permansit, donec Alachschidsus Abu-Becrus Muhammedes ben-Thoghdj ben-Djof Farganensis advenit, Alachschidsus cognominatus, quoniam Farganæ rex ita nominabatur, quippe Alachschidsi pater Farganæ incola esset. Mense Dsu-Alhedjæ anni 332 Halebum pervenit, ad quod oppidum quum appropinquaret, Alhusaino ben-Hamdan, qui impar pugnando cum Alachschidso esset, ex Halebo Raccam decedente, Ebn-Mukatilus, qui cum Ebn-Hamdano Halebi degebat, Alachschidsum haud longe abesse et Ebn-Hamdanum oppidum relinquere paratum cognoscens, in turri templi magni, donec Ebn-Hamdanus decessit et Alachschidsus urbem intravit, se abscondidit: tum vero apparens in fidem et clientelam Alachschidsi se commendavit, qui eum tributis et prædiis in Ægypto præfecit. Alhusainus ben-Sahid autem quum Raccam perveniret, ubi tunc temporis fugiens Tusunum Turcam, qui Bagdado potitus erat, Almottakius l'Illah cum Saif-Aldewla Abu-Alhasano Ahlio

ben-Ahbd-Allah ben-Hamdan degebat, qui ob disceptationem inter ipsum et fratrem Nazir-Aldewlam motam ab eo discesserat, portis clausis ab Almottakio l'Illah intrandi veniam non accepit; sed, quum inter utrumque Husainum et Saif-Aldewlam (214 *bis*), intercessione facta et legatis missis, pax composita esset, Harranum et inde Mosulam profectus est. Alachschidsus autem quum Halebi esset, primum agmen versus Balesum præcedere jussit, ipse sequens, quum Almottakius Abu-Alhasanum Ahmedem ben-Ahbd-Allah ben-Ishak Alcharki rogans, ut Alachschidsus cum ipso Raccæ conveniret, se diploma ei redintegraturum, ejusque auxilium imploraturum et consilio usurum esse, misisset. Alachschidsus Abu-Alhasanum Halebum pervenientem obviam veniens magno excipit honore, et magnam lætitiam fiduciamque, quod Almottakium accedat, ostendens, statim cum Ahmede ben-Sahid Celabita pecunias ad Almottakium mittit. Post hunc missum iter ingrediens quum Euphratem attigisset, in cujus uno latere Almottakius erat, ab Almottakio missi Alcharkius et Wesirus Abu-Alhusainus ben-Mokla ad eum perveniunt. Die Jovis decimo-tertio mensis Almuharremi anni 333 trans Euphratem trajectus coram Almottakio stetit, et, Almottakio, qui equo vehebatur, eum pedibus euntem equum conscendere jubente, non fecit. Tum chalifæ dona magnasque pecunias, Wesiro Abu-Alhusaino ben-Mokla viginti millia denariorum dat, nemine aut ex chalifæ sociis aut ex ministris scribisque, quin dona acceperit, omisso, et Almottakio, ut cum ipso in Syriam Ægyptumque proficiscatur, suadet: quod vero facere quum recusaret, de loco non decedendi consilium dat, promittens se pecuniis missis ipsum adjuturum; nec vero a loco decessit, donec Tusunus litteris eum decepit (215), et, hoc in vincula conjecto, in Almostacfii obsequium juravit. Almottakius vero Alachschidso filioque ejus Abu-Alkasimo Anudjuro Syriæ et Ægypti per triginta annos provinciæ tenendæ diploma scripsit. In illo itinere Alachschidsus ad Cafurum (216) servum suum eunuchum in Ægyptum litteras dedit, scribens: « Id quod scires, » Deus te conservare velit, necesse habebam, quum principi » fidelium in Euphratis ripa occurrissem, honore me afficiens » dona mihi dedit, et dixit: Quid agis, Abu-Becre! Deus

» gloriam tuam amplificet! » Id præsertim scribens, quum, quod chalifa, qui neminem cognomine appellare soleat, ipsum cognomine appellaverit, lætaretur. Alachschidsus, Racca Halebum et inde in Ægyptum rediens, Halebo suo nomine Abu-Alfatahum Ohtsmanum ben-Sahid ben-Alahbbas ben-Alwalid Celabitam, ejus fratrem autem Antiochiæ præfecit, quem Abu-Alfatahum Celabitæ ipsius propinqui odio habentes Saif-Aldewlæ ben-Hamdan, se ei Halebum tradituros, scripserunt. Saif-Aldewla (217), qui jam antea a fratre Nazir-Aldewla provinciam petiverat, illo dicente, « Syria ante oculos tuos, nec vero » in ea est, qui te repellat », haud ignarus Celabitas inter se discordare et Abu-Alfatahi copias nimis exiguas esse, quibus ipsi resisteret, Halebum profectus est. Saif-Aldewla, quum ad Euphratem pervenisset, tota Abu-Alfatahi gente obviam eunte, trajecto Euphrate, Abu-Alfatahum, qui, haud nescius, quod si ipse, gente sua exeunte, domi remansisset, se, qui genti in odium venerit, victum fore, cum exeuntibus se conjunxerat, insigniore quam fratres honore auxit eique in sella sua sedem obtulit. Saif-Aldewla, quotiescunque ad vicum transibant, quod ejus nomen esset, eum interrogante, Hic talis est, respondebat, donec vicum Alfajæ prope adjacentem, cui nomen Ibrim, prætergrediebantur: nam, quum Saif Aldewlæ, quis vicus esset, interroganti Abu-Alfatahus Ibram respondisset, Saif-Aldewla, se interrogando molestiam ei exhibuisse putans, dixit, « Ibrim a voce Ibrahm (218) »; et eum interrogare intermisit. Transgressus plures vicos, quum Saif-Aldewla, quis esset, non interrogaret, silentii causam cognoscens, dixit: « O Domine mi, o Saif-Aldewla, per caput tuum! Illi vico, ad » quem transivimus, Ibram nomen est, et alium hanc rem » interroges! » Saif-Aldewla ingenii acumen admirans, quum die lunæ octavo mensis Rabihæ prioris anni 333 Halebum intrasset, eum in throno secum sedere jussit. Judex in hoc oppido tunc temporis Ahmedes ben-Muhammed ben-Matsil erat (219), cui ademtam provinciam Saif-Aldewla Abu-Alhazino Ahlio ben-Ahbd-Almalic ben-Badr ben-Alhaitsum Raccensi tradidit, viro injusto, qui mortuorum relicta Saif-Aldewlæ adjudicabat, dicens: « Bona mortuorum Saif-Aldewlæ » sunt, Abu-Hazino pœna danda (220). » Alachschidsus (illis

rebus commotus) exercitum ducibus Cafuro et Janiso Munesita (221) versus Halebum misit, quum Saif-Aldewla, in expeditione bellica regiones Græcorum invadens, jam regiones Alzafzafi (222) et Arnèsusi (223) violasset, qui, eorum adventus nuncio adlato, prædatus rediit, et, ob id quod animo habebat, contra Alachschidsi copias profectus est, quibus ad Rustenum occurrit. Ibi Saif-Aldewla, impetu in Cafurum facto, quum hic fugeret, et ejus socii in ponte Rusteni ita comprimerentur, ut multi eorum in fluvium detruderentur, a cæde edenda destitit, et satellitibus suis, ne unum eorum trucidarent, interdixit, dicens, « Mihi sanguis, vobis præda est »: quorum circiter quatuor millia ex principibus aliisque, Cafuri impedimentis omnibus potitus, captivos fecit. Emessam Cafurus et inde Damascum fugiens, dominum suum rei certiorem facit, dum Saif-Aldewla, omnibus captivis dimissis, qui beneficii gratias dicentes iter ingrediebantur, Damascum (224) se convertit et urbem mense Ramadhani anni 333 intrat. Ibi commoranti quum Alachschidsi litteræ, ut iis, quæ ditionis suæ fecisset, contentus pacem faceret, afferrentur, id se facturum negavit: quam ob causam, quum Damasci populus a pugna contra Arabes redeunti Saif-Aldewlæ in urbem introitum recusaret, hujus rei certior factus Alachschidsus a Ramla Saif-Aldewlæ occursurus castra movit; qui vero, quum major sociorum et exercitus pars in Alachschidsi Tiberiadem pervenientis fidem se contulisset, sine prælio rediit, dum Alachschidsus eum usque ad Maahrram-Alnohman sequebatur. Saif-Aldewla, copiis collectis, in mense Schawwali anni 333 in ditione Kinnesrini Alachschidso occurrit, qui leves hastas suas tubasque (225) in prima acie disposuerat: sed ipse cum circiter decem millibus ex toto exercitu electis, quos Alzaberijja [sc. patientes, fortes] appellaverat, in postrema acie constiterat; et quum Saif-Aldewla, impetu facto et prima acie fugata, quippe qui Alachschidsum in prima acie putaret, castra invaderet, cum parte copiarum electa (Alzaberijja appellata) impetum faciens, impedimenta sua jam ab hostibus capta liberavit. In illo prælio nemo utriusque exercitus periit, excepto Maahdo ben-Sahid Maahrræ Alnohman præfecto ab Alachschidso constituto, qui, quum Saif-Aldewlam captivum facere vellet, telo

Mustaufa (226) nominato, quod hic secum habebat, ictus cecidit. Post prælium commissum, Saif-Aldewla fugiens in eodem statu, nemine eum persequente, in Mesopotamiam contendit et Raccam intrat. Halebum intrare volentem oppidi populus impedivisse dicitur. Alachschidsi Halebum intrantis socii omnibus regionibus damnum intulerunt; ita ut miræ magnitudinis ante portas arbores, quarum multitudine Halebum, cujus rei in Alzenuberii carminibus indicium est, oppidis quæ arboribus maxime abundant, adnumerandum erat, cæderentur, Alachschidsi militibus incolas Halebi quasi obsidione cingentibus et in hominibus damno percutiendis ob eorum in Saif-Aldewlam propensum animum summam diligentiam adhibentibus. Legationibus mutuis missis, et pace sub conditione, ut Alachschidsus, Saif-Aldewlæ Emessam, Halebum et Antiochiam cedens, de Damasci possessione summam quandam quotannis solveret, Saif-Aldewla autem filiam Ohbaid-Allahi ben-Thoghdj fratris Alachschidsi in matrimonium duceret, composita, Alachschidsus Damascum rediit. Res per Alhasanum ben-Thaher confecta est, qui mense Rabihæ prioris anni 334 legationem gessit. Saif-Aldewla Halebum reverso, Alachschidsus Damasci mense Dsu-Alhedjæ ejusdem anni diem obiit; secundum alios, mense Muharremi anni sequentis. Post eum filius Abu-Alkasimus Anudjur (227) imperium occupavit; Wesiratum autem Abu-Almescus Cafurus eunuchus obtinuit. Saif-Aldewla, qui, ut modo narravimus, ut ipsi Syria cederetur, operam dederat, mortuo Alachschidso, quum Cafurus in Ægyptum, quam Africanus quidam (228), quem Cafurus postea prælio fudit, in potestatem suam redegerat, ex Damasco cum exercitibus patroni sui proficisceretur, et eam ob causam illa urbs a militibus nuda esset, eam possidere cupiens, castra movit, et, Janiso Munesita cum parva exercitus parte se in fidem ejus committente, ea potitus est. Ibi quum consisteret et oppidi tributa exigeret, mater Nohm Om-Saif-Aldewla [mater Saif-Aldewlæ] advenit. Inde Saif-Aldewla Tiberiadem profectus est Aliquo die, ubi Damasci commorabatur, cum scherifo Ahkikensi (229) extra urbem in Ghutha valle viam faciens dixit : « Hanc Ghutham unius esse » possessionem oportet. » Cui scherifus : « Multorum est. » Et

dixit Saif-Aldewla : « Profecto si codicilli eam sibi arrogave- » rint, omnes possessores profecto eam relinquent. » Quæ verba scherifus in animo recondens rei Damascenos certiores fecit, qui, Saif-Aldewla thesauros et bona Alachschidsi ab iis exigere incipiente, ad Cafurum litteras dederunt. Cafurus, his litteris commotus, cum Anudjuro ben-Alachschids exercitus Ægyptiacos educit, dum et Saif-Aldewla versus Alladjunum (230) castra movet, ubi in propinquo exercitus Alachschidsi per aliquot dies magna in socordia castra habet, ita ut, militibus pabulantibus et in prædiis dispersis, ipse speculandi causa equitans hostes aliquo ordine instructos jam invadentes conspiciat. Saif-Aldewla, rediens ad exercitum, suos educit. Prælium tenax committitur, in quo Saif-Aldewla, parte suorum occisa, parte capta, fugatus Damascum se convertit, et inde matrem, familiam opesque suas educens, Damasci populo prælium ignorante, profectus est. Res mense Djumadæ posterioris anni 335 gesta est. Emessam quum pervenisset, cum majore quam unquam ex tribu Ohkail, Nomair, Calb et Celab collecto exercitu castra movet, copiis Ebn-Thoghdji a Damasco proficiscentibus in campis Ahdsræ (231) occurrit, et quamvis initio secundo marte pugnet, fine prælii victus, omnibus impedimentis in hostium potestatem venientibus, et sociis, qui in illo oppido intercludebantur, pereuntibus, in fugam agitur. Hostibus eum usque ad Halebum persequentibus, Euphratem, Raccam proficiscens, trajicit, dum Janisus Munesita ab ejus exercitu Antiochiam declinat. Mense Dsu-Alhedjæ anni 335, Ebn-Alachschidsus Halebum perveniens ibi constitit, Saif-Aldewla Raccæ commorante. Inde Anudjurus ad Janisum Munesitam, qui tum temporis Antiochiæ erat, legatos mittit, et ipse, consentiente Cafuro, cum eo paciscitur, « ut ipsum Saif-Aldewlæ Halebi opponant », dum ille, filio pignori dato, « se Saif-Aldewlæ in oppido fortiter » restiturum » spondet. Pacto confirmato, Cafurus Anudjurusque ex oppido Halebo, quod Janiso advenienti traditum est, cum exercitu versus austrum (231 *bis*) se convertere. Secundum aliorum opinionem, post Alachschidsi copiarum reditum, contra Saif-Aldewlam Halebi commorantem Janisus et Sadjitici (232) rebellarunt eum in vincula conjecturi, qua re cum

scribis et sociis Raccam aufugere coactus est. Janisus solummodo per mensis spatium Halebi, cujus imperium occupaverat, permansit, donec Saif-Aldewla mense Rabihæ posterioris anni 336 noctu contra eum proficiscens eum aggressus est. Janisum versus Sarminum (233), ut ad Ebn-Alachschidsum perveniret, fugientem, Saif-Aldewla equitum turmam, duce Ibrahimo Ebn-Albarid Ohkailita, qui, antea sub Nazir-Aldewla stipendia faciens, anno 135 in fratris Saif Aldewlæ clientelam se contulerat, persequi jubet, quæ eum apud Dsadsichum (234) assequitur (235). Et ibi in fuga salutem ponens, familiam, impedimenta liberosque reliquit et Majjafarekinum ad fratrem suum aufugit. Post has res gestas, legationibus mutuis inter Saif-Aldewlam et Ebn-Alachschidsum missis, quæ inter illum et hujus patrem observatæ fuerant, excepta de Damasci possessione pecunia solvenda, conditionibus pax renovata est. Ita Saif-Aldewla in possessione Halebi ab anno 336 firmatus palatium suum in Alhalaba (236) exstruxit, et Abu-Ferasum patruelem suum Menbidjo arcibusque huic oppido circumjacentibus præfecit. Hæc vero tertia est præfectura.

ADNOTATIONES

VARII ARGUMENTI

MAXIMAM PARTEM

EX CODICIBUS TAM ARABICIS QUAM PERSICIS

COLLECTÆ.

(1) CHALEDUS ben-Alwalid ben-Almaghberah ben-Ahbd-Allah ben-Ahmru ben-Machsum Alkoraschi Almachsumi Abu-Solaiman Almecci matre usus est Lebaba, sorore Maimunæ Muhammedis uxoris, filia Haretsi; fratrem habuit Ihmaram ben-Alwalid. Eodem quo Ohtsmanus tempore Muhammedanorum fidei se addixit. Emessæ sexaginta annos natus anno 21 in lecto diem supremum obiit; quo sepulcri ejus causa multi iter sacrum suscipiunt. Nemo, excepto Dahimo, Medinæ eum diem obiisse narravit. Mirchondus (in parte sec. oper. man.) quinto Ohmari chalifatus anno [18.mo Hedj.] morbo eum periisse dicit. (Vide *Elmacinum*, pag. 25, cod. Ar. n.o 659, fol. 26, et n.o 626, fol. 137.)

(2) De oppido Halebo conf. Schultensium in Vit. Saladini; Golium in Alfarg. *p. 270 sqq.*; Russ. Natur. History of Alep, *p. 348, t. I*, et præf. libri nostri. Præter nomen حلب nomina habet شهبا et بيضا.

(3) Porta Antiochena e tribus lateris occidentalis portis magis ad austrum versa est. (Russ. Hist. *t. I, p. 13.*)

(4) Schohaib nomen a propheta hujus nominis, cujus sepulcrum apud Hithin vicum exstitit (Schult. Vit. Sal. *p. 69*), et cujus etiam ab auctore nostro eandem pugnam narrante *(fol. 211)* mentio facta est, deductum esse conjici potest; sed auctor noster *(fol. 171)* templum, quod usque ad illud tempus nomen Alghadhajeri haberet, a Schaicho Schohaib, anno 543 a Nur-Aldino huic templo præposito, nomen accepisse confirmat.

(5) Fieri potest, ut prædæ quinta pars chalifæ, prout Muhammedes lege sanciverat, reservanda indicetur. (Alcor. ed. Hinck. *sur. VIII, v. 42.*)

(6) De voce حاضر in Kamuso legitur الحاضر خلاف البادى والحى العظيم وجبل من جبال الدهنا وبلدة بقنسرين ومحلة عظيمة ظاهر حلب والحاضرة خلاف البادية واذن الفيل « Vox حاضر, contrarium vocis بادى [nomas], tribus magna, mons ex campi montibus, vicus ad Kinnesrinum et locus magnus habitatus extra Halebum est. Vox حاضرة contrarium vocis بادية [campus] est et aures elephanti significat. » Præter hæc codex Lexici geographici auctore

Sojuthio, *pag. 181*, sub voce الحاضر nonnulla non levis momenti habet. الحاضر بالضاد معجمة (المعجمة .l) من رمال الدهنا والحاضر الحى العظيم يقال حاضرطى وحاضركذا وكان بقرب حلب حاضر يقال له حاضر كلب يجمع اصنافا من العرب من تنوخ وغيره وحاربوا اهل حلب فاخلوهم عنها ونزلها غيرهم فصارت محلة عظيمة « Vox حاضر est locus campi, ubi arena est; eadem vox significat tribum magnam. Dicitur Hadhir Thai et Hadhir cum alius tribus nomine conjunctum. Prope oppidum Halebum Hadhir Calb nominatum erat, quod plura Arabum genera, ex. gr. Tanucbi tribus aliarumque, contineret. Hi cum populo Halebi bellum gerentes sedibus expulsi sunt, quas quum alii occuparent, magnus evasit locus habitatus. » Ex aliis locis manifestum est, plurimis oppidorum ne dicam omnibus Hadhir adjunctum fuisse. In codice nostro *(f. 257)*, et oppido Hamæ ita appellatus locus tribuitur, et quum anno 635 Halebi copiæ Hamam oppugnarent, Almalicum Almutsaffar, in cujus ditione tunc temporis illud oppidum erat, Hadhirum a latere australi muro lateribus confecto cinxisse, auctor narrat. (Conf. et Abulphedam, *tom. II, p. 180.*) Vox, quum plnribus locis communis nomen oppidi, in cujus propinquo hic locus situs sit, vel tribus eum habitantis, adjunctum semper habeat, nomen proprium non est. Antiquissimis temporibus vox حاضر nil nisi sedem fixam habentem, nomadi oppositum, significasse videtur; tum in familiam vel tribum sedes fixas habentem translata hæc vox, denique loco quem tribus talis habitabat, tanquam nomen imposita est. In Scriptura sacra voci חָצֵר (Esth. *V, v. 2*, et Jos. *XIII, v. 23*, &c.) eadem significatio datur, et ibi oppidorum nominibus sæpissime adjuncta est. (Conf. Gesenium cl. ad h. voc.) Locus quamvis non multum a suburbio ربض distare videatur, attamen diversum ab eo esse, affirmare non dubitamus: nam, nisi nos fallit memoria, nescimus cui oppido Hadhir et suburbium fuisse legimus. Oppidi Halebi Hadhir ad fluvium Kuwaik situm, præter illa adducta nomina, a palatio Solaimani nomen Solaimani accepit et postea retinuit (conf. vers. lat. *pag. 21*). Anno 468 a Turcis habitatum erat: anno enim 459 mille Turcarum sagittarii duce Ebn-Chakano, quum ab Asad-Aldewla contra fratris filium Mahmudum ben-Nazr ben Zaleh auxilio vocati essent, Halebum pervenere; qui primi Turcarum in Syriam intrantium erant. Ebn-Chakanus antea in provincia Bani-Merwan patri regi Turcarum iratus sedes habebat (cod. nost. *fol. 81* et *96*). Anno 462 a Turcis primum Syriæ illatum est malum, quo anno Zendek Turca exiens e regione Græcorum cum magnis Turcarum copiis ibi hiemavit. Multa ab ejus militibus incolæ mala perpessi sunt *(fol. 85)*. Qui vero primi Turcarum Palæstinam invaserunt et expugnarunt ibique sedes fixerunt, erant Bekerlu Turca aliique principes, nempe filius fratris regis Ebn-Chan et Atses ben-Awak cum fratribus *(fol. 90)*. Halebi Hadhir sub Nur-Aldino maxime floruit (conf. cod. nost. ad ann. *569, fol. 185.*) (*Vid.* quoq. adn. 153.)

(7) حرب الفساد. Voces hæ epocham quandam indicare videntur; nam ante Hedjiram annos a bellis gestis numerare Arabum mos erat. (*Vid.* Gol. ad Alf. *pag. 53 sqq.*; et Pocockii Spec. hist. Arab. Oxon. 1650, *fol. 172 sq.*)

(8) Horum montium in versu decimo octavo Moallakæ Lebidi mentio facta est:

بمعارق الجبلين او بمحجر فتضمنتها فردة فرخامها

(Commoratur) in regionibus orientalibus duorum montium vel in (monte) Muhadjdjar, et excepit eam Ferdah et Rocham huic contigua terra.

Scholiastes Suseni dicit عنى بالجبلين حبلى طى اجا وسلمى « Dicere vult voce جبلين, montes tribus Thai Adja et Sulma. » Adde locum ex Lexic. geogr. Sojuthii : اجا بوزن فعل بالتحريك مهموز احد جبلى طى غربى فيد بينهما مسير ليلتين وفيه قرى كثيرة ومنازل طى فى جبلين (l. الجبلين) عشر ليال من دون فيد الى اقصى اجا والى القربات (l. القرية) من ناحية الشام وبين المدينة والجبلين على غير الجادة ثلاث مراحل وبين الجبلين وتيما جبال تذكر فى الكتاب ان شا الله تعالى بين كل جبلين يوم وبين الجبلين وفدل (فدك) ليلة وبينهما وبين خيبر خمس ليال « Adja unus ex duobus montibus tribus Thai Faido ab occideote situs, spatio duarum noctium ab eo separatus et vicis frequens est. Habitationes tribus Thai decem noctes infra Faid incipiunt et usque ad extremos Adjæ fines et Alkorjam tractus Syriæ (est locus notus in his montibus) extensæ sunt. Inter Medinam duosque montes in via parva proficiscendo tres sunt stationes. Ioter duos montes et Timam montes, quorum, si Deo placet, in hoc libro mentio fiet, existunt. Alterius ab altero monte intervallum diei iter est; inter utrumque et Fedecum noctis; inter utrumque autem et Chabirum quinque noctium. »

(9) Duæ solummodo conditiones hostibus a Muhammedanis proponebantur, aut tributi solveodi, aut Muhammedis religionem profitendi; qui unam vel alteram non acceperant, victi necabantur, aut in servitium ducebantur.

(10) *Vide* in versione latina ad annum 41. Ex nostro loco, quod Cl. Kœhlerum in Tabulis Syriæ, *p. 6*, latebat, divisionem Syriæ ab Abulpheda factam, non esse antiquiorem, sed tempore, quo Abulpheda degebat, usitatam patet. In hac divisiooe cum Abulpheda codex Lexici geographici auctore Sojuthio et liber ioscriptus المشترك وضعا والمختلف صقعا, sub voce جند, consentit. Antiquiorem divisionem in notis Cl. Golii ad Alfarg. *p. 125*, et apud Ebn-Alwardum habes (*vid.* Kœhl. Tabul. Syriæ, *p. 176*), quocum codex Bibliothecæ regiæ, n.° 590, nisi quod ante Mazizam Tharsum addat et textum puriorem habeat, consentit. Loca nomine الثغور [confinia] cognita, quæ ante Harun-Alraschidum partim Kinnesrini partim Mesopotamiæ ditionis fuerunt, sub hoc chalifa anno 170, quo anno et Faraham Alhatem Turcam Tharsum ædificare jussit (cod. Th.), in unam provinciam Alahwazim conjuncta et Syriæ addita sunt (Abulph. Annal. *t. II*, *p. 60*). Quæ res causa esse videtur, cur, quum in libris Arabicis hujus provinciæ meotio fiat, addatur Altsoghur et ea est Alahwazim, vel Alahwazim et ea est Altsoghur. Attamen vero nonnulli esse videntur, qui vocibus *Altsoghur* et *Alahwazim* diversas tribuant significationes, ut Altsoghuri oppida alia quam Alahwazimi sint, a quo alienum non esse videtur, quod in Lexico geogr. legitur, العوامم جمع عاصم حصون موانع وولايات يحيط بها بين حلب وانطاكيه اكثرها فى الجبال وربما دخل فى هذا ثغور المصيصه وطرسوس « Vox *Ahwazim*, pluralis vocis *Ahzim*, significat arces munitas regionesque inter Halebum et Antiochiam sitas, quarum major pars in montibus exstructa est. Sæpe et huic provinciæ confinia Mazizæ et

Tharsi adnumerantur. » Quum Syriæ provincias indicare volunt, auctoribus voces اجناد et شامات propriæ sunt. Quum ex Syria multi incolæ in Hispaniam migrarent, et ibi vox جند eandem accepit significationem.

(11) Abu-Ohbaida in Syria bellum gerebat, quum Chaledus ex Iraca in Syriam cum imperio mitteretur et Abu-Ohbaida ejus imperio parere juberetur. (Conf. cod. 822 cujus titulus est فتوح الشام.) Observare nobis liceat, non omnes libros ita inscriptos Wakedio tribuendos videri, ut fortasse auctor hic vituperationem, qua nonnulli eum reprehendant, non omnimodo merere videatur. Wakedius, qui nomen gessit Abu-Ahbd-Allah Muhammed ben-Ohmar ben-Waked Alwakedi, cliens familiæ Haschemi, secundum alios familiæ Sahmi ben-Aslam, initio anni 130 natus est et nomen Alwakedi ab avo Waked accepit. De obitus anno major est auctorum dissensio. Qui eum anno 207, quod verisimilius, diem obiisse narrant, in mense discrepant; alii eum anno 209 vita excessisse volunt. Sunt qui judicem orientalis Bagdadi partis eum fuisse velint, dum alii occidentalis. (Conf. Ebn-Challecanum et de Rossi, lib. cit.) Codex Pers. B. rem explicat : « Quum Chaledus summus imperator ad fluvium Jarmuc anno 13 pugnaret, de Abu-Becri obitu et imperio ipsi abrogato nuncius adfatus est. Nihilominus tamen Chaledus clamans, « Ecce vobis nuncius exer- » citus venientis », summa fortitudine dimicavit hostesque fregit. Prælio finito, Abu-Ohbaidæ, nuncium palam faciens, exercitus imperium tradidit. » *(Fol. 57 r.)*

(12) Ihjadhus ben-Ghanam ben-Sohair ben-Schaddad ben-Rabjah Abu-Sahd, primorum unus qui Islamismum professi sunt, cum Muhammede Mecca expulsus Medinam fugit. Prælio Bedrensi aliisque adfuit, anno 18 Mosulam ejusque ditiones Muhammedanorum imperio subjecit et pace Mesopotamiam in Muhammedanorum potestatem redegit. In prælio ad Jarmucum unus ex quinque ducibus erat. Anno vicesimo sexaginta annos natus diem supremum obiit. (Cod. Ar. *626* et *659*, *fol. 25.*)

(13) Castellus in Lexico heptagl. voci ادرب significationem « per angustias » montium pec. in hostile solum venit », tribuit, quæ significatio conjug. quartæ a nomine دَرَب originem duxisse videtur. Vocem autem ادرب a significatione primaria paululum declinasse videtur, ut expeditionem proprie contra Græcos suscipere significet, et vox مدربة pæne idem sit ac صايفة; id quod non minus ex Kamuso, ubi legitur الدرب كل مدخل الى الروم او النافذ منها, «Vox درب via quælibet in regionem Græcorum ducens vel inde educens est», quam ex loco qui infra post annum 133 occurrit, clarum fit : ibi enim legitur : وتوجه الى بلاد الروم فلما وصل دلوك يريد الادراب, « Et profectus est versus Græcorum regiones; et quum Dolucum pervenisset, Græcorum regiones invadere voluit », quippe Dolucum, in Syriæ septentrionalis parte situm, provinciæ Alahwazim adnumeretur. Abulpharagius, *p. 178,* primum Misaram ben-Masruk cum quatuor millibus regiones Græcorum invasisse narrat; plures vero de prima in Græcorum regiones invasione existunt opiniones, et quæ apud Abulpharagium l. c. legis, Mirchondus (sec. part. Hist.) aliter narrat : وابو عبيده بعد از استيلا بر حلب فرمان دادكه مالك اشتر با هزار سوار دلاور تا دربند روم

7...

جنح cito incessu
تعجيل festinatio

برود ومالك بموجب فرموده روی براه نهاد وچون روزی چند برین قضیه بکذشت میسره بن مسروق مامور شد که با هـزار نفس دیکر بمدد مالك بر جناح تعجیل توجه نماید « Abu-Ohbaida, Halebo potitus, Malicum Uschtur cum mille equitibus ad Græcorum confinia proficisci jussit. Malicus mandato satisfaciens iter ingressus est. Paucis diebus peractis, Misaræ ben-Masruk, ut cum mille aliis in ejus auxilium festinanter proficisceretur, mandata data sunt. » Post nonnulla cum hoste in confiniis prælia commissa ab Abu-Ohbaida revocabantur. (Conf. adn. 19.)

(14) Codex P. B. exercitum centum millium omni belli apparatu instructum Heraclium contra eum misisse narrat.

(15) Elmacinus, *p. 23*, dicit : « Ohmarus iis quadraginta millia ex exercitu Sahdi ben-Abi-Wekaz et turbam aliorum auxilio misit », qui vero numerus nimis magnus nobis videtur ; et ex codice P. B. quatuor nec vero quadraginta millia fuisse, clarum est.

(16) Sahdus ben-Abi-Wekaz tum temporis Iracæ præerat. Anno 21, quum Cufæ populus apud Ohmarum de eo quereretur, ex provincia revocatus est. Post eum Ahmmarus ben-Jasid precibus faciendis, Abbd-Allahus ben Masuhd thesauro publico præpositus est. Anno 55, in arce regionis Alahkik decem milliaria a Medina sita mortem obiit. (Cod. A. *626*, *fol. 136* ; cod. A. *659*, *fol. 26 et 50*.)

(17) Ex codice Pers. B. nonnulla, quæ rem explicant, addere placet. « Quum Abu-Ohbaida litteris Ohmarum de re certiorem fecisset, hic, in omnes Syriæ provincias et ad omnes regni Islamitici tribus mandata mittens, imperavit ut copias armarent et se cum Abu-Ohbaida conjungerent, et ad Sahdum ben-Abi-Wekaz legatum misit, ut Kahkahum cum quatuor millibus in Syriam et Sohailum ben-Ahdi cum eodem equitum numero ad Mesopotamiæ fines, ut inter eum et hujus regionis populum interesset, proficisci juberet. Sahdus mandata perfecit ; sed Ohmarus ipse e Medina egrediens usque ad locum Djanijah (*l.* Djaninah) processit, et ibi ad Abu-Ohbaidam has litteras dedit : « Ne » ex Emessa egrediaris, donec e Medina omnibusque regionibus auxilia advene- » rint. » Omnes vero Syriæ duces, ex. gr., Muahwijja ben-Abi-Sofijan, Scharhil ben-Hasanah aliique, qui ad eum pervenerunt, Abu-Ohbaidæ, ut se Emessæ munimentis teneret, suaserunt, excepto Chaledo, qui statim ab adventu, ut copias ad pugnam educeret, eum incitavit. Tandem Abu-Ohbaida Chaledi voluntati satisfaciente, tres dies noctesque ad Emessæ portas pugnatum est. Quatuor hostium millia in fidem Muhammedanorum se receperunt, totidem occisi sunt, reliqui in fuga salutem posuerunt. »

(18) الجابية بكسر البا وبا مخففة قربة من اعمال دمشق ثم من اعمال الخدود من ناحية الجولان (l. الخولان) قرب مرج الصفر فى ثمالى حوران اذا وقف الانسان فى الضمين (l. الصمان) واستقبل الشمال ظهرت له وتنظهر من نوى ايضا وبالقرب منها تل يسمونه تل الجابية كثيـر الحيات يقال لهـا جابية الجولان (l. الخـولان) « Aldjabija vicus ditionis Damasci, tum ditionis Alchodudi e tractu Aldjaulani (*l.* Alchaulani) prope campum Alzaffari in septentrione Haurani.

Quum homo in vico Aldhamin [Alzanaman] (est vicus in initio ditionis Haurani e tractu Damasci, in cujus propinquo Ghasani prælium commissum est : inter vicum et Damascum duorum dierum iter est) stat, tum ad septentrionem faciem convertit, eum videt. Vicus apparet quoque e Newa (vitium huic voci inesse videtur). Prope hunc vicum collis appellatur Tel-Aldjabija serpentibus frequens situs est. Vico autem est nomen Djabija-Aldjaulan [*l.* Alchaulan], (A vico quoque uni Damasci portarum nomen est.)

(19) Patre usus est Kaiso Alasbah : quæ mater fuerit, non constat inter omnes, quum alii Cabscham Jasidi filiam, alii Hindam Alhartsi nominent. Cendæ tribus princeps fuit, ut paganismi, sic Islamismi tempore. Anno Hedjiræ decimo, quum Islamismo se addiceret, tota eum tribus secuta est; post obitum autem prophetæ (anno 11) ab Islamismo recessit. Quum iterum sub Abu-Becro se Muhammedanum profiteretur, hic sororem Om-Fervam ei in matrimonium collocavit, ex qua Muhammedes genitus causa cognominis Muhammedis erat. Hic primus fuisse fertur, qui post Antiochiam expugnatam ab Abu-Ohbaida missus Græcorum regiones infestis armis intraret, unde pluribus arcibus expugnatis reversus Iracæ expugnationi per Sahdum ben-Abi-Wekaz anno 14 ad eundem mille et septingentos Jemanenses ducens aderat. In prælio ad Jarmucum (fluvius est ad oram vallis Ghur; quæ vallis inter Hierosolymas et Damascum in spatium trium dierum se protendit et minus quam diei itineris dimidium lata est : in hac Jordanes fluit, in quem Jarmucus sese exonerat), oculi vulnerati usu privatus, Cufæ in domo, quam ipse exstruxerat, vitam degebat. Quum Ahlius ad locum Ziffin pugnaret, alæ dextræ et tribus Cendæ vexillo præerat (cod. Ar. 626, *fol. 179*). Poëtæ laude ornatur. Sunt qui anno 4· quadraginta post Ahlii cædem dies eum diem supremum obiisse narrent; secundum alios anno 42, preces super eo faciente Hasano ben-Ahli, animam exspiravit (cod. Ar. 726).

(20) Vitta aliquem ligare, quum funis non adesset, Arabibus mos erat (Abulphed. *t. II, p. 439, et adn.*), et ademti imperii signum in hoc rerum statu esse videtur. Mitra (de voce قلنسوة vide *Relation de l'Égypte par Abd-Allatif, éd. S. de Sacy*, p. 226), quæ sub vitta ejus caput tegebat, in magno apud eum honore erat, ut sacram eam appellaret et victorias ei tribueret, quippe qua tectus Muhammedis benedictionem accepisset. (Vid. *Histoire des Sarrasins sous les onze premiers califes, trad. de l'anglais de S. Ockley*, t. I. p. 207.) Hic adnotandum videtur, quem susceperit loquendi ordinem auctorem deseruisse. Ita verbis ان يقيم خالد incepit, ut ipsi scribendum fuerit حتى يعلمه «ut eum doceat», aut initium aliter faciendum. Hanc rationem in versione secuti sumus.

(21) Ballalus ben-Rebah Alhabeschi [Abyssinia oriundus], Abu-Becri et matris ejus Hemamæ libertus, primorum unus qui Islamismum professi sunt et sincerorum ejus amicorum fuit. In prælio Bedrensi pugnavit et apud Muhammedem precum horæ hominibus annunciandæ munus exercuit Abu-Becro regnante in Syriam profectus ibi sedem fixit. et (Mirchond *part. sec.*) Damasci anno 20 peste abreptus est; secundum alios autem anno ante sexaginta annos natus obiit. Damasci ad portam Alzaghir [parvam] sepultus est. (Cod. A. 659, *fol 25.*) Herbelotius sub hac voce in libro Jafei Raoudh Alriahin, n.° 852, in sectione 183, ejus vitam scriptam esse vult. Codici, quem citat, numerus 854 est, nec vero ibi ejus vita, solummodo traditio legitur.

(22) Reiskius cl. in notis ad Abulphedam, *t. I, p. 223, not. 88*, ex Ibn-Doraido partem Chaledi sermonis allegat. Verba sunt عمر افرنى على الشام وهو مهم له

مهم grave et magni momenti negotium.

فلما التقى الشام بوانيه وصار بثنية وعسلا عزلنى . Hanc vero orationem nec Bostræ, nec quum primum ei imperium ademtum esset (ut vir doctissimus putavit), sed Kinnesrini, quum iterum e provincia revocatus esset, habuit. Pro voce اقرنى legere maluerim levi mutatione امّرنى [Emirum me fecit]: vox enim اقر usitata non est, quum primo alicui provincia datur, sed quum aliquis in provincia quam tenet, confirmatur. Quod vero vir cl. in notis de voce بثينة *Botaina* scripsit, non possum quin de parte dubitem. Vox بثنية quæ non est *Botaina* scribenda, est adjectivum relativum. اسم منسوب vel نسبة, a voce بثنة [regio plana et mollis] formata, quæ quum loco substantivi ponatur, aut Bethaniam, ut supplendum sit الارض, aut triticum optimum, ut suppleatur الحنطة, significat. In margine codicis nostri nota legitur, quæ, quamvis sit mutilata, tamen sensum vocis explicat, الحنطة التى تنبت فى ....ثنة وهى السهلة quæ restituta ita legenda videtur, البثنية الحنطة التى تنبت فى البثنة وهى السهلة « Vox بثنية idem ac حنطة [triticum], quod in solo Botsnah nominato, *i. e.* plano mollique, provenit. » Cæterum pro voce بوانيه noster codex بوابنه legit; sed multo præferendum mihi videtur بوانيه, propter usitatam apud Arabes formulam القى بوانيه [Firmiter stat]. Alium vero sensum, quam Reiskii, « ex quo » illa genua posuit », *i. e.* quasi camelus qui genua ponit, ut equitaturus eum conscendat, sed « ex quo stetit et stabilis fuit », *i. e.* ex quo secura nobis possessio facta est, verba nobis offerre videntur; in Kamuso enim legitur: البــوانى اضلاع الزور وقوائم الناقة والقى بوانيه اقام وثبت. « Vox بــوانى costas pectoris superioris pedesque camelæ significat, et voces القى بوانيه idem sunt ac اقام وثبت [Stetit et constans fuit]. »

(23) Mirchondus (in secunda parte cod. Pers.) rem aliter narrat. Quum, Chaledi studio curaque Græcis a Muhammedanis victis, ejus fama in omnes terrarum partes pervenisset, poëta quidam celeber (cod. Pers. B. hunc poëtam Aschahtsum ben-Kais Cenditam fuisse narrat) carmine ejus facta celebravit: Chaledus gratiarum agendarum causa huic decem dirhemorum millia dedit; quæ res ab invidis delata Ohmarum, ut Abu-Ohbaidam ejus opibus dimidiatis Chaledum Medinam mittere juberet, incitavit. Abu-Ohbaidam autem Ohmari mandato satisfaciendo tantam operam dedisse scribit, ut unum Chaledi calceum sumens alterum ei relinqueret, چنان در ان باب مبالغه کرد که یك نعل خالدرا کرفت دیکری را باو کذاشت. Quum Chaledus Medinam pervenisset, iterum ab Ohmaro mandatum, ut opum dimidium thesauro publico cederet, datum est, et quadraginta millia dirhemorum in thesaurum translata sunt.

(24) Mirchondus (in sec. part.) narrat, « Abu-Ohbaidam statim post Halebum occupatum hujus regionis provincia Habibum ornasse; وابو عبيده حبيب بن

مسلمه الفهری بر حلب وقنسرین ومضافات ومنسوبات ان والی ساخته عنان عزیمت بجانب دمشق معطوف کردانید

(25) De hoc loco conf. Abulphedam, *t. I, p. 226*, qui, paucis exceptis, in verbis cum nostro loco consentit. Hic ab Heraclio Muhammedem imperatorem, qui Constantinopolin expugnavit, fortasse indicari, loco citato annotatum legis, quam opinionem falsam esse, non opus est pluribus probare, quum per se pateat. Auctor noster *(fol. 84 v.)* suam explicat opinionem. Anno 461 Græcorum imperatorem Jesdudjanisum Syriam invasisse et Menbidjum (quod ab illo tempore per septuaginta annos in Græcorum potestate permansit) expugnasse narrat, eumque his verbis Indicari affirmat. Ipsa sunt verba: ولا يبعد عندى انه الذى عناه هرقل بقوله لا يعود اليك رومى الا خايفا حتى يولد المولود المشوم وبا ليته لا يولد. Quæ ex Byzantinis apud Georgium Cedrenum, *p. 425*, « Post Theodorum Heraclii fratrem victum Heraclius Boanem ducem creat, et » Theodorum sacellarium cum exercitu Romano contra Arabes mittit. Ad » Emessam in Arabum, qui ad fluvium Bardanisium castra posuerant, occursum » venit. Spe sublata, Heraclius Syriam relinquens ex Hierosolymis crucem caram » aufert et Constantinopolin abit. Boanem autem a Damasco Emessam divertere » jubet, nec non Theodorum sacellarium cum exercitu quadraginta millium. Hi » Arabes ab Emessa usque ad Damascum sequuntur »; legis, non multum lucis afferunt. (Conf. Theophanis Chronograph. *p. 279.*)

(26) In hoc loco Abulpheda, *t. I, p. 244*, cum nostro dissentire videtur; nominat enim Maahdsum ben-Djebel Anzaritam, cujus in locum, quum peste interiret, Ahmruus ben-Alahdl successit. Fieri tamen potest, ut Abulpheda exercitus duces appellet, ut verba استخلف على الناس idem sint ac استخلف على الجيش, quemadmodum sæpius factum esse videtur. Codex Pers. B. dicit, post Abu-Ohbaidæ mortem Muahwijjam ben-Abi-Sofijan exercitus imperium obtinuisse.

(27) Unus ex proceribus tribus Djemh erat, qui Muhammedis societate gaudebat. Eo auctore plures existunt traditiones. (Cod. A. 659, *fol. 25*; cod. A. 626. *fol. 135.*)

(28) Sub Ohmaro Karkisium in ditionem accepit et anno 28 Serujam ditionis Græcorum invasit. In prælio Ziffinensi Muahwijjæ alæ sinistræ præfuit. Anno 42 diem obiit. (Abulpharag. *p. 178*; cod. A. 659, *fol. 23 et 43*; cod. A. 626, *fol. 150 et 179.*)

(29) صفين. Jam perill. S. de Sacy ad Ahbd-Allatifum, *Relation de l'Égypte*, p. 445, annotavit, hunc locum non *Zaffain*, sed *Ziffin*, efferendum esse. Cum hoc consentit Sojuthius in cod. A. *p. 404.* صفين بكسر اوله وثانيه وتشديد موضع بقرب الرقة على شاطى الفرات من غربيها قال بين الرقة وبالس قلت هى ارض فوق بالس بمقدار نصف مرحلة وهى غربى الفرات واما الرقة فهى شرقى الفرات اسفل من محادات (.l محاذاة) بالس بها كانت الوقعة بين على عليه السلام ومعوية. « Vox صفين cum vocali *kesre* sub prima et secunda

littera, cui *teschdid* est, locus est prope Raccam in ripa Euphratis occidentali. Dicit (Jakutus) inter Raccam et Balesum. Dico (Sojuthius): « Est regio dimidium » itineris supra Balesum et quidem Euphrati ab occidente; Racca autem Euphrati » orientalis, inferior quam e regione Balesi. Apud hunc locum prælium inter » Ahlium, cui Deus faveat, et Muahwijjam fuit. » Quomodo auctores dissentiant in numero militum utriusque exercitus legendum in cod. A. *626, fol. 179 v.* Noster nec in numero militum, neque in dierum numero, quibus pugnatum est, cum Abulpharagio consentit; nam hic dicit: « Ahlii exercitum septuaginta » millium, Muahwijjæ autem octoginta millium fuisse, et per quadraginta dies » pugnatum. »

(30) Abu-Musa Bazræ præfectus fuit, secundum quosdam sex annos, secundum alios tres. Anno 29 ab Ohtsmano, Ahbd-Allaho ben-Ahmir in locum succedente, revocatus est (cod. A. *659*).

(31) Noster in loco cum Abulpheda consentit, in anno vero neque cum hoc neque cum Abulpharagio. Abulpheda scribit: « Ahlius et Muahwijja con- » venere, ut arbitri duo mense Ramadhani in loco Dumat (vel Daumat, quod » idem est) Aldjandel congregarentur; quod si vero statuto tempore non con- » venissent, ut anno sequenti in loco Adsroh nominato »; et nil addit de loci mutatione, si eodem anno convenirent; quum tamen dicat, eos jam eodem anno in loco Adsroh convenisse (Ebn-Schohna rem brevius tractat, quam qui rem dilucidet). Abulpharagius octo menses post prælium Ziffinense (*i. e.* mense Ramadhani a Zafaro), in loco inter Meccam, Cufam et Syriam eos convenisse narrat: Mirchondus (quocum codex Pers. B. consentit), proprium habet, quod loco Dumat-Aldjandel arbitri ut convenirent, decretum esse dicat. ومقرر بـر ان شد كه ابو مــوسى اشعرى با طايفه از معارف واعيان حجاز وعراق وعمرو عاص نيز با عظما وروسا شام وعرب بدومة الجندل كه موضع است ميان عراق عرب وديــار شام مجتمع كردند. « Et pactum fuit, ut Abu-Musa Aschahri cum agmine nobilium principumque Hedjasi Iracæque, et Ahmruus ben-Alahz etiam cum magnatibus Syriæ Arabiæque in loco Dumat-Aljandel, qui locus est inter Iracam Arabiæ et provincias Syriæ, convenirent. » Et postea: چون هر دو فريق از اهل بطلان وارباب تحقيق بدومة الجندل رسيدند. « Quum utraque pars falsæ et veræ fidei in locum Dumat-Aldjandel pervenissent, &c. » (*Vid.* secund. part. operis.)

(32) Placet ex Sojuthio adnotationem de loco اذرح addere: اذرح بالفتح ثم بالسكون والضم الرا والحا المهملة جمع ذرح اسم بلد فى اطراف الشام من اعمال السراه ثم من نواحى بلقا وعمان. « *Adsroh*, pluralis vocis ذرح, est nomen oppidi, in finibus Syriæ ditionis Alsarahi, tum regionis Balkæ et Ahmmani. » De loco *Dumat-Aldjandel* Jakutus sub voce دومة habet: دومة بضم اوله وقد فتحه بعضهم الاول حصن يقال له دــومة الجندل بين المدينة والشــام وكان للاكيدر وكان النبى صلى الله عليه وسلم صالحه على حصنه واسلم اخوه وبقى

هو على نصرانيته الثانى دومة العراق قرب عين التمر التى غزاها خالد بن
الوليد فيما غزاه من ارض العراق وهى للاكيدر ايضا وكان الاكيدر اولا
ينزل دومة العراق وكان يزور اخولا (،. اخوة) له من كلب فى اطراف الشام
فانه لمعهم (،. لما كان معهم) وقد خرجوا للصيد اذ رفعت لهم مدينة متهدمة لم
يبق الا بعض حيطانها وكانت منيته (،. مبنية) بالجندل فاعاد الاكيدر بناها
وغرس فيها الزيتون وغيره وسماها دومة الجندل تفرقة بينها وبين دومة
العراق وهو على نصرانيته فغزاه خالد فيها فلما اجلى عمر رضى الله عنه
اليهود والنصارى عن جزيرة العرب اجلى اكيدر عن دومة الجندل وكان
قد نقض صلح النبى صلى الله عليه وسلم بعد وفاته فنزل دومة عين التمر ثم
جرجت (،. خربت) بعد ذلك وهذا ربما خفى عن كثير من اهل العلم ويرون
ان دومة العراق انما كانت بعد الشامية وكيف يصح ذلك وخالد غزاها فى
ايام ابى بكر رضى الله عنه. « *Dumat-Aldjandel*, quæ vox et *Daumat-Aldjandel* effertur a nonnullis, est arx inter Medinam Syriamque sub potestate Alacjaderi, quocum propheta sub conditione arcis tradendæ pacem composuerat, dum frater ejus Islamismum profitebatur, ipse vero in religione christiana perseverabat. Alter locus est Dumat-Alihrak prope locum Aihn-Altamr situs, quem Chaledus ben-Awalid, inter eos quos Iracæ infestis armis aggressus est, invasit. Hic locus sub ejusdem Alacjaderi potestate erat. Primo (Alacjaderus) locum Dumat-Alihrak habitabat. Inde quum propinquos in Syriæ finibus habitantes ex tribu Calb visitatum profectus esset, et apud eos commorans una cum iis venaretur, ecce oppidum vastatum, ex quo solummodo murorum lapidibus exstructorum pars restabat, vident, quos reficiens Acjaderus oleas aliasque arbores in loco plantat, eumque, ut inter hunc et locum Dumat-Alihrak discrimen sit, Dumat-Aldjandel appellat. Christianæ religioni adhærebat. In illo vero loco (Dumat-Alihrak) degentem Chaledus adortus est. Quum Ohmarus, cui Deus faveat, Judæos Christianosque ex Djesira-Alahrab relegaret, Alacjaderus quoque ex loco Dumat-Aldjandel depulsus est; nam post mortem prophetæ fœdus cum eo junctum violaverat. Post has res gestas locum Dumat Aihn-Altamr habitavit. Tum post hæc locus vastatus est. Multos autem virorum doctorum hoc latet; nam locum Dumat-Alihrak posteriorem loco Dumat-Syriæ fuisse contendunt: sed quomodo res se ita habere potest, quippe Chaledus tempore Abu-Becri illum locum invaserit »! Nonnulla ex Sojuthio addere possemus, quæ tamen, ne longiores essemus, omisimus; solummodo id ex Zamachschario addere nobis liceat, locum Dumat-Aldjandel a Damasco quinque noctes remotum esse,
دومة الجندل موضع بينه وبين دمشق خمسة ليال

(33) De auctorum dissensione in tempore quo Muahwijja chalifa salutatus sit, videndi sunt Abulphed. *t. I, p. 348 et 354*, Abulpharag. *p. 193*. Omnium primi Syri chalifam eum salutarunt, dum Iracæ populus de eo dissentiebat; sed anno 41 ab omnibus salutatus est (cod. A. 769). Annum hunc appellatum

, لاجتماع الامة فيه على خليفة واحـــد, « annum conventus », عام الجماعـة esse « quoniam hoc anno gentes in uno chalifa consenserunt. » In codice A. 659, *fol. 42*, legitur et additur : « Uterque Hasanus et Muahwijja in loco quodam » terræ Alsewad in regione Anbari convenientes, et mense Rabihæ posterioris » pacem fecerunt. » Muahwijja autem ante patrem Abu-Sofijan fidem Islamiticam professus est. Erat cum propheta eique revelationes scribebat, dum erat pauperrimus. Nec vero opes possidebat, donec ejus fratrem Jasidum Ohmarus Syriæ præfecit, quocum continuo Damasci degit, et quum frater diem obiisset, ab Ohmaro Damasci imperio ornatus est; cui vero præesse non desiit, donec ipse obtinuit imperium (cod. A. 769).

(34) Reiskius clarissimus, cujus de litteris Orientalibus merita satis digna laude ornari non possunt, in nota *a* ad Abulphedam, *t. I, p. 446*, vocem مرابط hoc modo explicavit : « Hæc est celebris illa in historia vox *Marabut*, quæ inferius » sæpe occurret. Mihi quidem antiquo vel errore vel more permutatæ videntur » litteræ similes, et مرابط idem esse quod مرابض, miles in confiniis excubans » et bellum gerens adversus hostes fidei. » Cui explicationi, quamvis viri ingenium acutissimum probet, assentire non ausi sumus : vox enim ربض, « pedibus complicatis incubuit ovis », &c., et inde « quievit » significat; nec vero belli gerendi sensum habere videtur, ut ex loco Kamusi clarum fit : ربضت الشاة تربُض ربضا وربوضا ورِبْضة حسنة كبركت فى الابل ومواضعها مرابض فاربضها غيرها....... والربيض الغنم برعاتها المجتمعة فى مرابضها ومجتمع الحوايا كالمَرْبِض كمَجْلِس وربوض الغنم والبقر والفرس . Et in libro Djauharii : ومَقْعَد وككتّان الاسد والكلب مثل بروك الابل وجثوم الطير.........والمرابض للغنم كالمعاطن للابل واحدها مربض مثال مجلس . Legitur quidem in Vita Timuri, ed. Mang. *t. I, p. 282* : ثُمّ نهض اليها نفسه وربض عليها بحرسه, quod vir doctissimus latine vertit : « Tum ipse adversus arcem profectus cum satellitibus suis ad eam » castra fixit. » Triplex vero in loco error esse videtur : 1) legatur بنفسه, ob sequens بحرسه, præsertim habentibus hoc modo codicibus; 2) scribatur وربص sine puncto diacritico, quod codex optimus n.° 708 habet, et ob sensum vocis بحرسه; nam 3) vox بحرسه non efferenda est بِحَرَسِهِ « cum satellitibus suis », ob vocem præcedentem بِنَفْسِهِ, ut utraque vox eodem exitu claudat. Vox autem حَرْسٌ est *tempus*, et ربص cum ب significat *exspectare*, *captare aliquid*, ut verborum sensus sit : « Tum ipse versus eam surrexit et tempus suum contra eam (*i. e.* » ejus invadendæ) captavit. » Cæterum in modo quo vocem رابط explicat, Arabum lexicographi cum Reiskio cel. non consentiunt; legitur enim in Kamuso : ربطه يربِطه ويربُطه شدّه فهو مربوط وربيط والرباط ما ربط به ج ربط والفؤد والمواظبة على الامر وملازمة ثغر العدو كالمـرابطة والخيل الخمس منها فـا

فوقها وواحد الرباطات المبنية او المرابطة ان يربط كل من الفريقين ربطه خيولهم فى ثغره وكل معد لصاحبه فسمى المقام فى الثغر رباطا « Vox ربطه quæ in aoristo يربطه et يربُطه facit, idem est ac شدّه [ligavit eum], et is qui ligatus est, appellatur مربــوط et ربيط. Vox رباط est id quo ligatur, ejus pluralis est ربط; significat quoque cor, et quum aliquis assiduam rei curam impendit, et quum hostium finibus inhæret, ut vox مرابطـــة, et quinque pluresque equos, et singularis vocis رباطات idem est ac المبنية [structura] vel مرابطة, quod quilibet utriusque partis equum suum in confiniis suis alligat alter alteri paratus. Et statio in confiniis ربــاط appellatur.» Inde sequitur autem, Arabes significationem hujus vocis non a cubando, sed a ligando, derivasse.

(35) Anno 91 Alwalidus, patruo Muhammede ben Merwan e provincia Mesopotamiæ et Aderbidjanæ revocato, in eam fratrem suum (cod. fals. *filium*) Muslimam ben-Ahbd-Almalic ben-Merwan misit. Muslima eodem anno, ad bellum sacrum vocatus, usque ad portam maris Aderbidjanæ pervasit, oppida multasque arces expugnavit (cod. A. 659, *fol. 71*).

(36) Phrasis hæc ex Alcorano est *(vid.* edit. Hinckelm. *sur. XVI, v. 9)*. Eadem verba dixisse (excepto uno تقوم pro تكون) Iracæ præfectum Ohmarum ben-Hobaira, quum anno 106, misso Chaledo ben-Ahbd-Allah Alkesri, Heschamus ei provinciam adimeret, narrat codex A. 659, *fol. 82*.

(37) Vox Arabica برج *bordj* Græcæ originis πυργός esse videtur. Beidhawius, in surata quarta, hujus vocis significationem a quinta forma verbi برج derivat, dicens: البروج فى الاصل بيوت على اطراف القصور من تبرجت المراة اذا ظهرت « Vox بروج significat in principio domos super arcium extremitates exstructas, a » loquendi modo تبرجت المراة [quum apparet]. » Vocem autem برج a verbo non posse derivari, in Kamuso probatur; quartam et secundam verbi conjugationem significationem τὸ *turrem exstruere*, habere dicit: وابــرج بنا برجا كبرّج تبريجا. « Vox ابرج idem est ac بنا برجا *turrem exstruxit*, ut برّج cujus nomen actionis » تبريج est. »

(38) De hac expeditione *vid.* Abulphar. *p. 202 sq.*, Abulphed. *t. I, p. 434*, nec non Ebn-Chailecanum in Vita Abu-Hiobi Solaimani ben-Ahbd-Almalic ben-Merwan. E Syria exercitum centum et viginti millium eduxit. Idem Muslima, anno 93, incursione in regiones Græcorum facta, arcem Alhadid et castellum Ghesalah, nec non locum Sendara ditionis Græcorum, expugnavit. Anno 95 oppidum portæ Armeniæ expugnatum destruxit, postea autem refecit (cod. A. 659, *fol. 72 sqq.*).

(39) De hoc loco babet Sojuthius in Lex. geogr. خناصرة بليدة من اعمال حلب تحادى قنسرين نحو البادية وهى قصبة كورة الاحص باسم الذى بناها « Chunazara oppidulum ditionis Halebi est, Kinnesrino versus desertum confine, » qui est locus præcipuus regionis Alahaz. Nomen a conditore accepit. »

(40) Liceat nobis adnotare quomodo inter chalifas tributa in ærarium publicum deferebantur. Auctor libri inscripti اخبار مجموعة فى فتح الاندلس « Nuncii collecti de Andalusia expugnata », quæ est secunda pars codicis n.° 706, dum de causis loquitur, cur Ahbd-Allahus ben-Jasid ex Africæ provincia ab Ohmaro ben-Ahbd-Alahsis revocatus et Ismahiles ben-Ohbaid-Allah in eam missus sit, dicit: وذلك ان الخلفا كانوا اذ جاتهم جبايات الامصار والافاق ياتيهم مع كل جباية عشرة رجال من وجوه الناس واجنادها فلا يدخل بيت المال من الجباية دينر ولا درهم حتى يحلف الوفد بالله الذى لا اله الا هو ما فيها دينار ولا درهم الا اخذ بحقه وانه افضل اعطيات اهل البلد من المقاتِلة والزرية (والذرية ․v والسرية f.l.) بعد ان اخذ كل ذى حق حقه واتى وفد افريقية بخراجها وذلك انها لم تكن يوميذ ثغرا وكان ما فضل بعد اعطيات الاجناد وفرايض الناس ينقل الى الخليفة. « Ubi tributa urbium et regionum ad chalifas mittebantur, veniebant cum tributo cujuslibet provinciæ decem viri ex proceribus incolarum copiarumque electi; neque vero aut denarius aut dirhemus in ærarium publicum deferebatur, donec legati jurejurando per Deum unicum affirmaverant, in eo tributo nec denarium neque dirhemum sine jure acceptum esse; residuum donorum copiis dandorum esse, posteaquam unus quisquis cui deberetur, suum ex eo acceperit. Legati Africæ tributa provinciæ afferebant; hæc enim provincia tum temporis confinium non erat, ut residuum donorum copiis dandorum et lege hominibus assignati ad chalifam mitteretur ». Ex fine hujus loci autem sequi videtur, hostibus confines provincias tributum chalifæ non dedisse, vel, si datum fuerit, ad chalifam non missum, in pium usum erogatum esse.

(41) Mortuus ibi est (Abulphar. *p. 204*) post morbum viginti dierum, remedia adhibere nolens, ibique sepultus est. Abulpheda, *t. I, p. 440*, dicit Chunazaræ mortuum eum esse, sepultum in monasterio Simeonis. Adducit et aliorum opinionem, eum in monasterio Simeonis diem obiisse. Hoc monasterium idem esse quod monasterium البقرة, posterioris temporis auctoritate judicis Djemal-Eddin Alwazil affirmatur. De voce بقرة vide Reiskii notam. Codex habuit النقرة, quam vocem Reiskius Elmacini auctoritate fretus correxit. Elmacinus inter monasterium Simeonis et Albakræ distinguit, quorum prius in regione Maahrræ-Alnohman, posterius in Emessæ regione situm esse, dicit. Ibn-Chaldunus (cod. A. 769) eum sepultum esse in monasterio Simeonis apud Emessam narrat, id quod idem esse videtur; nam, quum Maahrra-Alnohman apud Emessam sita esset, fieri potuit, ut alii monasterium Simeonis ad Emessam, alii ad Maahrra-Alnohman esse contenderent. Ergo Elmacini distinctio ex errore fortasse orta esse videtur. In Kamuso, sub voce دير et سمع, non idem affertur. In priore, ودير زكى بالرها وه بدمشق ودير سمعان ة بها وفيها دفن عمر بن عبد العزيز وهى مجهولة وع بانطاكيه وع بالمعرة يقال فيه قبر عمر والاول الصحيح, In altero, دير سمعان بالكسر ع بحلب وع بحمص به دفن

عمـر بن عبدالعـزيـز . Melius explicatur res ex Lexico geographico Sojuthii

دير سمعان بكسر السين وفتحها وهو دير نواحى دمشق فى موضع نزه وبساتين محدقة به وقصور قال وفيه قبر عمر بن عبد العزيز مات بنواحى حلب وانه كان نازلا بناحيـة منها وانه مات بنواحى المعرة وبقرب معرة النعمن قبر مشهور انه قبر عمر بن عبد العزيز فى قرية تعرف بالنقيرة وان موضعه كان ديرا فخرب فسالت بعض المعرة عنه فقالوا الدير الذى قبر عمـر بن عبد العزيز به يعرف بدير النقيرة ودير سمعان دير اخر قريب منا ولعل الدير الذى بالنقيرة قد كان يسمى دير سمعان هـو سمعون الصفا فلعله بنى هذا الدير على اسمه ايضا فسمى به وله عدة ديرة . « Dair-Simân monasterium in tractibus Damasci, in regione amœna hortis cincta, palatiis referta, situm est. Dicit (Jakutus): Ohmarus ben-Ahbd-Alahsis in eo sepultus est, quum in regione Halebi, ubi habitaret, mortem obiisset. Sed in regione Maahrræ-Alnohman diem obiit, et prope Maahrram in vico Nakirah sepulcrum existit, quod Ohmari ben-Ahbd-Alahsis esse notum est. Ejus autem locus monasterium erat, quod postea destructum est. Rem incolarum Maahrræ aliquos interrogavi. Dixerunt: Monasterium, in quo Ohmarus ben-Ahbd-Alahsis sepultus est, nomen *Dair-Alnakirah* habet; *Dair-Simân* aliud monasterium est, haud longe a nobis distans. Sed fieri potuit, ut monasterium in vico Alnakirah *Dair-Simân* [monasterium Simeonis] appellaretur, *i. e.*, Simeonis Petri; et fortasse illud monasterium in ejus memoriam conditum et de eo nominatum est: nam plura ejus monasteria sunt. » In iis quæ sequuntur, auctor duo alia Simeonis monasteria memorat, unum prope Antiochiam situm, alterum in regione Halebi inter Djebel Bani-Ohlaim et Djebel-Alahla. Jakutus trium mentionem facit: 1.° apud Damascum, ubi Ohmarum ben-Ahbd-Alahsis sepultum esse dicit; 2.° apud Antiochiam vel in confiniis; 3.° in tractu Halebi. Ex locis citatis autem sequitur, Reiskium cel. nimiam Elmacino fidem habuisse, quippe cujus textus vitiis abundet, et veriorem lectionem in falsam commutasse, dum in libris geographicis, quos in usum adhibuimus, monasterium *Bakra* appellatum non invenitur. Codex 659, *fol. 78*, et 638, *fol. 119*, eum diem obiisse in monasterio Simeonis narrant; sed manuscriptum 638 addit, « die Jovis quinto mensis Redjebi », in quo vitium esse videtur.

(42) De hoc oppido vide Schult. in *Vit. Salad.* Antea hoc oppidum a situ nomen *Maahrra-Himz* [Maahrra Emessæ] habebat. Nomen *Maahrra-Alnohman* ab Alnohmano ben-Baschir Anzarita (apud Schult. العصابى, Muhammedis sodale) accepit, qui Muahwijjæ tempore huic cum Emessa præerat. Cognomine autem a Maahrra-Muzrin distinguitur.

(43) Vox توفى in codice nostro semper in passivo legitur; et id quidem rectius, nam proprio sensu verbum *mori* non significat, sed, in quinta forma, *totam accipere rem*. Hoc modo in Alcorano, *sur. IV, v. 94*, occurrit ان الذين تَوَفَّاهُمُ الملايكة *illi quos totos acceperunt angeli.* Pro hac forma, quæ præteritum et aoristum significare potest, lectores sunt, qui legant تَوَفَّتْهُم, alii تُوَفَّاهم, in

aoristo passivi secundæ formæ, quod verbum commentarius Beidhawii hoc modo explicat: Deus totas eorum animas concessit et hi (angeli) totas eas accipiunt, *i. e.*, angelis potestatem concessit, ut totas eas acciperent, et hi totas acceperunt. Ab hoc autem loquendi modo, in Alcorano usitato, significatio verbi *mori* per ellipsin in usum venisse videtur. Hanc rem se ita habere ex eo clarum est, quod huic verbi conjugationi in activo nomen Dei tanquam subjectum et pronomen tertiæ personæ postponatur tanquam objectum. Hæc vero formula توفّاه الله in Kamuso per قبض روحه *accepit spiritum ejus*, explicatur.

(44) De hoc loco Sojuthii Lexicon geogr. habet الحيار بنى القعقاع بينه وبين حلب يومان وهو صقع من مرين (l. برية) قنسرين. « Hijar Bani-Alkahkah, inter quem locum et Halebum duorum dierum itineris distantia, est tractus in campo Kinnesrinensi » (*vid.* et Abulph. Tabul. Syriæ, ed. Kœhleri, *p. 25*, et add. ad h. locum; ex Kamuso autem manifestum est pro مرين legendum esse برية). Ex situ hujus loci colligi posse videtur, eundem esse ac Hijar Bani-Alahbbas textus nostri.

(45) Sojuthius in Lex. geographico habet فايا كورة كبيرة بين منبج وحلب من اعمال منبج فى قبليها قرب وادى بطنان. « Faja nomus amplus inter Menbidjum Halebumque ditionis Menbidji prope vallem Buthnan sita est. »

(46) Jasidus ben-Ohmar ben-Hobairah Emir Abu-Chaledus, qui et Abu-Ohmarus Alfesari appellatur, vir fortis, orator poëtaque, cum Ahbd-Alrahmano Constantinopolin in bellum sacrum profectus est. Anno 103 Iracæ utriusque dominus erat. Anno 132, cum filio Davide et scriba Ohmaro ben-Hiob pluribusque ex clientibus suis, securitate ab Abu-Alahbbaso concessa, quum Abu-Muslima ejus cædem vellet, necatus est (cod. A. *659*, *fol. 102*).

(47) De his rebus gestis conf. Abulphed. *t. I, p. 460*. Abulpheda legit البحرة et in codicibus geogr., quos in usum adhibuimus, locus البحرا non occurrit; hac ratione ducti textum correximus. Plures hujus nominis loci existunt, tres habet Jakutus: بحرة بفتح اوله وسكون الحا المهملة بلفظ تانيث البحـر الاول بحرة من اسما مدينة الرسول صلى الله عليه وسلم وبحرة قرية بالبحرين لعبد القيس وبحرة مـوضع (قرب .Soj. ad) ليـة من الطايف يقال له بحرة الرغـا سلكه رسول الله صلى الله عليه وسـلم منصرفه (منصرفا) من حنين وبنى بـه مسجـد. « *Bahrah* primo est nomen oppidi legati (Muhammedis), tum vicus in Bahrain sub potestate Ahbd-Alkaisi, denique locus prope Lijam (sine teschdido Lijah est vallis, cum teschdido Lijjah mons) ad Althsajefum pertinens, cui nomen *Bahrah-Alruha;* quem in locum legatus ab Hanino (est vallis prope Meccam sita) recessit. In eo templum ædificatum est ». Sojuthius brevius loca describit.

(48) Locum ex codice A. *659*, *f. 101*, addere placet, quum Merwani cognomina explicet et alia haud inutilia contineat. وفيها كانت قتلة مروان الحمار وقد تقدم ذكره ايضا وهو مروان بن محمد بن مروان بن الحكم بن ابى

العاص بن امية بن عبد الشمس اخر خلفا بنى امية وكنيته ابـــو عبد الله القايم بحق الله وامه ام ولد كردية وكان يعـرف بالحمار وبالجعدى وتسميته بالجعدى نسبة لمودبه جعد بن درهم وبالحمار (v. a. لان) يقال فلان اصبر من حمار فى الحروب ولهذا لقب بالحمار فانه كان لا يفتر عن محاربة الخوارج وقيل سمى بالحمار لان العرب تسمى كل مائة سنة حمارا فلما قرب ملك بنى امية (add. مائة) سنة لقبوا مروان هذا بالحمار واخذوا ذلك من قولـه تعالى فى موت حمار العزيز (l. العذير) وانظـر الى حمارك الايـة وكان مولد مروان الحمار سنة اثنتين وسبعين بالجزيرة وابوه متولى عليهـا . « Hoc anno (132) cædes Merwani Alhimar erat, cujus mentio jam antea facta est. Hic est Merwanus ben-Muhammed ben-Merwan ben-Alhaccm ben-Abi-Alahz ben-Umajjah ben-Ahbd-Alschems, ultimus chalifarum gentis Umajjæ, cujus cognomen erat Abu-Ahbd-Allah Alkajim Bihakk-Allah. Matre usus est serva Curda origine. Notus erat nominibus *Alhimar* et *Aldjahdi*, quorum posterius ei a magistro suo Djahdio ben-Dirhem impositum est, prius vero a loquendi modo, « Aliquis est patientior quam onager [حمار] in præliis »; eam ob causam ita nominatus, quod cum rebellibus bellare non cessavit. Sunt qui dicant, eum *Alhimar* appellatum esse, quoniam Arabes quoslibet centum annos *Himar* nominare soleant, et quum Omajjadarum imperium centum annos durasset, Merwano nomen hoc indidisse; quem loquendi modum ex Alcorano, ubi de morte asini Esdræ sermo sit in verbis, وانظر الى حمارك , *adspice asinum tuum*, et sic porro deduxissent. Merwanus anno septuagesimo secundo in Meso-» potamia, cui pater præerat, natus est. » Est locus ex Alcorano citatus, *sur. II, v. 159*, de quo videndi commentarii.

(49) De hoc loco Sojuthius in Lexico geogr. habet, خساف بضم اوله وتخفيف ثانيه واخر فا قيل مفازة بين الحجاز والشام قال والصواب انها بربد (l. برية) الفراديس (vid. in voce) بين بالس وحلب مشهورة وبها اثر عمارة وقرى تمتـد خمسة عشر ميلا « *Chusaf* desertum inter Hedjasum Syriamque esse dicitur. Dicit (Jakutus): « Rectum est, campum esse inter Balesum Halebumque notum, in quo » culturæ et vicorum vestigia reperiuntur. In quindecim milliaria extenditur. » Prior locus apud Zamachscharium خسّاف [Chussaf] effertur. Codex Pers. B. nonnulla, quæ ad rebellionem Solaimani pertinent, habet. « Ex numero eventuum qui hoc anno accidere, rebellio Dhahhaci ben-Kais erat, cujus descriptionem auctor libri inscripti *Raudhat-Alzafa* talem fecit: Tempore quo Merwanus Himar in oppugnanda Emessa occupatus erat, Dhahhacus et Solaimanus ben-Hescham ben-Ahbd-Almalic, ex oppido Cufa profecti, Mosulam venerunt, hujus oppidi præfectum occiderunt, et, ad centum millibus equitum collectis, ad bellum Merwano faciendum parati erant. Quum Merwanus, Emessa expugnata, contra eos profectus esset, post multa prælia commissa Dhahhacus neci datus est. » In libro inscripto *Herat-Aldjenan-Bakehi* narratur: « Hoc die sex millia utriusque partis, quorum

8.

major pars ex sociis Dhahhaci erat, ceciderunt. Occiso Dhahhaco, rebelles in Ebn-Djisæ fidem jurarunt et pugnam renovarunt. Ebn Djisa, in medium hostium agmen impetu facto, magna eos clade affecit, ut Merwanus in fugam se converteret, et ille, tentorio ejus potitus, hujus funes amputandos curaret. Interim Ahbd-Allahus ben-Merwan, alæ dexteræ dux, et Ishacus ben-Salam Ohkail, qui alæ sinistræ præerat, quum Ebn-Djisam cum parva manu iila audere viderent, uno impetu facto eum occiderunt. Rebelles, eo occiso, in Schaibani ben-Ahbd-Alahsis Jeschceri fidem jurantes iterum prælium redintegrarunt; sed, quum aliquot dies inter utramque partem pugnatum esset, a Schaibano socii recesserunt, ut plus quam quadraginta millia hominum cum eo non remanerent. Illo autem tempore, Solaimano ben-Hescham rem probante, versus Mosulam rediit, et Merwanus, eos sequens, Mosulam venit, ubi per novem mensium spatium inter utramque partem pugnatum est, donec aliquo die Muahwijjam ben-Hescham captivum factum ad Merwanum adduxerunt, quem Merwanus, antea manibus amputatis, in conspectu fratris Solaimani capite truncari jussit. Tandem Solaimanus Schaibanusque pugnando impares in Chorasanam abierunt et cum Chadiho Carmani fœdus inierunt. Inde in Sistanam fugientes, Solaimanus ben-Hescham in Indiam profectus est, Schaibanus vero cum Chadiho fœdus pepigit. » Et sic porro.

(50) In hoc noster cum aliis dissentire videtur; nam Abulpheda et codex Ar. 774 rem anno 127 gestam narrant. In Abulpharagio sine dubio est textus lacuna, quam versio latina explevit. In Abulpharagii codice Bibliothecæ regiæ, n.° 147, nil sani; habet enim وسليمن بن هشام بن عبد الملك بن مروان بن محمد وانهزم اصحاب سليمن. Fortasse auctor noster errorem commisit, nisi (id quod verisimile est) dicere velit, bellum anno 127 initium cepisse, sed exercitum ejus anno 128 deletum esse. Codex Ar. 659 Solaimanum, quum rebellaret, Ruzafæ fuisse narrat.

(51) Codex Pers. B. eum *Jasid ben-Ahbd-Allah Kesri* appellat. Quum Ghutæ incolæ contra Merwanum rebellarent et Damascum oppugnatum proficiscerentur, hic vir dux ab iis creatus est. Merwanus contra eos Abu-Alwardum et Cautserum ben-Safar cum exercitu misit, qui post plura prælia commissa occisi caput Merwano miserunt (vid. eund. cod.). Ejus patri, anno 105 Ohmaro ben-Hobaira revocato, Iracæ Chorasanæque provincia data est. Anno 106 Chorasanam ei ademtam iterum anno 117 accepit; ubi Asadum fratrem vicarium creavit. Anno 120 quo Asadus obiit, Chaledo provincia ademta est (cod. A. 638).

(52) Codex A. 659, *fol. 96*, ad annum 127 dicit: « Hoc anno Alhacimus ben-Alwalid ben-Jasid ben-Ahbd-Almalic ben-Merwan ben-Alhacim e gente Umajjæ, quem cum fratre Ohtsmano successores in chalifatu creaverat, occisus est. Alhacimus Damasco, Ohtsmanus Emessæ, donec eos Iasidus ben-Alwalidi e provincia revocavit, præerat. » De cæde utriusque Mirchondus in tertia operis parte habet: واز اسيران هركه (post præl. Ibrah.) بيش مروان مى اوردند مروان بنام حكم وعثمان بيعت ايشان مى ستاند وچون ابرهيم وعبد العزيز ويزيد بن خالد بن عبد الله بن العسرى (l. القسرى) از جنكاه كريخته بدمشق رفتند وبا هم مشورت كردند وكفتند كه اكر بسران وليد حكم وعثمان از حبس خلاص شدند وحكومت بايشان رسد از قبيله

بدر هیچکس را زنده نگذارم (۰، نگذارند) اکنون قتل این دو شخص متضمن حیات ماست بس یزید بن خالد بن عبد الله یکی از غلامان خودرا امرکرد تا حکم وعثمان را (کشتند ۰، کشتند) ویوسف بن عمر نیز از زندان بیرون اورده کردن زد وسلیمن بن هشام که در اولا با ابرهیم بیعت کرده بود بیت المال دمشق را غارت کرده بر نوکران خود قسمت نمود واز شهر بیرون رفت. « Omnem vero captivum, quem ad Merwanum adducebant, hic in fidem Hacimj Ohtsmanique jurare coëgit. Quum vero Ibrahimus, Ahbd-Alahsisus et Jasidus ben-Chaled ben-Ahbd-Allah Alkesri ex prælio Damascum fugam cepissent et consilio habito in eo consensissent, quod si Hacimus Ohtsmanusque, ex carcere liberati, imperio potiti essent, hi neminem ex ipsorum familia vivum relinquerent, ut eorum cædes ipsorum vitæ conservandæ causa necessaria esset, hanc ob causam Jasidus ben-Chaled unum ex satellitibus suis Hacimum Ohtsmanumque occidere jussit, nec non Josèphum ben-Ohmar ex carcere eductum truncavit. Solaimanus ben-Hescham, qui illo tempore in Ibrahimi fidem juraverat, thesauro publico Damasci direpto et pecuniis inter servos suos distributis, urbe excessit. »

(53) Præter ea quæ noster habet, addit codex A. 659, *fol. 112*, ad ann. 146: Hoc anno mortem obiit Ahbd-Allahus ben-Ahli ben-Ahbd-Allah Alhaschemi Alahbbasi (Abu-Muhammedes Alazghar, ab aliis cognominatus Alschammach, cod. A. 675, *fol. 240*), chalifæ Manzuri avunculus. Mater ejus fuit barbara Henadah appellata, e qua, secundum nonnullos, anno 103, secundum alios 102, fine Dsu-Alhedjæ natus est. Quum Damascum expugnaret, destruens mœnia, templum magnum per septuaginta dies jumentorum stabulum fecit, et octoginta ex Umajjæ gente proceres ad fluvium Abu-Photrus (medio Dsu-Alkahdæ, die Merc.) (cod. vit. بنهر أبي فرطس), ditionis Ramlæ, necavit. Ab Abu-Alahbbaso Damasci provinciam obtinuerat.

(54) Abulpharagius, *t. I, p. 214*, vitiose بالزباب, *t. II, p. 138*, in margine, *al Alzabi* vel *Alzabati*. Noster recte scripsit nomen. Quatuor hujus nominis fluvios Golius in Alfarg. *p. 235*, duos Schultensius in Vita Sal. nominat. Sunt الاعلى superior, quem et المجنون *furibundum* ob cursus vehementiam appellant, et الاصغر او الاسفل *minor vel inferior.* Prior, inter Arbelam Mosulamque originem habens, in Tigrin ad oppidulum Haditsam Mosulæ (locus est in orientali Tigridis ripa, Iracæ terminus, e regione Mosulæ: duo alii sunt Haditsah Alnurah supra Hit, et Haditsah Hars vel Harsch vicus in Gutha Damasci) effunditur. Ebn-Alwardius (cod. A. 590, *p. 104*) dicit: « Est fluvius inter Mosulam Arbelamque nascens in (in finibus) Aderbidjana, qui in Tigrin exoneratur. Ob cursus vehementiam Sabus furibundus appellatur. » Dixit Kaswini: « Aquam ejus summa æstate bibi frigidiorem nive et glacie, et hoc ob cursus vehementiam, quæ solis vim non admittit. »

(55) Ampliorem hujus pugnæ descriptionem vide apud Abulphedam, *t. I, p. 484 sqq.* Merwanus cum exercitu centum et viginti millium (cod. A. 675 habet centum millium, *f. 240, v.*) ad fluvium castra collocaverat et muniverat (cod. A. 774, *f. 55, v.*), tum in alterum fluvii latus traduxerat. (Conf. Abulphar.

p. 214, et Mirchondum *(pars III)*, sub articulo ذكر محاربه عبد الله بن على بن عبد الله بن العباس با مروان حمار, qui plures cladis Merwani causas adducit.

(56) Merwanus fugatus Harranum et inde Damascum tendit, ubi Alwalidum ben-Muahwijja ben-Merwan ben-Ahbd-Almalic ben-Merwan reliquit, qui oppido expugnato occisus est. Secundum alios autem ad Abu-Alahbbasum missus, trucidatus et cruci affixus est (cod. A. *675*, *fol. 240*).

(57) De hoc fluvio Sojuthius in Lexico geogr. scribit: نهر ابى فطرس بفتح الفا وسكون الطا وضم الرا وسين مهملة موضع (l. نهر) قرب الرملة من ارض فلسطين قيل على اثنى عشر ميلا من الرملة فى سمت الشمال ومخرجه من اعين فى الجبل المتصل بنابلس ويصب فى البحر الملح بين مدينتى ارسوف ونافا (l. يافا). « Fluvius Abu-Potrus est in propinquo Ramlæ ditionis Palæstinæ, ut volunt, ad duodecim milliaria in septentrione Ramlæ. Ex fontibus in monte cum Neapoli cohærente nascitur, et inter duo oppida Arsufum (ita efferendus est locus, nec vero *Orsuf*) et Joppen in mare Mediterraneum effunditur. (Conf. Abulphed. Tab. Syriæ, ed. Kœhleri, *p. 154*, et add. ad h. l.)

(58) Zalehus ben-Ahli ben-Ahbd-Allah ben-Alahbbas ben-Ahbd-Almuthallab Alhaschemi Alahbbasi anno 96 in Sewado, secundum alios in loco Alserah ditionis Albalkæ, natus est. Quum Alsaffahus Ahbd-Allahum contra Merwanum misisset, Zalehum ejus fratrem cum reliquis Iracæ copiis Ahbd-Allaho auxilio misit, qui in via Alsemawæ profectus ad fratrem Damascum oppugnantem pervenit. Uterque oppidum expugnavit. Post cædem Merwani ab Abu-Alahbbaso initio mensis Muharremi anni 133 Ægypto præficitur; sed pluribus mensibus post litteræ Alsaffahi de Palæstinæ provincia ipsi data et de successore sibi in Ægypto creando certiorem eum faciunt. Creato Abu-Auhno ben-Ahbd-Almalic, mense Schahbani anni 133 in provinciam profectus est. Hic quum per duos annos octoque menses provinciam tenuisset, Abu-Alahbbasus Zalehum Ægypti et Africæ provincia ornat, eumque in Africam, ut huic terræ bellum faceret, cum exercitu proficisci jubet. Die quinto Rabihæ posterioris, exercitibus Africæ Abu-Auhnum præficit eumque in Africæ [افريقيه] provinciam præmittit, nec non naves ex Alexandria Barkam mittendas præparat. Qua in re occupatus de Alsaffahi morte et Almanzuri in chalifatum successione certior fit. Almanzurus, avunculum suum in Ægypti provincia confirmans, Abu-Auhnum ex bello Africano revocat, qui, hujus rei a Zaleho certior factus, post undecim menses Barkæ peractos in Ægyptum exercitum reducit. Mittit eum Zalehus contra rebelles in Palæstinam, quos vicit. Post has res gestas, Zalehus ben-Ahli ex Ægypto in Palæstinam proficiscitur, filio suo Alfadhlo precibus faciendis præposito; sed quum Bulbaisum in itinere pervenisset, revertitur et usque ad quartum mensis Ramadhani Mizri permanet. Iterum in Palæstinam proficiscens, in itinere occurrentem Abu-Auhnum precibus faciendis et tributis in Ægypto colligendis præponit, ex quo tempore, Zaleho in Palæstina imperante, Abu-Auhnus Ægypti provinciam possidebat. Anno 138, Zalehus, Græcis bellum inferre jussus, Malathiam, quam aliquot annis ante Græci in potestatem suam redegerant, expugnavit, et Græcorum regem Constantinum centum millia ducentem prælio vicit. Anno 141

iter sacrum suscepit, sæpius Græcos expeditione æstiva invasit, Dabekum arcem exstruxit. Quum Emessæ Kinnesrinique provinciis præesset, ut contendunt, in valle Aihn-Obagh (est vallis in occidentali Euphratis ripa post Alanbarum oppidùm sita), duodesexaginta annos natus, filio Alfadhlo successore creato, quem Almanzurus probavit, anno 154 diem obiit. Quinque ejus filii, Ahbd-Allahus, Alfadhlus, Ismahiles, Ibrahimus, Ahbd-Almalicus, noti sunt (cod. A. 769, et 659, *fol. 102 sqq.*).

(59) Plura sunt loca, quæ nomen *Buzir* et *Abuzir* gerunt; cognominibus distinguuntur a Buziro sine cognomine. (Conf. de hoc loco *Relation de l'Égypte par Abd-Allatif*, ed. perill. de Sacy, *p. 206*). Est Buzir-Bena in provincia Gharbijjah, Abuzir Alsidr in provincia Djiseh, et Abuzir-Defdechwa in provincia Fajjum. Noster diverso effertur modo, نوريدس vitiose, tum كوريدس, sed melius قوريدس, et quod apud Eutychium, in Annal. *t. II*, *p. 393*, لورندس est, editoris vitium esse videtur pro كوريدس; littera enim ل a ك interdum in codicibus non multum differt, et, punctis diacriticis deficientibus, ن pro ى scriptum est. Hunc autem locum indicari Elmacinus, *p. 96*, dicit: فادركه بقرية من قرى الصعيد يقال لها بوصير قوريدس. Hic vicus est in Zahido (superiore Ægypto) ditionis Bahnesæ. (Vid. *Relation de l'Égypte*, p. 490 et 685; conf. et Reiskium ad Abulphed. *t. I*, *p. 487*, *not. 242*.) Placet, ex codice A. 659, *f. 99*, eventus hujus ampliorem descriptionem addere. Mortuo Mughaira, Merwanus filio suo Ahbd-Almalico, mense Djumadæ posterioris anni 132, totam Ægypti provinciam tradidit. Primo Coptos contra ipsum rebellantes vicit; tum Ahmruus ben-Sohail ben-Ahbd-Alahsis ben-Merwan, quocum copia incolarum Kaisi in Haufo orientali ditionum Ægypti (perill. S. de Sacy, *Relation de l'Égypte par Abd-Allatif*, p. 396, auctore Kamuso, dicit: *Kais, nom d'un district dépendant du Hauf occidental, dans la basse Égypte; le Hauf, et non Djauf, est la partie orientale de la basse Égypte*) consensit, contra Merwanum surrexit et homines ad ipsi obsequium præstandum invitavit. Contra quos quum Ahbd-Almalicus exercitum mitteret, ex Syria Merwanus chalifa, die Martis octo dies ante finem Schawwali, secundum alios tertio ante finem hujus mensis anni 132, advenit. Quum Mizrum Merwanus intraret, populus Haufi, Alexandriæ et Zahidi [Ægypti superioris], vestes nigras sumentes, Ahbbasidarum partes secuti erant, quibus rebus adductus Nilum trajicere constituit. Flumen versus Djisam transgressus, pontem et domum دار المذهبة appellatum combussit et exercitum versus Alexandriam misit, qui cum iis qui in Alcarjun erant (*vide* Abd-Allatifum, *p. 661*), pugnavit. Merwanus in Abyssiniam fugere in animo habebat (cod. A. 769). Interim et Copti rebellarunt, quos exercitu misso fugavit; exercitum autem versus Zahidum expedituro Zalehus ben-Ahli ben-Ahbd-Allah ben-Alahbbas, quocum Abu-Auhnus Ahbd-Almalic ben-Jasid erat, advenit. Ahbd-Almalici in Ægyptum adventus die Martis mensis Dsu-Alhedjæ ejus anni erat. Cum eo pedem non conferens, Merwanus, comitantibus eum Ahbd-Allaho Ægypti præfecto, pluribus servis, emiris et propinquis ex Umajjæ gente, per Aldjisam Buzirum contendit, ubi inter utramque partem pugnatum est, donec die Veneris nono ante finem Dsu-Alhedjæ Merwanus occideretur. Zalehus, rediens die solis octavo mensis Almuharremi anni 133, Fosthatum intrat et occisi caput in Iracam mittit. Aliam vero, præter adductam, de cæde Merwani opinionem apud Mirchondum in tertia operis parte legis: ابو حنيفه دينورى كوين كه

8...

جون مروان منهزم کشته بجانب شام توجه نمود عبد الله بن علی ابو
عون را بر اثر مروان روان کرد ابو عون بعد از قطع منازل وطی مراحل
بدمشق رسیده جمعی کثیر از اهالی شهر بکشت جنانجه هشتاد تن از اولاد
مروان حکم در ان میان بودند انکاه از دمشق بیرون آمده از عقب
مروان بجانب مصر شتافت وجون خبر توجه ابوعون بسمع مروان رسید با
بیست هزار کس که همراه داشت اماده حرب کشت وتلاقی فریقین دست
داده اصحاب مروان اکثر در معرکه بقتل رسیده بقیه السیف کریختند
ومروان با طرف افریقیه (f. vit.) متوجه مصر شده جمعی انرا تعاقب نمودند وشب
در میان هر دو کروه حایل شده مروان در کشتی از نیل عبور نموده با
غلام خود کفت اکر امشب افتی بما نرسد جنان کنم که دشمنان تا
خراسان در هیچ موضع قرار نکیرند وبعد از ان زره از تن بیرون کرده
بر زمین بکسترد وبر زیر ان بخواب رفت واز اصحاب ابو عون مردی عامر
بن اسماعیل نام در طلب مروان شتافت بکنار نیل رسید ودر همان کشتی
که مروان نشسته بود از رود کذشته بود سر او بمکانی که مروان بخواب
شده بود رسید فرصت غنیمت دانسته بضرب شمشیر آن منکوب بقطع رسانید

« Abu-Hanifa Dinaweri narrat: Quum Merwanus prælio victus in Syriam aufugisset, Ahbd-Allahus ben-Ahli ad eum persequendum Abu-Auhnum misit, qui, magno itineris spatio confecto, Damascum perveniens, magnam incolarum partem et in eorum numero octoginta ex filiis Merwani ben-Hacem necavit, et, his rebus peractis, Damasco pro ectus, Merwanum in Ægyptum secutus est. Ubi nuncius Abu-Auhni adventus ad aures Merwani pervenit, socios, qui viginti millia erant, ad pugnam paratos esse jubet. Prælio commisso et majore Merwani militum parte in campo occisa, a gladio relicti in fuga salutem petunt; Merwanus autem, in Africam profecturus, Mizrum tendit. Parte hostium eum persequente, et nocte utramque dirimente partem, Merwanus, Nilum navi trajiciens, satelliti suo dixit: Quod si hac nocte interitus nobis non superveniat, ut hostes usque in Chorasanam in fuga perseverent, efficiam. Nave egressus loricam exuit et super hac in terra expansa jacens somno opprimitur. Ex sociis Abu-Auhni vir quidam, cui nomen Ahmirus ben-Ismahil erat, Merwani quærendi causa exiit, ad Nilum pervenit et in eadem ac Merwanus nave flumen trajecit. Ad locum ubi Merwanus dormiebat, accessit, et, occasionem pro præda habens, illum miserum gladii ictu percussit. »

(60) Hic antea in ejus fidem juraverat. Quum contra Merwanum Ghuthæ incolæ rebellarent, hic cum Ohmaro eos vicit. (Abulphed. *t. I, p. 468*. Breviorem hujus rebellionis relationem *vide* apud Abulphed. *t. II, p. 3*.)

(61) Mos induendi vestes albas signum rebellionis contra Ahbbasidas est. Exstitit ab initio imperii Ahbbasidarum, ut ex loco nostro clarum est, mos ut illi qui contra Ahbbasidas rebellarent, vestibus albis se distinguerent. Causa,

cur Ahbbasidæ vestibus nigris vexillisque uterentur, luctus ob Haschemitarum cædem fuisse videtur. Mamunus anno 201 sumtis viridibus, ne vestibus nigris uterentur, interdixit, quæ res magnos excitavit tumultus, ut anno 204 usum nigrarum restituere cogeretur. Verbum بيّض idem est ac اخذ بلباس البياض vel لبس البياض. (*Vide* præcipue perill. S. de Sacy, Chrestom. Ar. *t. II, p. 42, 392 et 570 sq.*, et conf. Reiskium in Abulphed. *t. II, p. 663.*)

(62) Humaidus ben-Kahthebah ben-Schahib ben-Chaled ben-Mahdân Althajji, anno 137, Mesopotamiæ præerat. Initio anni 143, ex provincia Ægypti Muhammede ben-Alaschats revocato, precibus faciendis tributisque colligendis præponitur, et die Veneris quinto mensis Ramadhani h. a. Mizrum pervenit cum exercitu viginti millium, quem exercitum, additis sex equitum millibus, dato duce Abu-Alachwazo Ahbd Allahi liberto (ابو الاخوص عبدى. Vox عبدى adjectivum relativum ex vocibus عبد الله, a quibus vocibus aliter عبدلى derivatur, ut ex vocibus عبد شمس eodem modo adjectivum relativum contrahitur, derivatum esse videtur) ad bellum Africæ provinciæ inferendum misit. Ad Barkam cum Abu-Alchaththabo Alanmathi concurritur, quo prælio Abu-Alachwazus victus in provincias Ægyptiacas fugam capit. Qua re adductus Humaidus ben-Kahthebah ipse proficiscitur, et, prælio ad Barkam commisso, Abu-Alchaththabum in fugam dat. Victoria potitus Mizrum rediit et ibi permansit, donec Ahlius ben-Muhammed ben-Ahbd Allah ben-Hasan ben-Alhasan, ut patris sui partes sequerentur, invitaturus in Ægyptum venit: ad quem quum Humaidus ben-Kahthebah clam de periculo monens mitteret, factum est, ut ille se subduceret; sed Almanzurus, litteris de re certior factus, ira contra eum exarsit eique mense Dsu-Alkahdæ, misso Jasido ben-Hatim, provinciam ademit. Per unum annum duosque pæne menses Ægypto præfuerat, quum octavo ante finem Dsu-Alkahdæ anni 144 ad Manzurum proficiscens rediret, qui advenientem, inter Emiros suos loco concesso, honore ornavit. Posthac anno 148, missus ad bellum sacrum Armeniæ inferendum, quum exercitui non occurreret, rediit. Anno 152 ad bellum Cabulo faciendum eum misit, et tum eum Chorasanæ ditioni præfecit, ubi usque ad mortem, quam in chalifatu Almehdii anno 159 obiit, commoratus est. Fuit vir fortis, audax bellique peritus. (Cod. A. *659, fol. 105 sqq.*)

(63) Certi quid de consuetudine vestium rubrarum, dum rebellabant, sumendarum afferre non possumus. Signum rebellionis contra Ahbbasidas esse videtur. Secta erat, quæ vestibus rubris uteretur et pars Karmathitarum fuisse dicitur. Hæc secta المحمّرة appellatur. In Kamuso legitur المحمرة مشددة فرقة من الخرمية المبيضة واحدهم محمر. « Vox محمرة cum teschdido pars Chorramicorum vestibus albis utentium (itaque dualismo dediti erant) est. Singularis est محمر » (conf. Abulphed. *t. II, p. 686*).

(64) Sojuthii Lexicon geogr., quis sit locus, explicat: اجم بالتحريك موضع بالشام قرب الفراديس من نواحى حلب. « Adjam locus est in Syria ditionis Halebi prope Alfaradisum situs. »

(65) Quum Ahbd-Allahus ben-Ahli ad bellum sacrum profectus esset, nuncius ad eum adlatus est, Abanum cum quatuor millibus contra eum castra movisse. Quo nuncio permotus Ahbd-Allahus, contra eum tendens, Humaidum ben-Kahthebah et Alahbbasum ben-Sobaid cum primo agmine præmittit, qui hostem post pauca prælia in fugam conjiciunt. Quum ille cum sociis in oppido

Cisum se defenderet et Ahbd-Allahus contra eum castra metaretur, illius socii securitatem petierunt et obtinuerunt, dum ipse fuga se subripere studuit; sed, rei nuncio ad Ahbd-Allahum perlato, in spelunca captus, pedibus manibusque amputatis, capite truncatus est. (Cod. A. *675*, *fol. 243.*)

(66) Hic loci in margine, quasi in textu omissa sint, legis verba quæ sequuntur:

وذكر ابن الكلبى ان عبيد الله بن العباس بن يزيد من بنى حجر بن وهب بن ربيعة بن معوية بن الحرث بن معوية بن الحرث بن ثور بن مرتع الكندى ولى قنسرين لابى العباس السفاح وانه ولى بعد ذلك ارمينية لابى جعفر ومات بها. « Ebn-Alcalbi narravit, Ohbaid-Allahum ben-Alahbbas ben-Jasid ex gente Hedjri ben Wahab ben-Rabiah ben-Muahwijjah ben-Alharts ben-Muahwijjah ben-Alharts ben-Tsaur ben-Murtih Alcendi Kinnesrino sub Abu-Alahbaso Alsaffah præfectum fuisse; postea vero sub Abu-Djahfaro Armeniæ, in qua diem obierit. » Quæ tamen verba textui nostro inserere non ausi sumus, quippe quæ ordinem, quem in enarrandis Ahbd-Allahi rebus gestis susceperit auctor, turbare viderentur; plura quoque sunt, quæ a scriba eodem negligentiore omissa sint. Fortasse qui textus nostri vitia correxit, ad marginem verba, quæ ibi locum habere possent, scripsit. Causam vero cur Ahbd-Allahus se successorem esse declaraverit, et quam eandem apud Mirchondum legisse memini, codex A. *675*, *fol. 240*, explicat. « Quum Abu-Alahbbasus, ut contra Merwanum proficiscerentur, homines incitaret, hi autem repugnarent, qui ex sua gente proficisceretur, successorem declaravit, quam rem Ahbd-Allahus successionis causam adduxit. Quum Ahbd-Allahus chalifatu potiri in animo haberet, inter Dolucum et Rahbanum homines, ut partem suam sequerentur, invitavit; testesque adhibuit Abu-Ghassanum et Alhaitsimum ben-Sijad, qui ad eum pervenerant, quorum alterum, quippe rem testari recusaret, occidit. Homines in ejus fidem jurarunt, non excepto Humaido ben-Kahthebah. Re peracta, iter ingressus Kinnesrinum pervenit, ubi Sofarum ben-Ahzim præfectum constituit. Damasco autem Ohtsmanum ben-Ahbd-Alahla, Palæstinæ Alhacimum ben-Dhabahn, præfecit. Litteras quoque invitandi causa misit ad Alhasanum ben-Kahthebah, qui in Armenia erat, ad Masidum ben-Alhaitsum in Aderbidjanam, ad Muhammedem ben-Zul, qui Somaisathæ cum quinque millibus erat; hi vero ejus voluntati non satisfecerunt. Profectus Harranum, cui oppido Mukatilus ben-Hacim Alahcci præerat cum quatuor millibus, oppugnavit bellique machinas strui jussit. Mukatilo pacem petente, Ahbd-Allahus oppidum mense Zafari anni 137 intrat. Inde Raccam castra movens, Mesopotamiæ fratrem Ahbd-Alzamadum ben-Ahli præponit eidemque successionis jus concedit. Quum autem Abu-Muslima et Ahbd-Allahus ben Ahli quatuor menses dimicavissent, aliquo die, acriter pugnato et Ahbd-Allahi exercitu diminuto, ad Abu-Muslimam auxilia perveniunt: qua re permoti Ahbd-Allahi socii in fugam se dant. Ahbd-Allahus autem Harranum, tum Raccam, ponte post transitum combusto, contendit, et inde terra Bazram fugit. » (Cod. A. *675*, *l. c.*)

(67) Sofarus anno 156 et 157 expeditionem æstivam suscepit. Anno 160 Medinæ præfectus erat. Anno 163 Mesopotamiæ provincia ab Almehdio ornatus erat, quæ tamen eodem jam anno ei erepta est. (Cod. A. Th., et cod. A. *659*, *fol. 124.*)

(68) Abu-Muslimæ Ahbbasidarum gens, quippe qui in Chorasanæ provincia homines, ut in fidem eorum jurarent, invitaret, imperium præcipue debuit. Eam

ob causam cognomen صاحب الدعوة, quæ verba proprie eum significant, qui ad rem aliquam advocat, accepisse videtur. Muneri clam homines ad obsequium Ahbbasidis præstandum invitandi primum a Muhammede ben-Ahli ben-Ahbd-Allah ben-Ahbbas præpositus est. Quum in Chorasana turbas moveret, hanc provinciam Nazrus ben-Sijar tenebat, ipse anno 132 hac provincia ornatus est. Nomen Chorasanensis, non quia in Chorasana natus esset, sed ob res ibi gestas, accepisse videtur; nam ubi natus sit, maxima auctorum dissensio est. (Abulphed. *t. I, p. 472 sq.*, *t. II, p. 625 sq.*; cod. A. 659, *fol. 105*, et Mirchond. in tertia parte, sub articulo ذكر شمه از حالات نسب صاحب الدعوة ابو مسلم مروزى.)

(69) Ahbd-Allahus verbo nempe Sofarum ben-Ahzim ex Kinnesrini provincia revocaverat eamque Humaido dederat, causa adductus, ut Humaidus suspicione carens ad Sofarum proficisceretur et ab hoc occideretur. (Cod. A. 675, *fol. 241.*)

(70) Quæ de Ahbd-Alzamado pluribus locis leguntur, narrare juvat. Ahbd-Alzamadus ben-Ahli ben Ahbd-Allah ben-Ahbbas Emirus Abu-Muhammedes Haschemita Ahbbasida anno 105 vel 106 natus est. Matre usus est serva Cabira (كبيرة, sine p. diacr.) nominata, quam Ahbd-Allahus ben-Kais carmine celebravit. Quum Ahbd-Allahus ben-Ahli rebellaret et vinceretur, Ahbd-Alzamadus, pro eo Ihsa ben-Musa apud Manzurum intercedente, securitatem obtinuit (cod. A. 659), anno 155 Medinæ præfectura ornatus est, quum antea Meccæ præesset. Anno 159 ex Medinæ provincia revocatus est; sed anno 157, secundum quorundam opinionem, Meccæ præerat. Anno 161 in Mesopotamiæ provinciam missus (cod. A. Th.) est, quæ anno 163 a chalifa Almehdio, misso Sofaro ben-Ahzim Helalita, ei erepta est (cod. A. 659). Anno 166 a Mehdio e carcere emissus et anno 176 e Damasci provincia, cui præerat, revocatus est (cod. A. Th.). Anno 177, quo mense Ramadhani Alraschidi mater Alchaisrana iter sacrum suscepit, Emir-Almausim erat. Anno 181, quo Alraschidus, impetu in Græcorum ditionem facto, arcem Zaghnaf (*l.* Zafzaf) vi expugnavit, Ahbd-Alzamadus cum exercitu profectus in illorum regione arcem expugnavit. Anno 185 (Aldsehebius anno 210 mortuum eum esse dicit) diem obiit. Damasci (sub Alraschido, anno 176) præfectus et Emir-Almausim sæpius fuit. Medinæ et Bazræ semel præfuit (cod. A. 659).

(71) Mortuus est anno 139 (Abulphed. *t. II, p. 10*); secundum Elmacinum, qui mortis modum describit, anno 147 periit. Iuitium rebellionis fine anni 136, prælia anno 137 erant (cod. A. 659, *fol. 105*). Ejus pater Ahlius anno cædis Ahlii (ann. 40) natus est, a quo nomen inditum. Diem obiit anno 117. (Cod. A. 639.)

(72) Quum Abu-Muslima cum exercitu, cujus primum agmen Humaidus ben Kahthebah ducebat, procederet, Ahbd-Alzamado in oppido Beled occurrerunt, quem Humaidus post prælium secundo marte commissum captivum fecit. Alii dicunt, Abu-Muslimam, tempore quo cum Ahbd-Allaho pugnaret, Humaidum contra Ahbd-Alzamadum, qui in Mesopotamia esset, misisse, qui pugna fugatum et Ruzafæ captivum factum ad Abu-Muslimam duxerit. Alii aliter rem referunt. (Conf. cod. A. 678, *fol. 242.*)

(73) Quum anno 164 homines cum fratre chalifæ Meccam peregrinantes vehementi laborarent siti, Almehdius magna contra eum ira exarsit; quippe cisternis præpositus esset. Anno 167, quum Almehdius Meccæ templum am-

plificari jussisset, rei Jakthinum præfecit (cod. A. Th.). Anno 186 (secundum Aldsehebium, anno 185), Bagdadi diem supremum obiit. Ei ingenii, scientiæ, prudentiæ peritiæque laus tribuitur. (Cod. A. 659.)

(74) Vox أستوحش uno verbo in lingua Latina vix reddi potest. Proprie « statum hominis, qui ab aliquo alienus ejus societatem fugit », indicat. Vox وحش significat « desolata fuit terra et vacua hominibus », inde وحشة « hic status, quum ab hominibus separati in solitudine vitam agimus », tum « alienatio mentis a societate alicujus », denique « timor et inimicitia ». Vox وحوش, « animalia in solitudine viventia », eodem modo derivatur.

(75) Ex codice Pers. B. nonnulla, quæ rem explicant, addere placet. Veritati convenit, quod Abu-Djahfarus, victoriæ nuncio adlato, Abu-Alchezebum prædæ opumque rerum componendarum causa in castra Abu-Muslimæ misit, qui hac de re vehementer iratus dixit: « Mirum est, quod in sanguine tot millium effundendo fidelis fuerim, in opibus eorum autem infidelis factus sim. » In libro *Tarich Gusideh* inscripto relatum legimus, « Manzurum clientem suum Jakthinum, ut opum » Ahbd-Allahi res componeret, ad exercitum Abu-Muslimæ misisse. » Sunt qui dicant, Abu-Muslimam, in illo bello, gladio Ahbbasi ben-Ahbd-Almuthalleb potitum esse, cujus ab illo postulandi causa Manzurus aliquem miserit, et quum Abu-Muslima, durum responsum dans, se gladium daturum esse negaverit, hanc unam ex causis Abu-Muslimæ cædis fuisse. Ut brevi dicam, Abu-Muslima, vana spe deceptus, in illo consessu de Abu-Djahfaro vocibus superbis locutus est et contra eum rebellionem facere constituit; ita ut, ipsius chalifæ epistolam de opum rebus scriptam summo contemtui habens, eam in terram projiceret. Humaidus ben-Kahthebah, qui in illo consessu præsens erat, ad chalifam has litteras dedit: « Dæmon ille, qui in cerebro patrui tui sedem fixerat, jam in capite Abu- » Muslimæ habitabat. » Has ob causas ira Abu-Muslimæ in dies crevit, et Abu-Djahfari mens in eo, ut illum occideret, versata est. Abu-Muslima vero, bello cum Ahbd-Allaho ben-Ahli finito, sine venia Abu-Djahfari in Chorasanam profecturus castra movit, cujus rei nuncio adlato, mente turbatus Abu-Djahfarus Abu-Muslimæ scripsit: « Ægypti Syriæque provinciis te ornavi; illæ multo meliores quam Syriæ provinciæ sunt: oportet in Syria ipse sedem figas; in Ægyptum vicarium mittas ». Abu-Muslima dixit: « Quamnam ex Ægypti Syriæque provinciis utilitatem percipere possum! Chorasanam gladii ictu in potestatem redegi. » Tum, quum ex Mesopotamia castra moveret, Manzurus quendam misit, qui Abu-Muslimam arcesseret. Abu-Muslima responsum dedit: « Deo sint laus et gratiæ, quod principis fidelium imperio nullum supervenerit malum, ut nobis opus eset. Ego principis fidelium servus vilis in obedientia firmo pede sto; sed mutatum in me majestatis chalifæ animum mecum cogito et de vita timeo, eamque ob causam tantam audaciam, ut ad eum non proficiscar, ostendo. Cæterum huic toto animo incumbo, ut fidem conservem et pro ejus salute vitam profundere paratus sim. »..
Ut paucis rem explicem, quum illa Abu-Muslimæ verba ad Abu-Djahfarum perlata essent, litteras, quibus summo eum honore affecit, ad eum dedit, nec non patruo ipsius Ihsæ ben-Musa, ut epistolam, quæ ipsi conciliaret ejus animum, scriberet, imperavit; nullam tamen hæ utilitatem habuere. Abu-Muslima in Chorasanam profecturus castra movit, et in via Hulwani (plura hujus nominis loca sunt; nostrum est in Iraca et in extremis Alsewadi, ubi Iracæ Alahdjam contiguum est, finibus situm) processit. Manzurus, hac de re summa affectus tristitia et vehementer mente turbatus, Abu-Alhamido Merwerudi dixit: « Te ad Abu- » Muslimam proficisci, omnibusque, quibus fieri potest, artibus, ut ad me veniat,

» eum commovere oportet. Sin autem de ejus fide spem abjicere cogeris et » nulla ratione eum rediturum esse cognoscis, dic : » Princeps fidelium dixit : « Ne ex Ahbbasidarum gente natus sim, sim Muhammedi Dei prophetæ ino- » bediens! Quod si Abu-Muslima sine venia mea in Chorasanam proficiscitur, ego » ipse contra eum cum exercitu proficiscens ne laver, donec eum occiderim. » Abu-Alhamidus, ut mandato satisfaceret, ad Abu-Muslimam iter suscepit. Quum ad eum pervenisset et loqui incepisset, sermonem eo perduxit, ut diceret, « Abu-Muslimæ ut, antequam ad chalifam profectus sit, in Chorasanam non abeat, convenit. » Maximam quidem illi rei perficiendæ operam dedit; sed Abu-Muslima omni ejus sermoni convenienter respondit. Tandem, Abu-Hamido in illam rem perficiendam summopere incumbente, Abu-Muslima cum Malico ben-Haschim consuluit. Malicus dixit : « Cave, ne verbis Abu-Alhamidi satis- » facias : sed, rebus tuis consulens, in Chorasanam abi; nam si ad chalifam iter » facis, etsi mille vitas habeas, ne unam quidem salvam conservabis. » Post hunc Abu-Muslima cum Bireco consilium inivit. Dixit hic : « In oppido Rei sedem » figas, hoc enim prope Chorasanam situm est, et, si pecuniis opus esse videbitur, » ex illo abundanter mittentur. » His consiliis initis, Abu-Hamido dixit : « Redi, » ego vero versus oppidum Rei castra moturus sum. » Ut brevi dicam, quum ille de reditu Abu-Muslimæ spem perdidisset, quæ ex Manzuro audiverat, verba ei dixit. Eodem quoque tempore Abu-Davides, qui ab Abu-Muslima præfectus in Chorasana constitutus erat, litteræ adlatæ sunt : « Nos contra Merwanum » ejusque socios, nonnisi ob mala familiæ Muhammedis legati Dei inlata, rebel- » lionem fecimus. Ne ullo modo Imamo adversari pro licito habeas, neque sine » ejus venia in Chorasanam tendas. » Ut brevi reddam, Abu-Muslima ex litteris Abu-Davidis, eum sine venia Manzuri ipsi in Chorasana locum non concessu- rum esse, intelligens, consilio in Chorasanam proficiscendi abjecto, ut ad chalifam proficisceretur, constituit. Eam ob causam Abu-Hamido dixit : « Ut » in Chorasanam proficiscerer, consilium iniveram; nunc vero, hoc mu- » tato, Abu-Ishacum ad chalifæ servitium mittere et post ejus reditum chalifæ » limini oscula infigere, in animo habeo. » Abu-Hamidus, illo consilio vehementer probato, cum Abu-Ishaco ad aulam chalifæ iter ingressus est. Quum vero Abu-Ishacus in chalifæ thalamum admissus, majore, quam exspectaverat, favore se exceptum, non minore vero Abu-Muslimæ mentionem factam intelligeret, reversus Abu-Muslimæ dixit : « Nullum chalifæ in te mutatæ mentis signum » vidi, imo summum tibi habuit honorem. » Totque res Abu-Muslimæ narravit, ut hic deceptus ad aulam chalifæ proficiscendi consilium confirmaret. Birecus, hac re percepta, Abu-Muslimæ dixit : « Quippe qui proficiscendi consilium cepe- » ris, Manzurum capite trunces ei in alium imperii dignitatem conferas, oportet; » nemo enim tibi adversabitur. » Aliæ adducuntur opiniones, quas vero, ne longiores essemus, omisimus.

(76) De hoc loco in Sojuthii Lexico geograph. legitur : بطياس بكسر البا وسكون الطا ولا اختلاف بين اهل حلب ان بطياس قرية على باب حلب بين النيرب وبابلى كان بها قصر لامير حلب وخربت القرية والقصر « Non est inter Halebi incolas dissensio in eo, quod Bithjas vicus ad portam Halebi inter Alnirebum Babeliumque sit. Fuit in eo palatium Emiri Halebi. Nostris temporibus vicus et palatium destructa sunt. » Nirebum autem Halebo ab oriente situm fuisse ex *folio 263* codicis nostri sequitur, ubi auctor narrat : Quum anno 638 nuncius de Chawaresmicorum adventu Halebum perlatus esset, Almalicum Almanzurum, oppidum egressum, in Halebi latere orientali in

terra Nirebi et Habrin castra collocasse فبرز الملك المنصور خيمته وضربهـــا شرقى حلب على ارض النيرب وحبرين.

(77) De Ravenditis *vide* Abulphed. *t. II, p. 12*, et *not. 5* Reiskii doct., nec non Herbelotium, sub voce *Ravendiah*. Codex A. 659, *fol. 105*, idem, quod apud Abulphedam, narrat; solummodo addit, eos Haitsemum ben-Muahwijjah Gabrielem esse credere, et Manzurum, qui incuriosior ad eos exierit, pæne occisum esse. In prælio Ohtsmanus ben-Nihik sagitta occisus est, ex quo clarum fit, quod Reiskius cl. ad Abulphedam (*t. II, p. 627, not. 10*) dixerit, a veritate alienum esse.

(78) Vocem فكسروا restituimus; in codice enim vox mutilata est, ut ex ea nil præter وا et ر supersit. Secunda manus فتسكروا correxit; quod vero sensum non præbet. In Vita Timuri *(t. I, p. 456, ed. Mang.)*, vox انكسروا in sensu, qui hic convenit, legitur; sed spatium litterarum omissarum plus quam tres litteras vix pati videtur. Supplendum aut فكسروا, *fracti sunt*, aut فنكسوا, *capite inverso deciderunt*, quæ vox in libro cui titulus كتاب كليله ودمنه, ed. perill. de Sacy, *p. 65* textus, فوقع على ام راسه منكسا, occurrit.

(79) Nonnulla ad vitam Alfadhli ben-Zaleh pertinentia leguntur in codice A. 659, *fol. 129*, quæ hic loci narrare juvat. Alfadhlus ben-Zaleh ben-Ahli ben-Ahbd-Allah ben-Ahbbas Emirus Abu-Alahbbasus Haschemita Ahbbasida ab Almehdio post revocatum Ihsamum ben-Ahmru in Ægypto precibus faciendis et tributis colligendis præficitur, et, antequam in provinciam profectus esset, moriente Almehdio, initio mensis Almuharremi anni 169 ab ejus successore Alhadio in provincia confirmatur. Alfadhlus, in provinciam profectus, Mizrum die Jovis fine Almuharremi ejusdem anni pervenit, ubi ante ejus adventum Ihsamus ex provincia revocatus Alfadhli nomine precibus faciendis præfuerat, quem et Alfadhlus, antequam imperii rebus occuparetur, in hoc munere confirmavit. In Alfadhli adventu res Ægypti vehementer perturbatæ erant, primo ob rebellionem populi Haufi in regione septentrionali (بالوجه البحرى), tum ob Dahjæ Umajjadæ in Zahido (Ægypti parte superiore), quocum Ægypti principes jam diu res habuerant, rebellionem. Alfadhlus, quocum Syriæ copiæ erant, statim post adventum contra Dahjam copias misit, quæ, prælio facto, eum fugarunt, et post plura prælia commissa captivum factum Fosthatum miserunt, ubi Alfadhlus, mense Djumadæ posterioris anni 169, capite truncati corpus cruci affixit. Qua re glorianti fine ejusdem anni, nondum in provincia anno peracto, de successore ipsi misso Ahlio ben-Solaiman nuncius affertur, quo audito cædem Dahjæ ægerrime fert. Alfadhlus Damasci, cui per temporis spatium præerat (sed nescio, num Damasci provinciam ante Ægypti, an post eam obtinuerit), templi magni cameram, quæ in impluvio est, portasque ædificandas curavit. Anno 172 quinquaginta annos natus diem obiit. Erat fortis, audax, poëta, disertus, bene instructus, eloquentia ornatus.

(80) Alahkbah locus quidam est in oppido Halebo : nam noster ad annum 569 narrat, quum a Schiihtarum turba motus in oppido Halebo cieretur, domum Abu-Djahfari ben-Almundsir in loco Alahkbah sitam prædatos esse, et quum terræ motus nocte diei lunæ, vicesimo octavo mensis Djumadæ posterioris anni 508, Halebi esset, in hoc loco plures domos destructas esse *(fol. 133)*.

(80 *bis.*) Jus typi monetalis erat principis, non præfectorum, ut omnibus notum est; sed solummodo in denariis et dirhemis valere, non in obolos extendendum esse videtur. Noster *(fol. 222)*, dum rerum statum post obitum Zelah-Aldini (anno 589) describit, dicit: ودعوته على المنابر من اقصى حضرموت فى الجنوب الى اوايل بلاد ارماينه فى الشمال عرضا ومن طرابلس الغرب الى باب همذان طولا ونقودها من الدراهم والدنانير مضروبة باسمه وعساكرها مطيعة لامره سايرة تحت لوايه ومن جملة ملكه ديار مصر والشام جميعه والجزيرة وديار بكر واليمن. « Preces in suggestibus factæ sunt pro eo ab extremo Hadhramauto in meridie usque ad initium regionum Arajenæ in septentrione, si latitudinem spectas, et a Tripoli Africæ usque ad portam Hamdani, si longitudinem, et harum regionum monetæ, nempe dirhemi et denarii, nomine ejus signabantur; earum exercitus ei obediebant, et, quum imperaret, ipsius signa sequebantur. Regni ipsius autem erant Ægypti provinciæ, tota Syria, Mesopotamia, Dijar-Becr et Iemen. » Videtur autem auctor excepisse obolos, quippe qui non dicat ومن الفلوس; et quamvis hæc nostra opinio ab omni dubio vacua non est, mirum tamen esse videtur, quod auctores, quum juris monetalis mentionem faciant, nunquam, ut equidem credo, obolos, semper denarios et dirhemos memorent, quæ res, in quam a viris doctis amplius inquiratur, haud indigna esse videtur. Cæterum oboli non magni momenti habebantur. (Videas *Traité des monnoies Musulmanes, traduit de l'arabe de Makrizi, par S. de Sacy*, p. 55 sqq.) Typus in obolis his signatus alius est quam in dirhemis et denariis ejusdem temporis. Quum anno 615 Halebi imperium inter tres divideretur, nomen duorum, ut jam anno 598, pace facta inter Almalic-Alahdilum et Almalic-Althsaherum, ut utriusque nomen in monetis signaretur, factum erat *(fol. 231)*, in monetis signatum est. Codex enim noster *(fol. 240 v.)* hæc habet: فاتفق الحال بين اتابك وبينه براى القاضى بها الدين وسيف الدين بن علم الدين وسيف الدين بن قلج على ان خطب بحلب واعمالها للملك الكامل وبعده للملك الاشرف ثم للملك العزيز وضرب اسم الملك الكامل والملك العزيز على السكة « Auctoribus consilii judice Boha-Aldino, Saif-Aldino ben-Ahlam-Aldin et Saif-Aldino ben-Kaldj, res cum Atabeco (Schehab-Aldino) ei (Almalic-Alaschraf) convenit, ut pro Almalic-Alcamilo, tum Almalic-Alaschrafo, et post hunc Almalic-Alahsiso, in oppido Halebo preces fierent; nomina vero Almalic-Alcamili et Almalic-Alahsisi in monetis signarentur. » Legitur apud Tychsenium cl. (in introductione, *p. 72*), Mutawaccili tempore primum alteram verborum seriem uni dirhemorum lateri additam esse. Res vero se aliter habet: nam, quum ante aliquod tempus nobis nonnulli dirhemi in Curlandia reperti, ut verborum sensum erueremus, offerrentur, inter illos unus anno 208 (jam tempore Mamuni) Bagdadi signatus, duplici serie verborum et eodem modo gaudebat, quam Mutawaccili tempore signatus.

(81) Anno 162 Ahbd-Alselami ben-Haschem Aljeschceri, qui in oppido Halebo et in Mesopotamia rebellans (anno 160 in regione Mosula rebellavit, cod. A. Th.), multis eum sequentibus, plures duces (in quorum numero Schabibus erat) fugaverat, cædes facta est. Nam, Schabibo ben-Wah Almerwerudi

cum mille equitibus electis, quibus decies centena millia dirhemorum dono data erant, contra eum misso, fugam capit, sed Kinnesrini capitur et necatur. (Cod. A. 659, *fol. 123;* cod. A. Th.) De cognomine الخارجى, *vide* Specimen hist. Arab. ed. Pocock. *p. 269.*)

(82) *Vide* Abulphedam, *t. II, p. 44.*

(83) Codex A. Th. locum hunc, corruptum quidem, pæne iisdem verbis habet.

(84) Voces فى اعناقنا eodem modo ut فى رقبتى, in sermone vulgari, juramenti loco adhibentur, ut major dictis fides sit. Idem significare videntur ac si dixisset واله لمسلمة منة والا فتضرب عنقى, « per Deum Muslimæ gratiæ debentur; capite me trunca, si mentior. » Confer. librum inscr. كتاب مسابقة البرق والغمام فى سعاة الحمام, *La colombe messagère plus rapide que l'éclair, par Mich. Sabbagh, trad. par S. de Sacy*, p. 93, not. 25. Fortasse tamen hæc verba jurisjurandi sensum non habent et aliunde originem traxerunt. Arabes, quum aliquid sibi officium esse dicere volunt, verbis uti possunt هذا فى عنقى, « hoc in collo meo est. » Quum, anno 534, Atabecus Abu-Alfadhlo Halebi judicis munus traderet, dixit: هذا الامر قد نزعته من عنقى وقلدتك اياه فينبغى ان تتقى اله وتساوى بين الخصمين. « Hanc rem jam a collo meo deposui et tibi imposui; convenit igitur, ut Deum timeas et inter litigantes recte judicium reddas. » Nisi fallor, hic loquendi modus ex Alcorano deductus est: homines enim, ex ejus sententia, crimina commissa die judicii in collo suspensa habebunt. Et quum Schems-Almolucus Abu-Alfatahus Ismahiles Damasci princeps, inter ipsum et Emiros inimicitiis contractis, eorum vindictam timens Atabecum Senci anno 529 Damascum, ut ipsi oppidum traderet, venire invitavit, addidit verba: ان اهملت هذا الامر استدعيت الفرنج وسلمت دمشق اليهم وكان اثم المسلمين فى عنقك, « Quod si vero rem negligis, Francos advocabo et iis Damascum tradam, et peccatum in Muhammedanis admissum in collo tuo est. » Dicunt quoque له قلادة فى عنقى ومنة فى رقبتى « illi torques est in collo meo et gratia », i. e. ille magna beneficia in me contulit, ut mihi gratia agenda esset. Ab hoc significatio vocis قلّد, « provincia aliquem ornavit », non multum remota est.

(85) Ahlius ben-Solaiman ben-Ahbd-Allah ben-Ahbbas Emirus Abu-Alhasan Haschemita Ahbbasida, qui anno 162 ex provincia Iemen revocatus erat, anno 168 Mesopotamiæ præfectus, quum Græci pacem fregissent, equitatum duce Jasido ben-Albadr ben-Alchaththab contra eos misit, qui victoria potitus prædaque onustus rediit. Fine anni 169, revocato Alfadhlo ben-Zaleh ab Alhadio, Ægypti provinciæ precibus faciendis tributisque colligendis præpositus est. Mizrum mense Schawwali anni 169 intrat, et, Alhadio mortuo, Alraschidus provinciam ei prorogat. Homo erat justus, rectum jussit, illicitum interdixit. Ubi Ægypto præerat, homines vino et musica interdicebantur. Christianorum quoque ecclesias destruxit, quam rem ut intermitteret, Coptis ei quinquaginta denariorum millia frustra offerentibus (nil legis in Hist. Patr. Alex.), et quum ipse magnam in eleemosinas pecuniam erogaret, hominum animos sibi conciliavit. Qua re superbia

elatus, quum palam chalifatu se dignum jactaret et se eum ita cupere ostenderet, ut subito prorumpere in animo haberet; litteris Alraschidus certior factus, die Veneris quarto ante finem Rabihæ prioris anni 171 eum ex provincia revocare cunctatus non est. Anno 172 diem eum obiisse ferunt. (Cod. A. Th., et cod. A. 659, *fol. 129 sq.*)

(86) Ab Halebo sequens filium profectus est, donec Græcorum regionem intravit et Djebhanum pervenit. Harunum Ihsa ben-Musa, Ahbd-Almalicus ben-Zaleh, Rabiahus, Alhasanus ben-Kahthebah, Alhasanus Solaimanusque filii Barmeci, et Jahja ben-Chaled ben-Barmec, cujus curæ exercitus res, expensa, litteræ aliæque res commissæ erant, comitabantur. Arcem Semalu (hæc arx vel oppidum in confiniis septentrionalibus in propinquo Mazizæ et Tharsi situm est. Ubi Alraschidus hanc arcem expugnat, pro decem ædificiis, in quibus dux erat, securitas rogata conceditur. Partes paciscuntur, ne iucolæ in varias regiones abducantur. Sedes illis ad Bagdadi portam *Alschamasijjah* appellatam traduntur. Illi loco nomen est صمالو *Semalu*, mutata littera ص *z* in س *s*: inde monasterium ita appellatum nomen traxit), post oppugnationem triginta octoque dierum, securitate promissa, in potestatem suam redegit. Multæ victoriæ reportatæ sunt. (Cod. A. 659, *fol. 124*, et cod. A. Th.)

(87) Sindikos primum fuisse nomen sectæ, quæ, Zoroastris religionem sequens, ex Perside originem duxisse videatur, tum vero in omnes hæreticos eosdemque infestissimos translatum esse putamus. In Bar-Hebræo pro Sindikis Manichæi nominantur (conf. Bar-Hebræi Chronicon Syriacum, *p. 131*); cui si addas, quæ in Kamuso ad hanc vocem leguntur, opinionem nostram confirmare videntur:

الزنديق بالكسر من الثنوية او القايل بالنور والظلمة او من لا يومن بالاخرة والربوبية او من يبطن الكفر ويظهر الايمان او هو معرب زنديـن اى دين المراة. « Vox *Sindik* cum vocali *kesre* est, qui dualismo favet, aut qui lucem tenebrasque (summa numina) profitetur, aut qui nec summum numen nec vitam futuram credit, aut qui in corde incredulitatem abscondit, veram autem religionem palam ostendit, aut est Persica vox زنديـن, ad Arabicæ linguæ normam conformata, quæ feminæ religionem significat. » Hæc vero secta præsertim Mehdii tempore prodiisse videtur; nam præsertim anno 167 in iis quærendis maximum studium consumsit. Eorum rebus Ohmarum Alcilduwanium præfecerat; qui quum anno 168 diem obiisset, in ejus locum Muhammedes ben-Ihsa ben-Hamruja successit, qui magnum eorum numerum necavit. Anno 169 multos Mehdius occidi jussit, ut qui pauci ex Sindikis anno 170 in vivis superessent, in lucem prodire non conarentur. Codex A. Th., ex quo hæc retulimus, narrat non solum qui Halebi, sed quoque in ejus tractibus, e Sindikis degerent, occisos eorumque libros sacros cultro discissos esse, id quod haud levis momenti est. (Conf. Vitam Timuri, ed. Mang. *t. II, p. 558*; d'Herbelot, sub voce *Zendik*, et Abulphed. *t. II, p. 637*.)

(88) Codex A. 659, *f. 124*, et cod. A. Th. dicit: « Anno 163 Almehdius filium » suum Harunum omnium occidentis terrarum et Aderbidjanæ Armeniæque » provinciæ ornavit, qui tributorum scribam Tsabetum ben-Musa creavit, epi-» stolis Chaledum ben-Barmec præfecit. »

(89) Nonnulla ad vitam hujus viri pertinentia addere placet. Mater ejus erat serva Merwani, quam post hujus cædem pater Zalehus emerat, ut nonnulli contendunt, gravidam ex Merwano, ita ut Ahbd-Almalicus Merwani filius

habeatur, quam rem Alraschidus, ubi eum in vincula conjecit, ei exprobrasse dicitur. Anno 173 expeditionem æstivam obivit, et anno 175 Græcorum regiones felici successu invasit. Anno 177, quo, secundum nonnullorum opinionem, Mosulæ præfuisse dicitur (cod. A. Th.), ab Alraschido Damasci provinciam obtinuit. Anno 178, Hartsema ex illa revocato, Ægypti provinciam ei addidit, in quam non ipse profecturus Ahbd-Allahum ben Almusajjah vicarium misit; sed jam fine ejusdem anni ex provinciis revocatur. Anno 181 Græcorum ditiones invasit, Ancyram pervenit, Mathmuram (est ditionis Græcorum oppidum in Tharsi tractibus situm) expugnavit. Anno 182, quum Alraschidus Almamuno post fratrem Alaminum jus in imperium succedendi daret et eum Bagdadum mitteret, cum Almamuno profectus est. Menbidjum in feudum, ut ita dicam, ei assignatum erat. Raccæ anno 199 diem obiit (cod. A. Th; cod. A. 659, *fol. 137 sqq.*, et 731, *fol. 393*).

(90) Quum dicit « gentis meæ », non dicere vult Zalehitarum, sed Ahbbasidarum, ut Alraschido grati quid dicat. Ahbd-Almalicus ab Ahlio ben-Ahbd-Allah ben-Alahbbas, avo Ahbbasidarum, originem traxit. Ahlio enim erant septem filii, Muhammedes, Ihsa, Davides, Solaimanus, Ahbd-Alzamadus, Zalehus et Ahbd-Allahus (qui 186 Salmijjæ diem obiit). A Muhammede Ahbbasidæ, a Zaleho Zalehitæ, genus duxere (cod. A. 639 ad ann. 117, cod. A. Th).

(91) Odium inter Jemanenses et Nasaritas inveteratum erat. Ebn-Chaldunus (cod. A. 769), loquens de causis odii mutui inter Omajjadas et Ahbbasidas, hanc ex Masuhdio adducit. Poëta Alcumait nomine *Alherasdak* notus Nasaritas supra modum laudaverat, qua de re super Jemanenses se extollentes gloriati sunt. Ahbd-Allahus ben-Muahwijjah ben-Ahbd-Allah Ebn-Djahfar ben-Abi-Thaleb per Haschemitas circumivit dicens: « Hic Alcumait carmine vos laudavit, quum homines laudem vestram tacite relinquerent; et merita vestra memoravit, quum homines laudem vestram negligerent. » Quibus verbis commoti omnes aurum argentumque quod possidebant, projecerunt, et mulieres monilia dederunt. Ahbd-Allahus cum his rebus ad Alcumaitum tendens dixit: « Quæ tibi offero egeni studium produxit; nos enim sub inimicorum imperio tenemur: his, pro laude qua nos honore affecisti, contentus sis. » Dixit poëta: « Laus mea solummodo Deum ejusque prophetam spectat; pro ea divitias hujus mundi accipere non possum. » Dixit alter: « Num carmen componere potes, quo bellum inter inimicos nostros excitetur? » Dixit, « Possum »; et carmen composuit, quo eorum inimicos graviter reprehendit. Contra eum Dahbalus ben-Ahli Alchesaïh carmen condidit, quo illud carmen redarguit, Jemanenses multum laudavit, alios vehementer castigavit. Hoc odii initium inter Nasaritas et Jemanenses erat. Ex duabus partibus ad Alahnakibum homines turbatim convenere, et inter utramque partem in locis desertis habitatisque pugnatum est, donec Merwanus ben-Muhammed Aldjahdi genti suæ opem ferens surrexit. Tum vero homines, ut Ahbbasidas chalifas salutarent, invitationi satisfecerunt, et, labentibus Omajjadarum rebus, imperium ad Ahbbasidas translatum est.

Codex A. Th. res inter utramque partem gestas melius explicat, quas addere mihi liceat. Anno 176 bellum intestinum inter Modharitas et Jemanenses exarsit. Modharitarum princeps erat Abu-Alhaidamus, cui nomen est Ahmiro ben-Harim Alnaihm ben-Ahmru ben-Aiharets Ebn-Charedjah ben-Senan ben-Abi-Haretsah ben-Marah ben-Noschbah ben-Ghaidh ben-Marah ben-Auhf Abu-Sahd ben-Dsaiban ben-Baghidh ben-Raits ben-Ahthfan Almari, unus ex equitibus Arabum celeberrimis. Causa belli intestini erat, quod præfectus quidam ab Alraschido constitutus fratrem quendam Abu-Alhaidami necaverat, cujus necis ulciscendæ causa Abu-Alhaidamus in Syria magna cum turba rebellionem fecit. Hunc

Alraschidus per fratrem quendam, quem ille habebat, decepit, qui primo desiderio eum implevit, tum vero ligavit, et manibus in tergo ligatis ad Alraschidum adduxit, qui, venia data, eum dimisit. Sunt qui dicant, belli intestini in Syria initium fuisse, quod vir quidam, ex Balkin (fortasse huic voci vitium est) cum tritico, ut in mola Balkæ moleretur, exiens, ad hortum viri cujusdam ex tribu Lacham vel Djádsam, in quo melones cucumeresque essent, transierit, nonnullosque eorum abstulerit. Quam ob rem quum horti dominus contumelia eum afficeret, uterque inter se dimicavit. Illo profecto, cui melones erant, plures ex Jemanensibus, ut redeuntem percuterent, congregavit. Quod quum fecissent, redeunti vero alii auxilium præstitissent, unus ex Jemanensibus vita privatus est, cujus cædis ulciscendæ causa hi congregati sunt. Tum temporis Damasci præfecturam gessit Ahbd-Alzamadus ben-Ahli. Timore adducti, ne grave et magnum evaderet negotium, viri bene meriti principesque pacem inter utramque partem conciliaturi se conjunxerunt. Primum gentem Banu-Alkain adiere, quibuscum quum sermonem contulissent, hi quod vellent, se facturos esse promiserunt; et Jemanenses, quibus post illos rem exposuerunt, dixerunt, « Redite a nobis, ut consilium ineamus »; tum vero profecti et nocturno impetu gentem Banu-Alkain aggressi sexcentos eorum, secundum alios trecentos, necarunt. Qua clade affecta gens Banu-Alkain Kodhaihtarum et Solaihitarum auxilium implorarunt, sed non impetrarunt; a Kaisitis vero adjuti, cum iis versus Alahwalicum ditionis Balkæ profecti ex Jemanensibus octingentos occiderunt. Multa cædes in utramque partem facta et sæpius pugnatum est. Revocato tum ex Damasci provincia Ahbd-Alzamado ben-Ahli, in eam Ibrahimus ben-Zaleh ben-Ahli missus est. Hoc malum circiter per biennium duravit; ad Batsanijjam pugnatum est, ubi ex Jemanensibus circiter octingenti cecidere. Post multa tandem mala pace composita, Ibrahimus ben-Zaleh ben-Ahli ad Alraschidum profectus est. Animo Jemanenses fovens Kaisitas accusavit; quos tamen Ahbd-Alwahidus ben-Baschar Alnazr e gente Banu-Nazr excusavit. Alraschidus excusatos habens eos reverti jussit. Ibrahimus ben-Zaleh Damasci vicarium constituit filium Ishacum, qui, ut pater, propenso erga Jemanenses animo affectus erat; quam ob causam plures ex Kaisitis cepit, carcere inclusit, et percussis barbam tondi jussit. His rebus permoti multi in fuga salutem posuere. Ghasanitæ impetu facto quendam ex filiis Kaisi Ebn-Alihsa occiderunt, cujus frater nonnullorum e familia Alrawakil apud Hauranum habitante auxilium imploravit, quibus adjutus nonnullos ex Jemanensibus cædit; Jemanenses tum Colaibum ben-Ahmru ben-Aldjanid ben-Ahbd-Alrahman, et hospitem qui apud eum commorabatur, impetu facto occiderunt. Mater occisi quum ejus vestes ante pedes Abu-Alhaidami projiceret, ille dixit: « Abi, ut de re cogitemus; ego autem nil imprudenter faciam [فانى لا اخبط خبط العشوا], donec Emirus ipse advenit. Quum advenerit, ad eum sanguinis causam referemus; et si rem curæ sibi habet, bene est; sin secus, princeps fidelium rei curam impendet. » Ishacus mittens Abu-Haidamum ad se venire jussit, advenientem vero non admisit. Post has res gestas, nonnulli e gente Alrawakil virum ex Jemanensibus, Jemanenses vero virum e gente Salm occiderunt et Bolonbasæ (Bolonbasa, dicit Sojuthius, est regio, oppidulum et arx in tractu Emessæ littorali ad mare sita) incolas prædati sunt. Hi quum gentis Mohareb essent, illi ad Abu-Haidamum se contulerunt, qui, equo conscenso, cum iis ad Ishacum tetendit. Ishacus promissis eos placavit; tum vero, quum retroversi essent, mittens Jemanenses in Abu-Alhaidamum instigavit, qui congregati e porta Aldjabijæ contra illum profecti sunt: Abu-Alhaidamus, paucas contra eos educens copias, illis fugatis Damascum in potestatem suam redegit et omnes in carcerem inclusos dimisit. Hac clade Jemanenses afflicti copias contraxerunt et tribum Calb aliasque auxilio vocarunt. Hi quum auxilia

misissent, Abu-Alhaidamus, rei certior factus, ad Modharitas misit, quorum auxiliis, ubi cum Jemanensibus apud portam *Tuma* appellatam (nomen hæc porta Damasci a vico in Ghuta sito hujus nominis accepit) pugnavit, advenientibus, prælio Jemanenses fracti et altera copiarum parte cum iis congrediente, eodem modo in fugam acti sunt. Auxiliis advenientibus, eum iterum ad portam Tuma aggressi, non minus fugæ se commiserunt, ut uno die quater vincerentur. Copiæ a persequendo ad Abu-Alhaidamum rediere. Ishacus, ne majorem in eos cædem faceret, Abu-Haidamo interdixit. Cui mandato quum satisfecisset, ille ad Jemanenses misit: Virum jam a vobis retinui, aggredimini eum; nudus enim est. Illi, his verbis commoti, a porta orientali eum inopinanter adorti sunt: sed, nuncio auxilii petendi causa adveniente, Abu-Alhaidamus, cum familiæ suæ equitibus profectus, hostes prælio fugat; et nuncio adlato, alterum hostium agmen versus portam Tuma procedere, eos quoque in fugam conjecit. Jemanenses post hanc cladem Jordanis Aldjaulanique populi et tribus Calb auxilium imploraverunt. Abu-Alhaidamus, rei certior factus, speculatores, qui eorum motus indicarent, misit: sed, nullo posthac nuncio misso, contra eum, a latere quod ob ædificia ibi exstructa ab hostium incursu securum habebat, profecti sunt; et, medio die nemine hostium apparente, quum, sociis in oppidum dimissis, ipse procubitores relinquens urbem intrasset, Ishacus, re cognita, missis, qui ædificia destruerent, Jemanenses transire jussit. Quod quum fecissent, procubitores illi, qui apud portam *Alzaghir* dictam erat, rem nunciant; dum Jemanenses urbem intrantes in eum invadunt. Ille autem, pedem non referens, nonnullos ex suis in hostem a tergo invadere jussit; qui quum mandata peregissent, Jemanenses, *insidiæ! insidiæ!* clamantes, in fugam se convertere, ita ut Abu-Alhaidamus armis et equis potiretur. Initio mensis Zafari Ishacus copias in unum locum convenire jussit. Ad locum *Kazr-Alhadjdjadj* appellatum (est locus magnus extra Damascum a latere portæ Alzaghir) castra posuere. Ad Abu-Alhaidamum, qui socios rei certiores fecerat, gens Alkain aliique convenerunt; Jemanenses autem cum Ishaco se conjunxerunt. In prælio tum a parte copiarum commisso Jemanenses fugati pluresque eorum occisi sunt; Abu-Alhaidami socii autem partem vici Aldarijja (est vicus magnus ditionis Damasci in Ghuta situs, ubi sepulcrum Abu-Solaimani Aldarani, quo homines iter sacrum suscipiunt) diripiunt et flammis delent. In pluribus posthac præliis commissis semper Jemanenses fugam capessunt, ita ut filia Aldhahhaci Ebn-Raml Alsacseci, quæ a tribu Iemen originem ducebat, ab Abu-Alhaidamo securitatem petat, quam concedit et scripto confirmat; Jemanensium vicos in tractibus Damasci prædatur et igni cremat. Quam rem quum Jemanenses viderent, Ebn-Charedja Aldjerschi, Ebn-Ghassa Alchaschemi, vicus Alausah (est vicus ante Damascum a latere portæ Alfaradis), Alaudhab et Mukra (vel Makra, est vicus ditionis Damasci), nec non populus vici Cofr-Susija *(ibidem)* et Alhomairijun (est locus vel vicus extra Damascum ad canales situs), in ejus fidem se receperunt. Hominibus in otium venientibus et securitate gaudentibus, Abu-Alhaidamus suos dimisit, paucos solummodo ex Damasci incolis apud se retinuit: qua re incitatus Ishacus ejus invadendi desiderium concepit; copiis, ut eum adorirentur, veniam dans, Alahdaferum cum copiis misit. Prælio commisso, Alahdaferus fugatus est: sed inter copias et Abu-Alhaidamum a meridie usque ad vesperam acrier pugnatum est, quadringentis vulneratis, nemine occiso. Hæ res medio Zafari gestæ sunt. Sequenti die non ad vesperam dimicatur. Fine hujus diei Ishacus copias adduxit, et tota nocte, cum iis qui in oppido erant, pugnavit. Matutino tempore prælium inter utramque partem redintegratum est. Copiarum numerus decem millia erat, exceptis Jemanensibus, qui se cum iis conjungebant. Abu-Alhaidamus suos ex oppido educens dixit: « Descendite. » Mandata fecere et ad portam Aldjabija, donec hostes ab ea repellerentur,

pugnatum est. Quum interim nuncius adferretur, partem incolarum Emessæ vicum, qui Abu-Alhaidami erat, diripere, hic turbam ex suis contra eos misit, qui Emessæ incolas prælio fuderunt, multisque eorum necem pararunt. Victoriis his potiti, vicos Jemanensium in Ghuta valle sitos, domosque flammis vastarunt. Post has res gestas plus quam septuaginta dies bellum quievit. Initio mensis Rabihæ prioris ab Alraschido Alsendius missus cum exercitu advenit, quem Jemanenses ad eum profecti contra Abu-Alhaidamum excitarunt; Abu-Alhaidamus vero, se ei obsequium tribuere, nuncium misit. Alsendius Damascum intravit, dum Ishacus in domo Alhadjdjadji erat. Mane diei sequentis Alsendius ducem cum tribus millibus misit, contra quos Abu-Alhaidamus mille exire jussit, quos videns dux rediit et dixit: « Concede illis quod velint; vidi enim » homines qui mortem vitæ præferunt. » Quam ob causam cum Abu-Alhaidamo pacem composuit et populo Damasci veniam concessit. Tum Abu-Alhaidamus Hauranum profectus, Alsendius tres dies Damasci commoratus est. Ihsa ben-Musa, qui Damasci præfectus constitutus erat, adveniens Abu-Alhaidami incuriam pro præda habuit, et, qui eum adducerent, milites misit. Quos, quum in domum ejus impetum facerent, ipse cum filio Choraimo et servo quodam suo exiens, in fugam conjecit, ut ex periculo eriperetur. Fama vero rei permoti equites ad Abu-Alhaidamum ex omnibus regionibus convenere, quibuscum Bozram tetendit (est caput Haurani tractus), et in extremitate Alladjæ (est nomen quod datur luto nigro in terra Zarchad, in quo multa arva sunt), pugna Musæ copias vicit. Inde profectus, quum mane diei sequentis quinque equites advenientes cum eo collocuti essent, mandata dans suos reliquit. Hæ res decimo ante finem Ramadhani anni 177 gestæ sunt. Nil præterea addit. De hujus belli civilis causis *videas* et Abulphed. *t. II, p. 64*. Quod si vero nostrum cum Abulpheda compares, dissensio inter hos auctores esse videtur. Res vero aliter se habet: plura enim bella civilia erant, ita ut Musa ben-Jahja bello, qui anno 176 exarsit, finem imponeret; Djahfarus ben-Jahja ben-Chaled autem anno 180, cum copiis, armis et pecunia in Syriam profectus, hunc iterum exortum tumultum sedaret. Nec vero bellum omnino extinctum esse videtur, nam anno 188 rursus geri incepit; sed cura Alraschidi jam eodem anno confectum est (cod. A. Th.). Abulpheda pro نزارية *Nasaritæ*, habet المضرية *Modharitæ*, quos et بنى قين *Banu-Kain* appellat. Bar-Hebræus, Chron. *p. 134*, qui hujus belli levem facit meutionem, *Kaisitas*, ut cod. A. 659, *fol. 135 r.*, appellat. Locus modo adductus ex codice A. Th. hæc nomina explicat. (Conf. Tab. Syr. *p. 17*.)

(92) Ismahiles ben-Zaleh in patris sui palatio Bithjas extra Halebum natus est. Anno 182, ex Ægypti provincia, qua ab Alraschido, quum coram eo cantasset, ornatus erat, et cui per sex annos præfuisse dicitur, revocatus, Kinnesrini et Alahwazimi provinciam obtinuit. Intimam cum Alfadhlo ben-Jahja ben-Chaled amicitiam exercebat, quæ tanta erat, ut quum Alfadhlus cum Alraschido Raccæ esset, ille Ismahilem, qui tum temporis Halebi esset, ad se venire invitaret. Advenienti autem, ob gravissima, quæ intermissionem non paterentur, negotia impeditus, quum ipsum videndi facultatem non statim concederet et hic offensus Halebum rediret, imo versibus acerbissimis de injuria sibi inlata quereretur, multum aberat, ut Alfadhlus ei amicitiam renunciaret, ut potius ejus animum centum millibus denariorum, quorum singuli decem dirhemorum pretio signati essent, missis recuperare vellet. Secundum librum inscriptum تاريخ الامير مختار الملك المسبحى, die Jovis septimo mensis Ramadhani anni 181, ab Alraschido Ægypti provinciam obtinuit. Ejus loco Auhnus ben-Wahab Alchorai usque ad quintum ante finem h. m., quo die ipse Mizrum pervenit,

preces publicas fecit (cod. A. 659, *fol. 141*). Quum Alraschidus diem obiret, Menbidjo præfuisse videtur (sed lectio incerta est). Minor natu filiorum patris poëta, generosus fuit, in cithara pulsanda cantuque excelluit. Per maximum vitæ spatium Halebi degens, ibi diem supremum obiit (cod. Ar. 726, *s. h. v.*).

(93) Codex A. Th. filium Ahbd-Alrahmanum appellat, et dicit, non solum hunc, sed et patris scribam Kemamam ad Alraschidum detulisse. In carcerem eum apud Alfadhlum ben-Alrabiah inclusit; postea vero, quum Ahbd-Allahus ben-Malic, qui cohorti prætoriæ præerat, virum insontem esse, Alraschido dixisset, hic, si probaret, se eum e carcere dimissurum promisit. Ahbd-Allaho rem non probante, sed ut eum modo honorifico in vinculis retineret, suadente, Alraschidus Alfadhlum ben-Alrabiah misit, qui, quid viro opus esset, cognosceret. Omnia Alraschidus administranda curavit. Codex rem amplius, quam fecimus, exponit.

(94) Hic loquendi modus significat: « Pro Dei causa eum in bellum sacrum proficisci jussit, ut, si occideretur, Deo sacratus esset. »

(95) Anno 187 in Ægypto precibus faciendis præfectus est. Die lunæ quinto ante finem Djumadæ posterioris ejus anni Mizrum pervenit. Ex hac provincia die lunæ decimo-octavo mensis Schahbani anni 189 revocatus est, succedente Abbd-Allaho ben-Muhammed Ahbbasida. Per duos annos, mensemque vel mensis dimidium, provinciam administravit (cod. A. 659, *fol. 146*).

(96) De hoc viro *vid.* Abulphar. *p. 231.* Diem obiit mense Schahbani anni 203 (cod. A. Th.).

(97) Hic loci in margine codicis adnotatio, quæ Almuhaitheri rebellionem explicat, legitur; sed tali modo mutilata est, ut sensum integrum ex ea eruere non possim.

(98) Raccæ enim sedem habebat (cod. A. Th.).

(99) Hic Alwalidus ben-Tharif Altaghlebi anno 178 in Mesopotamia rebellavit, et, Ibrahimo ben-Chasim ben-Chusaimah in Nisibi, in quem incursum inopinatum fecerat, victo, in Armeniam magnis cum copiis tetendit. Anno 179 ex Armenia cum magno exercitu versus Mesopotamiam castra movit. Alraschidus contra eum Jasidum ben-Jasid Alschaibani (cod. A. Th. Jasidum ben-Masid ben-Jasedah Alschaibani), qui anno 185 in oppido Bardsaah (est in extremo fine Aderbidjanæ situm, hujus provinciæ caput) fato functus est, cum exercitu misit, qui primum per aliquod temporis spatium cum eo congredi dolo evitans, tum apud oppidum Hit (situm est ad Euphratis ripam supra Anbarum in deserti latere) incautum aggressus, prælio vicit, victum occidit et caput ad Alraschidum misit (cod. A. 659, *fol. 138*).

(100) De Thahero *vid.* Abulphar. *p. 240 sqq.* Ex eo Thaheridæ nomen traxerunt, quorum imperium persice descriptum ex Mirchondo, Viennæ, sub titulo *Hist. priorum regum Persarum post firmatum in regno Islamismum*, editum est anno 1782. De iis quæ sequuntur, ex codice P. B. addendum est: « Quum » imperium Mamuni post Alamini cædem stabilitum esset, ad Thaherum, Bag- » dadi tum temporis commorantem, nomine Mamuni mandatum missum est: » Mesopotamiæ, Mosulæ, Syriæ, Ægypti omnibusque Africæ provinciis te orna- » tum vult ea conditione, ut statim Raccam proficiscaris et Nazri ben-Schabib » [Schabets], qui in illa regione obsequium in chalifam exuit, caput Bagda- » dum mittas. » Chorasanæ provincia Hartsemæ tradita est.

(101) De hoc loco in Sojuthio legitur: كيسوم بالسين مهملة قرية من اعمال سميساط فيها سوق ودكاكين وافرة وفيها حصن كبير على تلعة « Cisum, vicus ditionis Somaisathæ, forum et multas officinas habet. In ea arx magna in colle exstructa est. »

(102) Mirchondus in libro citato (Hist. pr. reg. Pers.) cum nostro non convenit, dicens : جون خبر وفات طاهر بسمع مامون رسيد در شهور سنة تسع ومايتين جهت طلحه مثال وتشريف فرستاده حكومت خراسان را براى ورافت ورويت او مفوض كردانيد. Sed vox تسع *novem* ex vitio pro سبع *septem* orta esse videtur; nam cum nostro codex A. 659, *fol. 166* (qui provinciæ ejus initium anno 105 fuisse narrat), et Abulpheda, qui eum ex febri obiisse refert, consentiunt.

(103) De arce Alcofr nil relatum legi; de arce Hunac Sojuthius hæc habet: الحناك بالكسر واخره كاف من قرى دمار (ا. ذمار) باليمن وحناك بالضم حصن كان بمعرة النعمن وكان حصينا خربه عبد الله بن طاهر بعد المايتين فيما خرب من حصون الشام. « Alhinac in provincia Iemen ex vicis Dimari (*l.* Dsimari; est vicus in hac provincia duorum dierum spatium a Zanah distans. Sunt qui dicant, Zanaham hoc nomen habere); sed Hunac arx munita apud Maahrram-Alnohman erat, quam Ahbd-Allahus ben-Thaher post annum ducentesimum, quum plures Syriæ arces vastaret, destruxit.

(104) Nomen, quod apud nostrum نصر بن سبث legitur, apud Mirchondum (*vid.* Hist. prior. reg. Pers. *p. 77*, et Bar Hebræi Chronic. Syriac. *p. 144 sq.*) et alios نصربن شبيب scribitur, sed falso: in codice A. Th. enim nomen singulis litteris, ut apud nostrum scribitur. Codex A. 648, *f. 68*, narrat: « Ahbd-Allahus » ben-Thaher post bellum quinque annorum Nazrum ben-Schabib [Schabets], » qui Mesopotamia Syriaque potitus erat, in arce Cisum ditionis Halebi, Euphrate » trajecto, obsedit, eumque (anno 209, cod. A. Th.) securitatem petere coëgit. » Captum Ahbd Allahus Bagdadum misit, quo mense Zafari anni 210 pervenit.

(105) In codice A. 659 præfecturæ Thaheri in Ægypto nulla fit mentio, sed narrat *(f. 165 sqq.)*: Die Martis nono mensis Schahbani anni 206, quum, mortuo fratre Muhammede ben-Alseri (cod. 640, *f. 11 v.*, habet عبد السرى vit.), ab exercitu Ohbaid-Allahus ben-Alseri Ægypti præfectus creatus obsequium in Mamunum exuisset, hic Ahbd-Allahum ben-Thaher contra eum misit, qui ex Iraca profectus Ægypto appropinquavit. Cujus rei Ohbaid-Allahus certior factus copias armat et castra fossa cingit; mox vero extra Ægypti fines copias producit, ibique cum Ahbd-Allaho confligit. Ab utraque parte acriter pugnatur; tandem vero Ohbaid-Allahus, in fugam conjectus, interiores Ægypti regiones munimentis se defensurus cum parvo militum numero petit. (Codex 640, quocum codex A. Th. consentit, rem aliter narrat. Post bellum Nazri ben-Schabib [Schabets] finitum, Almamunus Ahbd-Allaho mandatum misit, ut in Ægyptum, qua Ahbd-Allahus ben-Alseri (ita habet codex) potitus erat, proficisceretur. Ahbd-Allahus, cum eo prælio dimicans, victoriam reportavit, ita ut sociorum ejus major pars in fossam, quam se defendendi causa fecerat,

9...

se conjicere cogeretur. Tum in oppido Fosthato Ebn-Alserius oppugnatus ad Ahbd-Allahum dona misit. Captivus factus Bagdadum mittitur, quo septimo die ante finem mensis Redjebi anni 211 pervenit.) Ibi ab Ahbd-Allaho obsessus et in tantas, ut mors ei immineret, angustias pulsus, nocte amplissimis donis missis, oppidum ea conditione, ut, quas ipse faceret conditiones, Ahbd-Allahus impleret, se traditurum esse promisit. Donis vero ab Ahbd-Allaho remissis pacem sine conditionibus petit. Ahbd-Allahus pacem cum illo confirmavit, ille exivit, dona dedit et in obsequium juravit. His rebus gestis, in mensis Zafari fine anni 211 die Martis Rabihæ prioris Mizrum intravit, nec vero prius exercitum dimisit, donec medio mensis Djumadæ prioris Ohbaid-Allahus ad Mamunum profectus erat. Anno 212, quum copiæ Hesperiæ ex Andalusia venientes duce Abu-Hafzo Alexandriæ appulissent, contra eos profecturus exercitum armavit; nec vero a pugna destitit, donec eos ex Alexandria depulisset, qui, secundum aliorum opinionem (quibuscum cod. A. 640, *f. 71*, consentit), timore impulsi ante ejus adventum recessere. Codex A. Th. habet: Ahbd-Allahus ad eos, ut in obsequium jurarent, legatos misit. Faciunt mandata, et ea conditione, ut in aliquam terram, quæ ditionis Muhammedanorum non sit, abeant, pacem petunt et impetrant. (Ibn-Alkauthija in Historia expugnationis Andalusiæ (cod. A. 706, *f. 21 v.*) eos quindecim millia ex numero incolarum Cordovæ suburbii, qui contra Alhacimum rebellaverant, et conditione, ut sedes relinquerent, pacem impetraverant, fuisse narrat, qui vero ab aliis auctoribus multum discrepat. Dicit enim, quum lanius sociorum aliquem in facie vulnerasset, majorem incolarum partem gladio occiderunt. Alraschidus, hujus rei nuncio adlato, Hartsemam ben-Ahjan Alhadjib misit, qui magnis pecuniis datis oppidum ab iis redemit. Iis quoque conceditur, ut ubi in Ægypti ditionibus vel maris insulis vellent, sedes figerent. Cretam eligunt.) Fugientes Cretam perveniunt, ibique sedes figunt, ubi proles eorum usque ad tempora nostra habitat. Ahbd-Allahus post eorum discessum mense Djumadæ posterioris rediit, et de templo magno amplificando mandata dedit, quod duplo majus factum est. Quarum rerum Mamunus certior factus versus a nostro citatos ei scripsit. Quum per annum, quinque menses decemque dies provinciam administrasset, quinto ante finem Redjebi anni 212 successorem sibi constituens Ihsam ben-Jasid Aldjeludi, mari iter Bagdadum ingressus est, ibique in adventu a Mamuno, qui anno 211 ei, ut adveniret, scripserat, magno honore exceptus est. Secundum librum inscriptum بغية الطلب فى تارخ حلب, anno 182 natus et bene in pueritia instructus, Alcorani jurisque scientiæ operam dedit. Magistris Wakia et Ahbd-Allaho Almamuno usus et in scientiis et poësi excelluit. Ægyptus prima, quam tenuit, provincia fuisse dicitur; quem tamen, ut narrat codex A. 659, *f. 164*, Mamunus jam anno 205 Mesopotamiæ præfectum creaverat. Hic melones Ahbdaliticos, qui ex eo nomen العبدلى *[Alahbdali]* traxerunt, primus plantasse fertur. In oppido Merw anginæ morbo, qui tres duravit dies, oppressus diem obiit. Antea ad Deum se convertens, loca voluptati dedicata destruxit, testamento bona legans hospitia exstruenda curavit et a Turcis pro decies centenis millibus dirhemorum captivos redemit. Justitiam erga subditos colens, ab iis amatus et veneratus erat, puræ Muhammedis religionis fautor, fortis et audax in præliis. In thesauro suo quadragies centena millia dirhemorum, iis exceptiis pecuniis quæ in thesauro publico erant, reliquit. Codex A. Th. dicit: Anno 205 Ahbd-Allahus ben-Thaher ex Racca, ubi pater eum vicarium, cum mandato Nazri ben-Schabets debellandi, constituerat, Bagdadum pervenit. Ibi a Mamuno cohortis prætorianæ dux creatus anno 206, secundum alios, jam anno 205, Ægypti provincia cum imperio contra Nazrum ornatus est.

(106) Hi versus in codicibus 640 et 659 leguntur. Prior omittit in fine versus الله لك, posterior habet ذلك pro ذاك. Spe adducti fore, ut qui his litteris operam dent, non ægre id ferant, horum versuum metrum, in aliis breviores, paulo ampliore modo explicamus. Versus sunt carminum generis الهزج nominati, quod ad circulum الدايرة المجتلبة pertinet, qui مجتلبة ob frequentem usum nominatus videtur. Circuli autem nomen inde ductum est, quod Arabes metri normam in circuli formam componunt (Clerici Prosodia Arabica, *p. 9*). Senarii (مسدس) genus est, quippe versus pedem (quem Arabes جزو appellant, quia versus sectio, pars est) مفاعيلن ◦ — — — sexies repetitum habeat. Pes مفاعيلن duabus partibus consistit, quarum prior est مفا, quæ *paxillus conjunctus* وتد مجموع appellatur : *paxillus* nominatus, quia pedes versus [بيت] sunt tanquam tentorii, quocum versus comparatur, paxilli; *conjunctus* autem, quum e tribus litteris, quibus paxillus compositus est, priores motæ sint [متحرك] (vocali nempe gaudent), tertia quiescente (*i. e.* vocali destituta); quo fit, ut duæ syllabæ conjungantur (non separentur ut مُشتَقّ, in quo תּ جزم, secundum hujus verbi significationem, in syllabis separationem producit, eodem modo ut in voce سال [fluxit] תּ *eliph quiescens*). Altera pars عيلن duabus chordis [اسباب] consistit : litteræ enim عي et لن chordæ nominatæ sunt, eadem ratione qua, syllabas مفا *paxillum* nominantes, usi sunt. Non omnes versus nostri regulæ conformes sunt, sed pedum mutationes admittunt, quæ aut زحاف [pedis cameli lapsus], aut علة [morbus] appellatur. Versuum nostrorum mutatio ad eam, cui زحاف nomen est, pertinet; et quum in pede littera septima abjiciatur, vocali manente, ut ex مَفَاعِيلُنْ fiat مَفَاعِيلُ (ex ◦ — — — fit ◦ — — ◦), huic mutationi كف nomen est, ut videtur, quia pes restrictione adhibita clauditur. Omnes autem pedes mutationem hanc admittunt, et in ultimo versus pede (qui nomen habet الضرب [fixio tentorii] vel quoque العجز, *i. e.* postica rei pars et puppis navis, oppositus primo versus pedi, qui الصدر, *i. e.* initium rei et prora navis, appellatur), hæc mutatio, abjecta ipsa vocali, ut مَفَاعِيلْ ◦ — — fiat, tanquam regula observanda est. Versus in duo hemistichia مصراعان (quia per duas januæ biforis partes in tentorium vel versum introitus est) nominata, dividenda sunt. Finis priorum hemistichiorum in verbis شي – امر – ومولاى et ذاك est. Littera ه in fine nil valet, semper quiescit; نَعْمَاةْ et eodem modo תּ ى in voce مَوْلاَىْ, ut prius versus primi hemistichium cum posteriore ejusdem versus simili exitu claudat. Syllaba لْ in voce الله longa est, ut in voce لكن. Hebraice לאכן, ob litteram *eliph* omissam; vox enim الله nil aliud est, quam أَلْ إِلاَهٌ numen articulo definitum, postea contractione adhibita et littera ا *eliph* omissa. In lingua Hebraica prolongatio littera ו in voce אלוה indicatur quæ in lingua Arabica *phata* perpendiculari indicari solet. Hinc factum, ut syllaba ه non idem valeat, quam pro-

nominis, quippe quod ex voce هو, Hebr. הוא contractum semper longum sit. Metri norma est:

مَفَاعِيلُنْ (مَفَاعِيلُ .v) مَفَاعِيلُنْ (مَفَاعِيلُ .v)   ∘ – – ⏑ | ∘ – – ⏑
مَفَاعِيلُنْ (مَفَاعِيلُ .v)   مَفَاعِيلْ   ∘ – – ⏑ | ∘ – –

(107) Codex A. *659*, *f. 173*, habet: Anno 213 Almamunus filio suo Alahbbaso Mesopotamiæ provinciam dedit (conf. Elmac. *p. 137*); codex A. Th. addit Aitsoghuri et Aiahwazimi provinciam; fratrem Almohtazimum Ægypto Syriaque ornavit: habet præterea pro quingentis millibus denariorum, totidem dirhemos, quos his duobus et Ahbd-Allaho ben-Thaher solvi jussit.

(108) Ishacus ben-Ibrahim ben-Muzahb ben-Dsoraik Abu-Ohmarus ben-Aihusain anno 205 Bagdadi præfectus a Mamuno constitutus erat. Anno 234, quum Mutawacciius Ihtadjo, additis Ægypti, Cufæ, Hedjasi Tehamæ, Meccæ Medinæquæ provinciis, irasceretur, Ishaco ben-Ibrahim ut, si posset, secreto eum in vincula conjiceret, scripsit. Quo facto Ishacus siti eum occidit. Bagdadi præfecti prætorio munus a regno Mamuni usque ad annum 235, quo diem obiit, succedente filio, tenuit. Fuit liberalis, multum laudatus, cognominatus صاحب الحسر [hebes visu]. Eo præside litterati tentabantur, ægre id quidem ferentes, quum durus, superbia elatus, ingeniique difficilis esset. (Cod. A. 659, *f. 164*, *175*, *196*; cod. A. 638, ad an. 235.)

(109) De hac expeditione *vid.* Abulphed. *t. II*, *p. 152*.

(110) ابلينا عداونا. Hic loci observandum est, in codice nostro loco τὸ *eliph* sæpius conservari τὸ *je*.

(111) لا, ولا كرامة. Negationem perfectam hæc verba indicant, partem et totam rem negant. Reiskius ad Abulphed. *t. I*, *p. 398*, horum verborum explicationem dedit, cui vero assentire non possumus. Contrarium hujus negationis est حُبًّا وَكَرَامَةً, quæ verba partem et totam rem concedunt, ita ut لا ولا كرامة sit pro لا حبا ولا كرامة. Veram hujus formulæ explicationem in Kamuso legimus sub voce حب: حباب الما والرمل معظمه كحَبَبِهِ وحِبَبِهِ او طرايقه او فقاقيعه التى تطفو كانها القوارير والخشبات الاربع يوضع عليها الجرة ذات العروتين والكرامة غطا الجرة ومنها حُبًّا وكرامةً والحُبّ الجرة او الضخمة منها. « Quum dicis حباب الما والرمل, hæc verba magnam earum partem significant, ut voces حَبَب et حِبَب, cum his verbis conjunctæ, vel viæ his impietæ, vel bullæ aquæ, quæ supernatant, quasi ampullæ vitreæ sint, et quatuor ligna in quibus situla duabus ansis prædita collocatur. Et vox كرامة situlæ tegumentum significat, unde loquendi modus حُبًّا وَكَرَامَةً ortus est. Et vox حُبّ situlam vel copiosam ex iis significat. » Voces لا, ولا كرامة, ad verbum, *nec situla nec tegumentum* significant; nam in priore لا addendum est حُبًّا.

(112) De morte Mamuni *videas* Abulphar. *p. 245;* Abulphed. *t. II, p. 156 et 680, not. 153;* et Mirchondum in Chrestomat. Wilkenii cel. *p. 112 sq.* Quæ tamen ultima verba Mamuno apud Mirchondum et Abulpharagium tribuuntur, pæne eadem ab Elmacino, *p. 146,* Watseki ultima afferuntur: يا من لا يزول ملكه رحم من زال ملكه. « O tu cujus regnum non finit, miserere cujus regnum finivit.

(113) De voce *Badendun* Lexicon geograph. Sojuthii habet: بدندون قرية بلاد الثغور بينها وبين طرسوس يوم مات بها المامون ودفن بطرسوس « Badendun vicus provinciæ Altsoghuri, inter quem Tharsumque diei iter est. Ibi Mamunus diem obiens Tharsi sepultus est ». (Conf. Reisk. ad Abulphed. *t. II, p. 680.*)

(114) Codex A. 638 et Th. ad annum 223 rem explicant. In hac expeditione bellica Alahbbasus ben-Almamun cum pluribus in Almohtazimo de improviso occidendo convenit. Ahdjifus ben-Ahnbesah, unus ex ducibus Mamuni (medii agminis dux. Quum Almohtazimus Græcorum regiones invaderet, ægre tulit, quod cum aliis ducibus in auxilium incolarum Sibtheram (oppidum est inter Malatiam et Somaisatham) contra Græcorum regem misso ipsi non eandem quam Afschino in expensis potestatem dedisset), quum semper, quod patruum chalifam agnoverit, improbaret, eum, ut pœnitentiam post patris obitum non occupati imperii ageret et de improviso patruum occidere promitteret, induxerat. Haretsum Samarcandensem virum sibi intimum misit, qui pro ipso fidei jusjurandum occulte recepit, quibus fidem habens, quum patruum suum occidisset, quos ex principibus sociorum Almohtazimi, ut Alafschinum, Aschnasum aliosque ex primoribus necarent, indicavit. Quum igitur in Græcorum regionibus essent et Ancyram indeque Ahmmurijjam proficiscerentur, Ahdjifus Alahbbaso, ut, in illis angustiis patruo occiso et fidei jurejurando accepto, Bagdadum reverteretur, consuluit. Alahbbasus respondit, se nolle hominibus expeditionem irritam facere. Ahmmurijja expugnata, quum homines in præda occupati essent, idem ei Ahdjifus repetit consilium, quod in viarum angustiis se facturum pollicetur. Almohtazimus vero in reditu rem cognoscens, ut sibi caverent, corporis custodes augerent et maximam curam adhiberent, imperavit, et Haretsum Samarcandensem, quæ res esset, interrogavit. Rem hic affirmat, et se a pluribus Emirorum, quorum nomina citat, pro Alahbbaso jusjurandum accepisse edicit. Almohtazimus de veritate dicti dubitat, et plures Emiros fuisse, putat. Interim advocatum patruelem vehementer iratus in vincula conjicit et ignominia afficit; non multo post autem se veniam dedisse simulans, eum ex carcere dimissum nocte ad potum in aulam invitat et advenientem in recessum secum abducit. Ibi poculum largiter propinans, ut, quid facere decreverit, exponat, ab ebrio petit. Ille rem a verbis Haretsi non diversam narrat. Almohtazimus matutino tempore, ab Haretso adducto, quæ sit res, iterum quærit. Idem quum repeteret, Almohtazimus dixit: Bene te: te occidere animus me impulit; sed, quum tanta erga me veritate usus sis, tui occidendi ratio deest. Patruum in vincula conjectum Alafschino tradit (ex quo clarum est, causam cædis Alafschini a Reiskio, *p. 686,* in notis ad Abulphed. *t. II,* adductam probari non posse); Ahdjifum autem aliosque singulos vario modo necat. Alahbbasus ben-Almamunus Menbidji mortuus et sepultus est. Almohtazimus ei in suggestibus maledici jussit et eum maledictum nominavit.

(115) Codex A. 638 ad ann. 228 (conf. et cod. 659, *f. 188*) narrat: Anno 228

Watsikus Aschnasum Turcam in imperio vicarium sibi creavit, quem primum Chalifarum, qui in chalifatu vicarium sibi constituerit, fuisse puto. Sed placet ex codice A. 728 cum aliis collato ejus vitam succincte narrare. Aschnasus Turca dux celeberrimus cum Almamuno in bellum sacrum proficiscente Halebum pervenit, et missus contra arcem Sendes (سندس huic tamen voci videtur vitium inesse), ejus præfectum ad Mamunum adduxit. Quum Almohtazimus Ahmmurijjam expugnaret, primam ejus aciem ducebat (Codex A. 638, in quo res amplius describitur, dicit: Quum Almohtazimus exercitum suum in partes tres dividisset, ipse medium ducens agmen, dextræ alæ Alafschinum, sinistræ Aschnasum præfecit. Aschnasus primus erat, qui die Jovis quinto mensis Ramadhani anni 223 ad Ahmmurijjam pervenit.) Codex A. 726 narrat: Quum Ahmedes ben-David ob verba ipsi nunciata de Afschino irasceretur, Almohtazimo exercitus inter Afschinum et Aschnasum dividendi consilium dedit. Quod quum Almohtazimus fecisset, maxima in eum Alafschinus ira exarsit. Anno 224 Alhusaino ben-Alafschin filiam suam Baterdjam in matrimonium collocavit (cod. A. 638 ad h. a.). Alwatsikus regnans Mesopotamiæ, totius Syriæ, Ægypti et Africæ provinciam ei tradidit et in eam proficiscentem duobus balteis gemmis distinctis ornavit (cod. A. 659, *f. 188*; cod. A. 638 ad. a. 228). Ejus autem quod Almohtazimus dono ei dedit, summa quadragies centena millia dirhemorum est. Secundum Ebn-Abi-Alanharum, mense Rabihæ anni 230 diem obiit (cod. A. Th. et Abulpheda, novem dies post Ahbd-Allahum ben-Thaher; codex A. 659, anno 230, quum circiter duodecim annos Ægypto præfuisset). Secundum aliorum opinionem, anno 252, relinquens quingenta millia dirhemorum, quæ Almohtassus sibi vindicavit, diem supremum obiit. Vino deditus, quum ebrius esset, durum malignumque se gerebat: quam ob causam ab uxore, quæ ejus imperium exercebat, dura sæpius pœna afflictus est. In quibus noster cum aliis dissentiat, nemo non videt.

(116) Baltei descriptio in Kamuso legitur: الوشاح بالضم والكسر كرسان من لولو والجوهر منظومان يخالف بينهما معطوف احدهما على الاخر او اديم عريض يرصع بالجوهر تشده المرءة بين عاتقيها وكشحيها ج وُشُح وأَوْشِحَةٌ ووَشَائِحُ. « Vox وُشاح vel وِشاح significat duas margaritarum gemmarumque series, inter quas interstitium est, una super altera pendente; vel corium rubrum, latum, gemmis distinctis, quod mulier inter humeros lateraque alligat. Pluralis formas وُشُح، أَوْشِحَة et وَشَائِح habet » (*vid.* et cel. Reiskium in not. ad Abulphed. *t. II, p. 689*).

(117) Hic Muhammedes ben Zaleh anno 229 ab Alwatsiko Medinæ præpositus est.

(118) Vox سماقه originis Chaldaicæ vel Syriacæ est, a radice Chaldaic. סמק, Syr. ܣܡܩ, *ruber, rubicundus fuit*. Adjectivum סוּמָק apposito articulo א esse videtur. Idem cognomen in Vita Timuri, ed. Mang. *t. II, p. 92 et 396*, legis.

(119) Ex nostro loco aliquam inter voces برطيل et رشوة differentiam esse intelligitur. In Kamuso nulla; dicit enim: برطيل بالكسر حجر او حديد

طويل صلب خلقة تنقر به الرحى والمعول والرشوة. Inter has voces nobis illud interesse videtur, quod الرشوة sponte judicibus dono daretur, برطيل autem ut jussum ex officio, ut post hoc tempus voce, quæ Græcæ originis esse videtur (ex vocibus παρὰ τέλος contracta, ut tanquam tributum datum sit; ob quam causam vox cum *phata* in initio, ut in codice nostro, non cum *kesre* vocali potius efferenda esse videtur), uterentur. Vox enim برطيـــل, quamvis et in Persica lingua usitata sit, in hanc ex Arabica vel Græca translata esse videtur.

(120) Voci اوقع in lexicis significatio τῶ *decreto jubere* non datur; sed formam secundam وقّع hane habere significationem, jam S. de Sacy viro illust. in nota (5), *p. 54*, *p. II*, *Chrestomathie Arabe*, probatum est. In Alcorano, *sur. IV*, *v. 98*, verba leguntur فقد وقع اجره على الله « Hujus præmium Deo officium » factum est. » Et licet hi loci paulummodo diversi sint, quum in uno præpositio على personæ, in altero rei tribuatur, attamen modo, quo Alcorani commentarius auctore Beidhawio locum explicat, lux afferri videtur; dicit enim: الوقوع والوجوب متقاربان والمعنى ثبت اجره عند الله ثبوت الامر الواجب « Significationes verbi وقع et وجب [necessarium est] simillimæ sunt; et sensus est: Præmium apud Deum certum est, ut certitudo rei necessariæ. » Voces اوقع عليه هذا الاسم, verbis explicari possunt اثبت عليه هذا الاسم ثبوت الامر الواجب, et hoc idem est ac *decreto jubere*.

(121) Metrum horum versuum breviore explicare placet modo, dum, ne nimia amplitudine lectores fatigemus, veremur. Metrum est من البحر الكامل *circuli* المؤتلفة dicti. Pedem متفاعلن ◡◡ — ◡ — sexies, ut senarius versus sit, repetitum habet. Hujus versus pedes plures mutationes permittunt, quarum usitatior est, pedem مُتَفَاعِلُنْ ◡◡ — ◡ — in مُتْفَاعِلُنْ — — ◡ — contrahere, ut pes fiat مُسْتَفْعِلُنْ — — ◡ —, quæ contractio voce technica الاضمار et pes contractus المضمر appellatur. Pes quoque, abjecta littera finali ن cum vocali antecedente, ut مُتَفَاعِلْ vel مَفْعُولُنْ — — — fiat, mutatur. Vocalis finalis in versibus his efferenda non est, ut الاروضْ &c. legendum sit. Versus autem cum pede مُتَفَاعِلْ vel مَفْعُولُنْ — — — finiunt, excepto secundo, in quo pes مُتَفَاعِلْ ◡◡ — — versum claudit. Contra usitatiores metri hujus regulas esset, quod τὸ *eliph* articuli in voce الحاعل cum *wezla* efferres, ut pes — ◡ — alterum hemistichium inciperet; licentia poëtica mutandæ litteræ *eliph* cum *wezla* in litteram *eliph* cum *hamsa* adhibita est, quæ et poëtarum more, ut semper prius primi versus hemistichium simili modo quam posterius claudat, ita ut vox المُتَنَكِّسْ non cum vocali in fine, sed cum *djesma* المُتَنَكِّسْ efferenda sit,

necessaria facta est. (Conf. S. de Sacy, *Gramm. Arabe*, t. II, p. 371.) In tertio versu forma antiquior الاله, apud poëtas non inusitata (Historia Joctanidarum Schultens. ed. *p. 126*), pro الله scripta est. In versu quarto prius *eliph* vocis اباوه longum est, quippe quod ex duobus contractum sit. Hemistichia in verbis ابــاوه et نعمة-ين - المتنكــس separanda sunt. Norma est:

⏑⏑ — ⏑ — | ⏑⏑ — ⏑ — | ⏑⏑ — ⏑ —
⏑⏑ — ⏑ — | ⏑⏑ — ⏑ — | ⏑⏑ — —
— — —

Versus primus in codice vitiosus est, لا در درمانك. Correximus eum ex formula vituperandi usitata لا در دره, quæ in Kamuso explicatur verbis لا زكا عمله, et in Siha-Alloghat يقال فى الذم ما درد ره اى لاكثر خيره (conf. Reiskium in not. ad Abulphed. *t. II, p. 418*). Huic contrarium est درك يفيض apud Harir. Cons. *VI, 244*, et لله دره. Hæc formula ex nomadum moribus originem traxisse videtur, nam proprie significat « non fluit lac ejus ». Vox نرجس, *vers. 2*, Persicæ originis est نركس. Versu quarto voces وكانه من قبرس, « sed quasi ipse ex Cypro esset », significant vilem Christianum, oppositum nobilissimis Muhammedanorum Meccanis. De hac insula, *vid.* Schultensium in Vit. Salad. et Golium ad Alfarganum. In codice A. 590, ubi Francorum terris accensetur, auctor dicit: جزيرة قبرص وهى جزيرة كبيرة مقدار ستة عشر يوما وبها معدن الزاج القبرصى الذى ليس فى البلاد مثله وبها من المواشى ما يكفى بلاد الفــرنج ومن مدن الافــرنج المشهــورة. « Cyprus est magna insula, cujus spatium [circuitus] sexdecim dierum est. In ea fodina chalcanthi Cyprici est, cui in terris par non exsistit. Pecudum autem tot, quot Francorum terris sufficiunt, in ea vivunt. Est inter Francorum civitates celebris. »

(122) Sojuthius in Lexico geogr. dicit: معــراثا قرية من قرية (l. قرى) حلب, « Mahratsa est vicus ex vicis Halebi. » Noster cognomine ab aliis, qui ditionis Halebi erant, distinguitur. (Præcipue *vide*, apud Abulphed. Tabul. Syriæ, addenda in not. *p. 21, n. 91*.)

(123) Vide de hac captivorum redemtione Abulphar. *p. 257*; Bar-Hebræi Chron. Syr. *p. 161*. Captivorum, qui mense Almuharremi remittebantur, numerus 4362 erat (cod. A. 638, ad. ann. 231).

(124) Vide Abulphar. *p. 257*.

(124 *bis*.) Quum Turcæ magnam in chalifarum imperio potentiam adepti essent, post chalifam primus erat sultanus, qui provinciis, ut ex hoc loco et ex *p. 30* versionis clarum est, præfectos præponebat. Hoc nomen idem esse videtur ac vicarius in vita Aschnasi (not. 115) memoratus. In Ægypto, ubi magnam Wesiri potentiam adepti erant, sultani cognominabantur (vid. Vitam Salad. Schult. ed. *p. 30*).

(125) Domairius (cod. A. 906) dicit, hanc avem esse albo nigroque variegatam, forma aquilæ simili gaudentem. Præter nomen رخمة *[Rachmah]* et nomen

أَنُوق [*Anuk*] gerit, et eam ob causam eam appellant ذات الاسمين [duobus nominibus præditam]. In Kamuso vox انوق explicatur voce Arabica عقاب [aquila] et alibi Persica استخوان رند [ossifraga]. Plura habet cognomina ام جعران *Om-Djihran*, ام رسالة *Om-Risalah*, ام عجيبة *Om-Ahdjibah*, ام قيس *Om-Kais*, ام كبير *Om-Cabir*. Habitat montes solitarios et loca longe remota ab inimicorum suorum locis petrasque accessu difficillimas; quam ob causam inter Arabes proverbium, « rarius quam ovum Rachmæ », usitatum est. Avis feminæ uni mari solummodo sui copiam faciunt, unumque pariunt ovum, quod interdum relinquunt. Vilibus ex avibus corvo noctuæque adnumeratur. Quum præterea magnam manifestet stultitiam, proverbium in usum receptum est احمق من رخمة « stupidior quam Rachma. » Aliud dictum a Rachma deductum in proverbii usum venit; dicunt enim: انطقي يا رخمة فانك من طير الله تعالى « Loquere, o Rachma, nam tu es ex avium Dei numero », quum se ad hominem convertunt, sed non ejus verba audiunt: cujus origo inde orta est, quod, quum aves clamorem tollunt et tunc Rachma clamorem tollit, dicunt ejus deridendæ modo: « Loquere, nam tu ex avibus Dei es. » Hæc avis merdam humanam et cadavera devorat. Singularis est رَخَمَة, pluralis et nomen generis رَخَم; eodem modo, quam Hebraicum רחמה, Deut. *c. XIV*, *v. 17*, et nomen generis רחם, Levit. *c. XI*, *v. 18* (conf. et Bochart, in Hierozoico, *p. II*, *p. 310*, et Russ. Nat. Hist. sec. ed. *t. II*, *p. 295*.)

(126) In pluribus codicibus eadem narrantur. Codex A. *659*, *f. 207*, avem clamasse narrat يا معاشر الناس اتقوا الله اتقوا الله اتقوا الله. Codex 640, *f. 150*, idem narrat; sed quod avis postridie ejus diei mane reversus est, omittit.

(126 *bis*.) Vir perill. S. de Sacy, in libro inscripto *Magasin encyclopédique*, in fine observationum de nomine pyramidum, *p. 61*, locum ex Makrizio (Descriptio Ægypti) adduxit, ubi auctor eum qui primos veredos instituerit, nominat et de origine vocis بريد loquitur. Non inutile hunc locum libro nostro inserere videtur. « *Dara, fils de Bahman, fils de Ghistasf, fils de Lohrasf, l'un des rois de Perse, est le premier qui ait établi des chevaux de poste. Sous l'islamisme, cet établissement fut fait, pour la première fois, par le khalife Mahdi, dont le nom étoit Mohamed, fils d'Abou-Djafar Mansour. Cette poste étoit établie entre la Mecque, Médine et le Yemen, et servie par des mulets et des chameaux. L'origine du mot* berid *[poste] vient de* burid d'héneb *[il a coupé la queue]; car Dara avoit placé sur les routes où la poste étoit établie, des animaux qui avoient la queue coupée. On les nomma, à cause de cela,* burid d'héneb; *mais ensuite cette dénomination ayant été adoptée dans la langue Arabe, on en retrancha la seconde partie, et on prononça* bérid. Vir perill. in hac etymologia cum Makrizio non consentit; sed vocem Persicam بريد *berid* a latino *veredus* derivari præfert. Abulpheda vero (*t. I*, *p. 380*) Muahwijjam primum veredos instituisse narrat; et apud alios scriptores eorum mentio jam ante annum 166 occurrit. Observare nobis liceat, in oppido Halebo ad nuncios celeriter perferendos columbis uti in usu fuisse: sed quum anno 613 sultanus Almalic Althsaherus judicem Halebi in Ægyptum ad patruum suum

mitteret, quo celerius ad ipsum rerum nuncii pervenirent, veredos disposuit:

فرتب السلطان خيل البريد تطالعه بما يتجدد من اخبار عمه لينظر فى امره

« Et disposuit sultanus veredos, qui ipsum de rebus quæ apud patruum suum gererentur, quarum in rebus suis rationem haberet, certiorem facerent » (cod. nost. *f. 257 r.*).

(127) Liceat nonnullas hujus viri res gestas ex codicibus addere. Anno 220, quum Alafschinus contra Babecum pugnaret, Almohtazimus Bugham Alcabir cum magnis pecuniis ad eum misit. Qui quum Alafschinum hujus rei certiorem non faciens profectus esset, anno 221 Babeci copiæ eum invaserunt, et majore sociorum ejus parte occisa, copiisque dispersis, ipsum in fugam conjecerunt. Eo ad Alafschinum de auxilio mittente, hic primo fratrem suum Alfadhlum ben-Kaus misit, tum ipse eum secutus Babecum in fugam vertit (cod. A. 638 et 640, ad. h. a.). Anno 229 (cod. A. 640, quocum cod. A. Th. consentit, habet annum 230), quum Arabes circa Medinam grassarentur, Watsikus eum cum magno exercitu misit. Plures eorum occidit (cod. A. Th. habet circiter quinquaginta), reliquos captivos fecit; et tum eos ad pacem componendam invitavit. Re probata, circiter mille homines secum ducens, Medinam reversus et inde Meccam profectus est. Tempore peregrinationis sacræ finito, castra movens tribui Banu-Helal easdem conditiones proposuit, et, iis acceptis, circiter trecentos ex sontibus Medinæ, quo rediit, in carcerem inclusit. Ante eum infelici successu Hamadus ben-Djarir Tiberiade natus contra eos pugnaverat; nam, omnibus cum ipso sociis occisis, totum exercitum delerunt. Bugha circiter mille Arabes Medinæ in carcerem conjecit (cod. A. 659, *f. 190*; cod. A. 640, *f. 129*). Anno 231 contra tribum Banu-Morrah castra movit (cod. A. Th.). Anno 232, tribu Banu-Nomair Hedjasi Tehamæque regiones hostili incursu infestante, Bugha profectus cum tribus equitum millibus, quos contraxerat, cum tribu (in mense Djumadæ posterioris, cod. A. Th.) conflixit. Prælio victus, promissis ad obsequium eos reducere tentavit et ex adverso eorum pernoctavit. Mane postridie, iterum incursu facto, Bughæ socii in fugam conjiciuntur, quum, interitu Bughæ jam imminente, illi tympana pulsantes redierunt; qua re Bugha confirmatus impetu facto hostes fugavit, et inter persequendum, pluribus occisis, octingentos eorum captivos fecit. Tum secum captivos ducens Samirram rediit (cod. 659, *f. 151*). Quæ in Armenia anno 237 sq. ab eo gesta sint, vide Abulphar. *p. 260*; sed codex A. 659, *f. 201*, habet pro verbis *triginta occisorum millia*, ex Armeniis tredecim millia, et addit: Anno sequenti Teflisam oppidum, in quo Ishacus ben-Ismahil cliens gentis Umajjæ erat, obsedit. Hic ad pugnam copias educens captus est. Oppido incenso, multæ hujus regionis arces expugnatæ sunt (quinquaginta millia hominum in flammis perierunt, reliqui in captivitatem abducti sunt: cod. A. Th). Anno 244 Bugha Turca magnam ditionis Græcorum arcem expugnavit. Eum anno 248 diem obiisse narrant codices A. Th. 659, *f. 213*, et 638 ad h. a. cum Abulpheda, *t. II, p. 208*. Addit codex A. 659, mense Djumadæ posterioris, quum plus quam nonaginta annos natus esset, nullo in prælio vulneratus (cod. A. 638), quamvis in multis pugnasset. Fuit Mohtazimi libertus [المعتصمى] notus nomine Alscherabi [الشرابى], in quo cum Abulpheda, *t. II, p. 204*, non consentit, qui rectius hoc nomen alteri Bughæ *Parvo* [الصغير] nominato tribuit. Addit codex A. 638, eum Alhasani ben-Sahl Wesiri Mamlucum (ut ita dicam) fuisse. Codex A. 668 ad annum 253 narrat (in quo error est), Almohtassum misisse Bugham Alcabir in regiones Aldjebl [Parthia], duobus millibus quadringentis et triginta-tribus ex Turcis et aliis eum comitantibus.

(128) Anno 248, inter Wázifum et Ahmedem ben-Alchazib Wesirum inimicitiis excitatis, Wesirus Almuntaziro, metum Wazifi injiciens, ut eum a se amandaret, consilium dedit. Quibus verbis Almuntazirus commotus ad eum nuncium misit, Græcorum regem [طاغية الروم] versus Muhammedanorum copias, qui eas invaderet, exercitum misisse (conf. cod. A. Th.; cod. A. 638: regem tendere in Syriam); se velle, ut contra has copias proficisceretur. Illum autem excusatione utentem arcessiri jussit, et advenientem ita allocutus est: Visne ut ego proficiscar an tu! Dixit: Ego proficiscar. Tum Almuntazirus decem millia electorum, inter quos pecuniam distribuendam curat, cum eo mittit (codex A. Th. eum in Malathiæ confinia proficisci jubet), et profectum quatuor annos in confiniis manere jubet. Jam eodem anno (cod. A. Th. anno 249), Bagdadum reversus, in tumultu lapide vulneratur (cod. A. 638). Anno 253, mensis Schawwali tertio ante finem in tumultu militum stipendium flagitantium (cod. A. 668, qui rem melius describit: a militibus rebellantibus, quum Almohtasso, in quem imperium exhiberet, omnium opum usu sibi in commodum interdiceret), ad eorum verba animum non applicans, occisus est. In ejus munera Bugha Alscherabi successit. Fuit ex Almohtazimi servis, qui eum in libertatem vindicaverat. (Cod. 659, *fol. 217 sq.*)

(129) Codex A. 659, *fol. 215*. Anno 250, Emessæ populus contra Alfadhlum ben-Karin rebellavit et eum mense Redjebi ejusdem anni occidit. Hujus rei certior factus Musa ben-Bugha, contra eos profectus, ad Rustenum (codex A. 640, *f. 173*, dicit, « inter Emessam et Rustenum », quocum codex A. Th. et Abulpheda, *t. II, p. 212*, consentit) cum iis concurrit eosque in fugam conjecit. Emessa expugnata et magna in incolas cæde facta, oppido flammas immisit et plures procerum in captivitatem abduxit (secundum codicem 640, et mœnia destruxit).

Quæ vero apud Abulphedam, *t. II, p. 208*, de Emessenorum contra Caidarum præfectum rebellione leguntur, his ex codice A. 659, *f. 213*, addendum est: Quum incolæ præfectum ex oppido depulissent, hic legationibus missis eos decepit, ut ipsum in oppidum intrare paterentur. Ille autem, quum intrasset, pluribus eorum occisis, centum ex oppidi nobilibus captivos in Iracam misit et mœnia evertit (cod. A. Th. « quum populus Emessæ præfectum suum Caidarum ex oppido depulisset, Alfadhlus, contra eos missus, eos decepit, multos neci dedit et centum ex iis Samirram abduxit »).

(130) Quæ ad hujus viri vitam pertinentia, in codice A. 640, *f. 202*, collata a nobis cum aliis codicibus, referuntur, narrare placet. Anno 252, Raccam, hujus oppidi præfectus constitutus, vicarium misit (codex A. Th. nec non Abulpheda, *t. II, p. 214*). Vicarius erat Abu-Almohtassus. Anno 269, Ihsa ben-Alschaich ben-Solaic, dominus Amedi et Dijar Becri, quibus eum Almohtassus præfecerat, et quas provincias post ejus obitum tenebat, diem obiit (codex A. 660, eum anno 285 diem obiisse, narrat). Alhafithsus ben-Alahsacer retulit dicens: Ihsa ben-Alschaich Abu-Musa Aldsohli Alschaibani, a Dsohlo ben-Schaiban originem ducens, regnante Almohtadio et initio regni Almohtamedi, Damasco potitus est, quem et Abu-Alhusainus Alrasi inter Damasci principes nominat, dicens: Anno 255, Damasco potitus, rebellionem fecit et Syriæ opes cepit. Ihsa Palæstinæ, Ramlæ et Jordanis provinciæ præfectus, tempore quo Turcæ in oppido Sorra-man-raah [lætatur, qui videt] tumultuabantur, creatus erat, quare adjutus milites conscripsit et divitias rapuit. Forte tum temporis Ebn-Almadirus, ex Ægypto septingenta et quinquaginta millia denariorum, Samirram tendens, devexit, quibus Ihsa potitus est. Hujus rei causa ex oppido Sorra-man raah Husainum eunuchum cum Alcutsairio et Abu-Nazro Almarusi, ut pecunias ex Ægypto adlatas reposcerent, miserunt. Hi ei Armeniæ provinciam, cum Syria conjunctam, tradunt. (**Codex A. 668 ad annum 269 dicit: Almohtamedus Armeniæ provinciam et**

obtulit, dum ille putabat, se Armeniæ Syriæque præfectum esse.) Ad annum 256 dicit: Hoc anno ad Ihsam ben-Alschaich missus est Ismahiles, qui Armeniæ provinciæ ipsi datæ, si, quas Syriæ partes occupasset, ex iis secure recedere vellet, certiorem eum faceret. Almohtamedus autem Amadjurum Turcam Damasco ejusque ditioni præfecit, qui quum, in eam profecturus, cum exercitu Syriæ adpropinquaret, Ihsa contra eum filium suum (cod. *668*, eum Manzurum appellat) cognominatum Abu-Alzahba [ابو الصهبا] misit, quem Amadjurus (cod. A. *668*, in prælio fugatum) captivum fecit et capite truncatum ad portam Damasci cruci affixit. His rebus gestis, Ihsa fugiens in Armeniam tetendit et ibi usque ad annum 259 (vit. pro 269), quo mortem cum vita commutavit, imperium exercuit (consentit cod. A. 668). Hæc narrat Ebn-Alsacerius, qui Abu-Alhusaini auctoritate nititur. Ejus quoque Aldar-Kothni [الدارقطني] mentionem fecit dicens: Ihsa princeps Amedi erat. Dicit Alzulius [الصولي]: Bugha-Alcabir Ihsam ben-Alschaich Palæstinæ Jordanisque tractibus anno 255 præfecit. Tum Damasco potitus est, et, inde in Armeniam profectus, anno 269 fato obiit (cons. cod. A. Th.). Addit codex A. *669*, *f. 33 v.*: Post mortem patris filius Muhammedes rebus potitus est, quem Almohtadhedus, cum copiis profectus, oppidum Amedi post oppugnationem quadraginta dierum, securitate promissa (mense Rabihæ posterioris, cod. A. Th.), anno 286 tradere coëgit. Tum huic regioni præfectos suos præposuit (conf. Abulphed. *t. II*, *p. 214*). Habuit alterum filium Ahmedem, qui anno 279 arce Maredino, quæ sub potestate Ishaci ben-Cendadj erat, potitus est (cod. A. Th.).

(131) De Ahmede ben-Thulun *vid.* Reiskium ad Abulphedam, *t. II*, *p. 704*, *not. 198*. Liceat nobis ex codicibus n.[is] 640, 659, 668, 669 et 731, nonnulla addere. Thulunus Ahmedis ben-Thulun pater, Alsitr cognominatus, unus gentis Thagharghari erat, quem anno 200 Noa ben-Asad, præfectus Bocharæ Chorasanæque, Mamuno (cod. P. B. habet falso *Alraschido*) cum aliis servis dono miserat. A Mamuno, cui placuit, inter Emiros exceptus, anno 230, vel, cui major fides habenda, anno 240, diem supremum obiit. Ahmedes ben-Thulun Samirræ, tertio mensis Ramadhani anni 220, ex puella Haschim vel Kasim nominata, secundum alios, jam anno 214 Bagdadi vel Samirræ natus est. Sunt autem (cod. P. B. hanc opinionem ex Ehn-Challecano adducit) qui Ahmedem ben-Thulun filium Thuluni non fuisse, sed e Maliho Turca et Kasima, Thuluni puella, natum esse contendant, quem Thulunus ob præclaras ingenii dotes in familiam suam adoptaverit. Priori autem opinioni convenit, quod Almuwaffikus, quum ei in suggestibus malediceret, eum Thuluni filium, nec vero Malihi, esse dixerit. Post patris obitum a chalifa Almutawaccilo patris muneribus ornatus est; tum Altsoghuri provinciam, deinde Damasci, obtinuit. Vicarius Bac-Baci tempore Mohtadii Syriæ provinciæ, tum anno 254 Ægypti, ornatus est. Mizrum die Mercurii, nono mensis Ramadhani, intravit triginta et quatuor annos unumque diem natus. Occiso Bac-Baco, tempore Almohtamedi Ahmedes ben-Thulun imperio potitus est, ut terras ab Africa usque ad Euphratem sub ditione teneret. Codex A. Th. habet: Bac-Bacus anno 254 Mizro oppido, exceptis aliis ditionibus, ex. gr. Alexandria, eum præfecerat, quum, Bac-Baco a Mohtadio occiso, anno 257 Jarcuhus Ægypto præponeretur. Hic Ahmedem ben-Thulun, secum amicitia conjunctum, toti Ægypti provinciæ præfecit, quam anno 258, quum mense Ramadhani Jarcuhus animam exspirasset, ipse obtinuit. (Conf. Histor. patriarch. Alexandrinorum, *p. 230*.)

(132) Habet codex A. *668* ad ann. 261, et cod. A. Th.: Mense Schawwali hujus anni, Almohtamedus, in curia sedens, filium suum Djahfarum successorem

sibi creavit, eumque Almufawwedh-ila-Allah [المفوض الى اسه] cognominavit, nec non, Musam beo-Bugha ei addens, Africæ, Ægypio, Syriæ, Mesopotamiæ, Mosulæ, Armeoiæ et viæ Chorasanæ eum præposuit. Post filium in imperium succedendi jus fratri suo Abu-Ahmedi concessit, eique cognomen Alnazir-ledin-Allah [الناصر لدين اسه] dedit, dum Orieotem, Sewadum, Bagdadum, Cufam, viam Meccæ Medinæque, Iemeo, Cascarum (est nomen regionis in Iraca, cujus caput oppidum Waseth est. Ioterdum et Bazra ejusque tractus hujus ditionis esse habeotur), Tigridis tractum, Ahwasum (احواز a Persis in اهواز mutatum, quum careant littera ح. Tempore Persarum nomen huic regioni erat Charistanæ; secundum alios, nomen هرمزبنهر *Hormosbenahr*, habuit: est magoà regio, quæ, inter Bazram, Wasethum et Persidem sita, septem tractus (puto novem), qui in Kamuso nominantur *Ramhormos* رامهرمز, *Ascar-Mocram* عسكر مكرم, *Tustar* تستر, *Djondaisabur* جُنْدَيْسبور, *Sus* سوس, *Nahrtiri* نهرتيرى, *Ebdsah* ابذج, et *Manadsir* منـــاذر appellantur, et quorum singuli nomioa sua habeot, complectitur. Hujus regionis incolæ *Chur* oomen geruot.), Persidem, Izpahanum, Komm (Komm est oppidum inter Izpahaoum et Sawam, cujus incolæ omnes Schiihtæ, Imamo dediti, suot; a Sawa duodecim pharasangas distat), Caradjum, Dinawerum, Rei, Seodjan (زنجان a Persis زنكان nomen oppidi magni et celebris Iracæ Adjem est, et non multum a Kaswino et Abharo, quod a Persis اوهـــر appellatur, distat), et Sendan (سَنْدَان est caput Indiæ) ejus imperio subjecit. Utrique duo vexilla, nigrum et album, dedit, et legem tulit, quod si mors, dum Djahfarus ad maturam noudum perveoerit ætatem, ipsum abriperet, ut sibi frater Ahmedes, huic Djahfarus in imperium succederet (conf. Elmac. *p.* 165).

(132 *bis.*) Est via in oppido Halebo, Darb-Albenat درب البنات appellata, ad quam pervenis, quum, iotraos oppidum per portam Kionesrinensem, via recta pergis (*vid.* cod. nostr. *fol.* 78 *r.*). وفتحـــوا لمعز الدولة بباب قنسرين ودخل اصحابه الى ان وصلوا درب البنات « Et aperuerunt Muhiss-Aldewlæ portam Kinnesrinensem, et intraverunt ejus socii, dooec pervenirent ad viam Albenat. »

(133) Metrum hujus versus idem est, quam in nota 121 explicatum البحـر الكـامل; est autem versus quaternarius مربع, et hypercatalecticus, ut ex pede مُسْتَفْعِلُنْ ‒ ◦ ‒ ‒ fiat مُسْتَفْعِلَاتُنْ ‒ ‒ ◦ ‒ ‒, quæ mutatio in prosodia ترفيل et pes hoc modo mutatus مرفَّل appellatur. Vox الغمامة cum *djesmo* in fine الغمامْة effereoda est. Hemistichium prius in voce العوامم finit, ut العوا prius claudat, مم posterius incipiat.

Modus est: ◦ ◦ — ◦ — | ◦ ◦ — ◦ — |
• • — ◦ — | — — • — | —

10.

(134) Abu-Ahbbada Alwalidus ben-Ohbaid ben-Jahja ben-Schamlal ben-Djabir ben-Salama ben-Mushir ben-Alharits ben-Haschem ben-Abi-Haritsah ben-Djadi ben-Nadsal ben-Bohtar ben-Ahtud ben-Ahnin ben-Selaman ben-Tsahl ben-Ahmru ben-Djulhema, quæ est tribus Thai ben-Asdad ben-Said ben-Cahlan ben-Saba ben-Jaschhob ben-Jahsob ben-Kahthan, Tajjita Albohtari, poeta celebris, Menbidji, secundum alios Sadafnæ, vico hujus oppidi, anno 206 natus est (sed est auctorum dissensio : sunt enim qui eum anno 205 natum esse contendant; alii anno 200); ibique, adolescens ætatem consumens, litteras humaniores edoctus est; tum in Iracam profectus, ex chalifis primum laudavit Mutawacciium et multos ex magnatibus carminibus celebravit. Post magnum Bagdadi temporis spatium peractum in Syriam rediens, multa in Halebi oppidi dominorum laudem carmina dixit, nec non plura carmina amatoria pepigit. Zalehus ben-Alazbah Altanuchi, Menbidji natus, se eum, antequam in Iracam profectus esset, sæpius in Menbidji templo magno in veniendo et abeundo carmina recitantem vidisse, narravit. Dicit Abu-Becrus Alzuli, in libro quem de iis quæ de Abu-Tammamo Althajji referuntur, composuit, Bohtarium dicere solere : « Initium in carmine et finis erat, quod ego ad Abu-Tammamum » Althajji, qui Emessæ degebat, profectus, ei carmen meum, omnes enim poëtæ » illi carmina sua recitare solebant, recitabam, qui quum me recitantem au- » diret, ad me solum se convertit, et, quum cæteri abiissent, dixit : Tu omnium » qui mihi carmina recitarunt, maximus poëta es; et quænam est tua conditio? » Paupertatem questus sum. Ille, litteris ad populum Maahrræ-Alnohman datis, » ingenium meum laudans, me de meliore nota illis commendavit, mihique » dixit : Carmen in eorum laudem compone. Ego tum ad eos profectus et benigne » exceptus, quatuor millium dirhemorum stipendio ornatus sum, quæ fuit prima » mihi donata pecunia. Bohtarius dixit, se primo apud Abu-Sahidum Muham- » medem ben-Jusuf vidisse Abu-Tammamum. Abu-Sahidus quum, carmine » quo eum laudaverit, aliquo die lætatus, exclamaret : Tibi, o vir, benefaciat » Deus! quendam sibi ignotum dixisse : Te Deus gloria augeat! quod hic reci- » tavit carmen, meum est; ante me hoc tibi dixit. Abu-Sahidus mutatus mihi dixit : » In propinquitate tua causa sufficiens est, ut de nobis animo tranquillo spem » habeas; ne vero hoc facias. Dixi : Carmen meum est, honore te afficiat Deus! » Dixit tum homo ignotus : Laus sit Deo! ne hoc dicas; et versus ex carmine » recitare cœpit. Dixit mihi Abu-Sahidus : Quod vis, tibi concedimus; ne vero » id facias. Vehementer tum attonitus abivi nesciens quid dicerem; in animo » autem habui, ut quis homo esset, interrogarem. Sed, quum haud longe abiissem, » Abu-Sahidus me revocavit dicens : Injuria te affeci, veniam concedas. Scisne, » quisnam hic sit? Dixi : Nescio. Dixit : Hic est patruelis tuus Habibus Ebn-Aus » Althajji Abu-Tammam; accede ad illum. Accessi et brachia collo injeci. Tum » carmen describens et me laude ornans, dixit : Tecum jocatus sum. Ab hoc tem- » pore, magna, quod celerrime memoria teneret, admiratione affectus, ejus con- » suetudine usus sum. » Matrem Albohtarii Abu-Tammamo nupsisse, idem Alzulius narrat. Aliquis Abu-Alohlam Maahrrensem interrogavit, quis trium poëtarum Abu-Tammami, Albohtarii et Almotenabbii melior esset. Respondit : Duo sapientes sunt, et Albohtarius poëta est, et quam bene eum Ebn-Alrumi his versibus descripsit :

والفتى البحترى يسرق ما قال ابن اوس فى المدح والتشبيب

كل بيــت له يجود معناه فمعنـاه لابن اوس حبيـــب

» Vir Bohtarius furatur, quod dixit Ebn-Ausus in laude et amore;
» Quilibet versus, cujus sensus præstans est, sensus est Ebn-Auso Habibo. »

Et quum quidam poëtam interrogasset, quisnam esset melior poëta: ipse, an Abu-Tammamus ! respondit: Ejus cervix mea pulchrior est; pallium meum ejus præstat. Erat Bohtario servus, cui nomen Chasimo erat; quem quum Abu-Alfadhlo ben-Wahb scribæ vendidisset, aliquo tempore post pœnitentia ductus, se deceptum, non ex voluntate, servum vendidisse, carminibus declaravit. Carmina Bohtarii multum celebrata fuisse, ex eo colligi potest, quod, quum Ahmedes ben-Jahja ben-Djabir ben-Daud Albeladori in cœtu Almostahini esset, et plures poëtæ ad eum accederent, hic dixerit, se a nemine carmen acceptarum esse, nisi qui simile quid verbis Bohtarii, Mutawaccilum, quum die solvendi jejunii Ramadhani ad locum Muzalla dictum exiisset, laudantis,

فلو ان مشتاقا تكلف غيرما فى وسعه لمشى اليك المنبر

« Quod si amans, quæ in potestate sua non est, rem perficere posset, pro-
» fecto, ipse suggestus ad te accederet. »

cecinerit, modo nominatus Ahmedes ben-Jahja, domum abiens, versus composuit, et cum his ad Almustahinum accedens dixit: « In laudem tuam meliores feci versus, quam Bohtarius. » Almustahini jussu cecinit.

ولو ان بُرد المصطفى اذ لبسته يظن لظن البرد انك صاحبه
وقال فقد اعطيته ولبستـــه نعم هذه اعطافه ومَناكِبــه

« Quod si Mustafæ (Muhammedis) vestis striata, quum tu eam indueres,
» putare posset, profecto, te esse dominum suum (Muhammedem) putaret;
» Et (se alloquens) diceret: Tu ei data es, te induit; vere! hæc sunt ipsius
» latera et brachia. »

Quibus recitatis, dixit chalifa: Redi in domum tuam. Id quum fecissem (dicit Ahmedes), septem denariorum millia cum mandato mihi misit: Hæc malis, quæ me mortuo accidere possunt, reserva; quamdiu in vivis sum, tui curam habebo. Narrant, quendam in oppido Halebi centum millia denariorum, a patre relicta, poëtis, iter sacrum facientibus et in pium usum erogavisse. Bohtarium, quum ipsi ex Iraca Halebum pervenienti, illum virum ob æs alienum domi sedere, homines narrarent, carmen in ejus laudem compositum cum quodam ipsius clientium ad eum misisse; virum autem, lecto carmine, lacrymas fundentem, servo, quem haberet, advocato dixisse: Domum meam venumda; et servo dicente, Domum vendere et hominibus molestiam ferre vis! dixisse virum: Non effugium est, vendatur domus; et, re peracta, centum denarios crumenæ involutos Bohtario cum his versibus misisse:

لو يكون الحِبا حسب الذى انت لدينا به محل واهــل
لحبيت اللجين والدر والياقوت حثوا وكان ذاك يقــل
والاديب الاريب يسمح بالعذر اذا قصر الصديق المقـل

« Quod si donum esset sufficiens loco quem apud nos tenes,
» Certe argento, margaritis gemmisque, parvo quidem dono, nam et hoc
» paucum esset, donareris;
» Sed vir cordatus intelligensque amicum egenum, quum minus fecit quam
» debuit, excusatum habet. »

Versibus adlatis, Bohtarium denarios reddidisse, et scripsisse:

10. a)

بابى انت انت للبر اهل والمساعى بعد وسعيك قبل
والنَّوال القليل يكثر ان شا مرجيك والكثير يقل
غير انى رددت برك اذ كان ربا منك والربا لا يحل
واذا ما جزيت شعرا بشعر قضى الحق والدنانير فضل

« Per patrem meum! tu, tu dono es dignus; nam studium tuum erat prius,
» conatusque (mei) posteriores;
» Et donum parvum, magnum est, si ille vult, qui a te boni quid sperat,
» magnumque parvum.
» Ego vero donum tuum remisi, quia usura a te accepta esset: usura enim
» illicita est;
» Nam quum mihi pro carmine carmen dederis, debitum redditum est et
» denarii nimium sunt. »

Illum autem, quum denarii redditi essent, crumena soluta, quinquaginta denarios addidisse, et, ne pecuniam remitteret, Bohtarium obsecrasse: qui, pecuniam accipiens, hos versus scripserit:

شكرتك ان الشكر للعبد نعمة ومن يشكر المعروف فالله زايده
لكل زمان واحد يقتدى به وهذا زمان انت لا شك واحده

« Gratiam tibi ago, nam gratia servo beneficium est, quum Deus eum,
» qui pro benefacto gratias agit, honore augeat;
» Cuilibet tempori unus est, quem imitantur, et hoc est tempus, cui sine
» dubio tu ille unus es. »

Duo cognomina poëta noster habuit: Abu-Alhasan et Abu-Ahbbadah; quorum prius, quum aliquis, tempore Almutawaccili, ut uno, Abu-Ahbbadah, nobiliore contentus esset, consilium dedisset, abjecit. Bohtarius, quum aliquo tempore iter faceret, Mosulæ, vel, ut alii contendunt, Ras-Aihni morbum gravem nactus est; quo sublato, anno 283 Menbidji vel Halebi diem obiit. Ab hoc anno, quem Abulpheda indicat, Ebn-Challecanus dissentit, qui, nonnullos esse qui, eum mortem obiisse anno 284, narrent, dum alii uno anno post, priorem opinionem præferens refert. Hadji-Chalifa annum 280 habet. Ebn-Aldjusi in libro inscripto اعمار الاعسار eum, quum diem obierit, octoginta annos natum fuisse refert. Idem Ebn-Challecanus, eum Menbidji animam exspirasse, opinioni majorem fidem habet. Auctore Bohtario, similis Abu-Tammami (qui anno 228 Mosulæ obiit) Hamasa existit, et liber inscriptus معانى الشعر *Maahni-Alschihr* [sensus carminis]. Carmina ejus سلاسل الذهب [catenæ aureæ] appellabantur, quæ sine ordine erant, donec Abu-Becrus Alzuli secundum litterarum seriem in diwanum ea redegit. Ea quoque collegit Ahlius ben-Hamsah Alizpahani [Izpahanensis] eodem modo quem in Abu-Tammami carminibus adhibuerat, ut speciei carminum rationem haberet. Abu-Alohla Ahmedes ben-Ahbd-Allah Maahrrensis (idem qui Abu-Tammami et Motenabbii diwanum excerpsit et explicavit. Die Veneris tertio ante finem Rabihæ prioris anni 363, Maahrræ natus est, ibique mense eodem anni 449 mortem cum vita commutavit) Bohtarii diwanum excerpsit et explicavit sub titulo غيث الوليد [Alwalidi nubes] (est Ebn-Challecani sententia); secundum aliorum sententiam autem, vitia Albohtarii in diwano suo commissa in viginti foliis collegit. Commentarium in Bohtarii carmina Ahbd-Allahus ben-Ibrahim, qui diem anno 407

obiit, scripsit, et auctore Hasano ben-Baschr Alamedi (qui diem obiit anno 371) liber, qui una Alchesrii carmina complectitur, in Bohtarii carmina scriptus existit. His, quæ partim ex Ibn-Challecano, partim ex Hadji-Chalifa, collegimus, addas Reiskii doct. adnotationem (Abulphed. *t. II*, *p. 727.*), et conferas Herbelotium sub *Bakhteri* et *Bokhteri*.

(135) Versus metri sunt الطويل [longi] nominati, quod ad circulum discrepantem [الدايرة المختلفة], ita nominatum, quia pedes in eo diversi sunt, pertinet. Versus octonarius مثمن est, cujus hemistichium regulis conforme est

∘ — — | ∘ — — — | ∘ — — | ∘ — — —   فعولن مفاعيلن فعولن مفاعيلن

Pedes vero mutationes patiuntur, ut ex pede فعولن ∘ — — fiat فعول ∘ — ∘, et ex مفاعيلن ∘ — — — مفاعلن ∘ — ∘ —, quæ mutatio in prosodia قبض appellatur. Quum autem in versu nostro prioris hemistichii pes ultimus, العروض dictus, idem sit ac posterioris ultimus, الضرب dictus, scilicet مفاعلن ∘ — ∘ —, noster versus rhythmicus مقفى appellatur. Vox تحاوله cum *he* muto ها ساكنة efferenda est. Prius hemistichium post امورنا finit.

(136) Codices A. 668 et Th. rem ita narrant. Anno 264, Amadjurus, cui Damascus in feudum (ut ita dicam) assignata erat, diem obiit, in ejus locum filio succedente. Quo nuncio adlato, Ahmedes ben-Thulun exercitum, ut in Syriam, qua potiturus erat, proficisceretur, armans, Amadjuri filio, sibi a chalifa Syriam in feudum assignatam esse scripsit, nec non eum, ut in ipsius fidem juraret, invitavit. Ebn-Amadjurus, dicto obtemperans, Ahmedi usque ad Ramlam obviam ivit, qui, eum in provincia confirmans, Damascum tetendit et Amadjuri ducibus, quæ iis assignata erant, feuda prorogavit. Inde versus Emessam, Hamam Halebumque castra movens, hæc oppida in potestatem redegit. Quibus rebus peractis, Simæ Antiochiam, ut ipsi obsequium tribueret, se ei provinciam prorogaturum esse scripsit; et quum Sima id facere recusasset, Antiochiam profectus est. In illo oppido Simam oppugnanti incolæ, qui in Simam odium conceperant, Ahmedi nudas oppidi partes indicarunt, qui, contra has machinis bellicis exstructis, oppidum vi cepit. Acerrime se defendens Sima in prælio occisus est, cujus caput dux quidam suorum Ahmedi attulit. Jam anno 262 inter Ahmedem Almuwaffikumque inimicitiæ ortæ erant, ut hic alium Ægypto præficere vellet: quum vero neminem, quem præficere posset, inveniret, quippe Ahmedes ben-Thulun frequentissima dona in Iracam ducibus proceribusque mitteret, se Ahmedem ex provincia revocaturum esse minitatus est; et, Ahmede duris verbis respondente, Musam ben-Bugha cum magno exercitu misit, qui, interim hujus rei nuncio in Ægyptum adlato et Ahmede provincias Ægyptiacas muniente, quum usque ad Raccam processisset, ibi decem menses commoratus, deficiente pecunia et militibus rebellantibus, dum stipendium flagitabant, redire coactus est. Quum anno 269 Almuwaffikus Almohtamedum, ut Ahmedi ben-Thulun in suggestibus maledici juberet, incitasset, in ejus locum Ægypto aliisque regionibus, quibus præerat, Ishacum ben-Cendadj præfecit, ut terras a porta Alschamasijjah appellata (est campus in superiore Bagdadi parte, a quo hæc porta nomen duxit, non, ut Reiskius putavit, suburbium, Abulphed. *t. II*, p. 753) usque in Africam ejus arbitrio permitteret.

(137) De voce قوفا, quæ in textu nostro legitur, neque in Kamuso, neque in libro

10...

Sihah-Alloghat aliquid, quod loco nostro conveniat, occurrit. Auxilium a lingua Syriaca et Chaldaica, quarum jam in adnotatione 118 haud inutilem usum fecimus, petendum est : ex illo enim loco, jam superfuisse in Syria illis temporibus voces Syriacas, clarum est, ita ut vocibus, quarum significatio ex lingua Arabica explicari non potest, lingua Syriaca usui esse possit. Vox ܩܘܦܐ, Chald. קופא et קופה, *perticam, vectem, phalangam* significat; id quod a nostro alienum non esse videtur, ut hanc significationem pro vera habere ausi simus.

(138) Codex A. 668 et Elmacinus hanc rem anno 265 gestam esse narrant.

(139) Metrum versus idem ac in nota 135 explicatum est. Pauca solummodo addere liceat. In versu sexto vox مخنتم efferenda est مُخَنَّتَمُ ◦ — ◦ ◦ —, ut in Motenabbii carminis *(not. 211)* versu sexto, et in voce يغيه, *v. 9.*, pronomen ه contra regulas breve est — — ◦, ut in eodem carmine citato et in versu secundo et tertio, *t. II, p. 428* Vitæ Timuri, ed. Mang. et ibid. *p. 496*, versu quarto. Vix opus est observari, τὸ *eliph* in fine versuum in pluribus vocibus non aliam causam quam metri et rhythmi habere. Vocem اتيحت, quæ versu tertio occurrit, scholiastes in versu Motenabbii, quem puer composuit,

يا ليت بى ضربة اتيح لها
كما اتيحت له محمدها

« O si ictus, cui ille, qui gloriam eo (ictu) adeptus est, decretus fuit, sicut » hic (ictus) illi (viro) decretus fuit, mihi fuisset! »

ita explicat اتاحة. Vox « الاتاحة التقدير يقال اتاح الله له كذى اى قدر idem est ac تقدير, τὸ *decerni a Deo*, et dicitur اتاح الله له كذى, eodem sensu quam قدر, *Deus hoc ei decrevit.* » Vox معصوصب ejusdem versus, a radice عصب *cinxit*, *circumdedit*, derivanda, est participium conjugationis duodecimæ, quæ significat « congregati sunt homines »; et hujus participium, tanquam substantivum usitatum, significat « congregata hominum caterva. » Voces قصد السبيل versus quarti, Alcorani sunt verba (*sur. XVI, p. 9*, ed. Hinckelm.). Versus quinti vox تليد proprie id significat, *quod hæreditate acceptum est*, et in hoc sensu opponitur voci طريف *nuper comparato* (Vita Timuri, ed. Mang. *t. I, p. 226*), وجمع طريفهم وتلادهم « et collegit opes eorum nuper comparatas et opes eorum hæreditate acceptas » (*i. e.* omnes), ut ibidem, *t. II, p. 542*, حديث وقديم, opposita sunt. Poëta gloriam Ahbbasidarum cum ædificio comparat, cujus fundamentum jam ab eorum majoribus jactum est, qua in metaphora nostrum jam Lebidus poëta præcessit in Moallakæ versu :

فبنى لنا بيتا رفيعا سمكه
فسما اليه كهلها وغلامها

« Exstruxit nobis domum tecto alto præditam, in quam senes ejus (tribus) et » juvenes adscendunt. »

ubi scholiastes vocem بيت [domus] vocibus بيت شرف [domus gloriæ] explicat. Versus octavi verba وانمــا يجازى &c. ex Alcorano deducta esse videntur. Sensus versus esse videtur: Illi, sc. Zalehitæ, de Sima optime meriti erant, quum vero hic hujus rei gratias non egerit, per Ebn-Thulunum Alcorani sententiæ satisfactum est.

(140) Quum Ebn-Thulunus in Ægyptum rediret, Harrani, ex quo oppido Muhammedem ben-Atamisch depulerat, duce Abmede Ebn-Djahwijja, Raccæ vero exercitum duce Luluo reliquit (cod. A. Th.).

(141) Codex A. 668 et cod. Th. has res mense Dsu-Alkahdæ, inter Salmijjam, Halebum (Emessamque, cod. Th.) gestas esse narrant. Nomen ducis, quem Luluus post Celabitam misit, codex A. 668 Nures نورز; codex A. Th. يوذن appellat.

(142) Codex A. 668 et Th. anno 268, Luluum obsequium in dominum suum exuisse narrant; sed ad annum 269 dicunt: Luluus rebellans (in cujus potestate erant Emessa, Kinnesrinum, Halebum et Dijar Modhar ex Mesopotamia, cod. A. Th.), Balesum castra movet, et hoc oppidum diripit. Tum, conditionibus inter ipsum et Abu-Ahmedem, qui Raccæ erat, confirmatis, Karkisium se convertit. Post prælium cum Ebn-Zafwano Alohkaili commissum, oppidum in potestatem redactum Ahmedi ben-Malic ben-Thauk tradit: ipse, tertio mensis Almuharremi, cum Almuwaffiko, qui tum temporis bellum cum principe Sendjorum gerebat, magnas copias secum ducens, se conjungit.

(143) Codices A. 660 et 668 ad annum 269 rem magis explicant. Chalfus Farganensis, Turca, Ahmedis ben-Thulun in confiniis Syriæ legatus [خلف صاحب (عامل *c. 660*) احمد بن طولون بالثغور الشامية], ejus præfectum, illis præpositum, Basmasum eunuchum, clientem Muflehi (cod. 660 Alfatahi) ben-Chakan, impetu facto, in vincula conjecit, qua re permotæ copiæ irruerunt, et Chalfum occisuri illum liberaverunt. Chalfus, Damascum aufugiens, morti se eripit; dum incolæ pro Ahmede ben-Thulun preces publicas facere omittunt. Ebn-Thulunus contra eos profectus, ad Adanam, in quo oppido Tharsi populus cum Basmaso se defendit, castra collocat. Ebn-Thulunus, eos relinquens, per Emessam Damascum rediit.

(144) Quæ Reiskius doct. de origine hujus sectæ habet, *vide* ad Abulphedam, *t. II, p. 229, 260, 706 et 718*, quocum codex A. 660 et 774 (hic ut solet) consentit. Codex A. 668 et codex A. Th., quamvis Sendjorum res gestas narrent, non immemores quidem Lului sociorumque ejus in illo bello fortitudinis probatæ, attamen Sendjorum ducem a Luluo occisum non dicunt. Narrat codex A. 668, servum ex Lului sociis occisi caput saltantem attulisse. Initium rebellionis die Mercurii vicesimo septimo mensis Ramadhani anni 255 erat. Die sabati tertio mensis Zafari anni 270 occisus est. In Nowairio plura sunt.

(145) Consentiunt codices A. 668 et Th. cum nostro, et addunt: Nec vero (post illud tempus) res ejus diminui cessare, donec pauper evaderet. Anno 282, Luluus ex carcere dimissus, in oppido, sedens in jumentis et mulis, circumductus est. Tempore Haruni ben-Chumarujjah, solus cum uno servo in Ægyptum rediit; et quum Muhammedes ben-Solaiman, Karmathitis fugatis, in Iracam rediret, Luluus et Fajekus, qui Damasci erant, ad eum litteras dederunt, ut Damasco potiretur, se ipsi auxilium laturos esse (cod. A. 675).

(146) Vox خزانة obscura. Sensus usitatus loco non convenit, nec vero aut in Siha, aut in Kamuso, melius quid invenimus. Nomen cujusdam navis, fortasse onerariæ, in lexicis omissum, esse, ex nostro clarum est; qua in sententia, quod primum cum سفن conjunctum, tum in verbis زها ثلاث ماية خزانة solum occurrat, confirmamur.

(147) Observandum est, orthographiæ regulam, quum inter duo nomina propria vox ابن collocata sit, ut τὸ *eliph* unionis abjiciatur, in pluribus locis a nostro, ut in aliis codicibus, violatam esse (conf. Gramm. Ar. *t. II, p. 77*).

(148) Conf. Abulphed. *t. II, p. 260*, et adnotat. Placet ex codicibus Arab. 640, 659, 669, 731, et Th., nonnulla addere. Quum bubalæ lactis multum bibisset et ex eo molestiam traheret, medicus, quem habebat, Saahdus Theophilus (secuti sumus codicem 660; codex enim 640 habet موقيل et 659 نوفيل), Christianus, ab eo rogatus, quid consilii daret, dixit: « A prandio hodie abstineas. » Sed tempore prandii, quum fame maxima laboraret, agni pullorumque aliquid comedit; quam ob causam ventris fluxus, qui jam impeditus erat, rediit. Ab Antiochia profectus, in lecto a viris portabatur; sed, infirmior, qui hoc ferret, mari Mizrum iter fecit. Mizri medicis advocatis, inter quos Alhasanus ben-Sirec erat, se eos ante mortem capite truncaturum esse, si omnem in ipsum sanandum operam non impendissent, dixit. Morbo ingravescente, Muhammedani cum Corano, Judæi cum Pentateucho, Christiani cum Evangelio, et magistri cum pueris, in campum exeuntes, pro eo preces faciebant, dum Muhammedani in templis Coranum perlegebant. De vita quum desperaret, dixit: O Domine, miserere ejus, qui sui ipsius pretium non noscit, et clementia tua erga eum age. Tum fidem professus (*i. e.* dixit: لا اله الا الله ومحمد رسول الله « Non est Deus præter Deum verum, et Muhamedes Dei legatus est »), Mizri die lunæ, decimo octavo mensis Dsu-Alkahdæ, mortem cum vita commutavit. Ante obitum vero judicem Baccarum ben-Kotaibah Hanefitam, qui per viginti-quatuor annos, sex menses sedecimque dies judicis munus administraverat, ex carcere dimisit. Erat Schafeitarum fautor: arcem Joppen, quum antea hoc oppidum arce non gauderet, condidit. Moriens Ebn-Thulunus triginta-tres liberos, inter quos septemdecim filii erant, reliquit. Abu-Alahbbasus (placet eorum præcipuos nominare) natus anno 242, quum pater contra Simam profectus esset, anno 265, Ægypti provinciæ vicarius creatus, obsequium in patrem exuit et Barcam profectus est. Pater ad eum persequendum exercitum misit, qui post plura prælia commissa captivum factum reduxit. Vinctus in carcere, quum Chumarujjæ in obsequium jurare nollet, duodecim post patris obitum diebus dilapsis, occisus est. Chumarujja (de quo *vide* quæ sequuntur); Adnan, qui anno 325 diem obiit; Schaiban (*vid.* adnot. 169), Modhar, Rabiah (confer. de hujus cæde adn. 169), Abu-Alaschajer, Musa; Nazr, qui a Djeischo ben-Chumarujjah anno 283 necatus est (conf. adn. 168). Reditus Ægypti Ahmedis tempore 4,300,000 denarii quotannis erant (conf. *Notices et Extraits des manuscrits*, t. VIII, p. 35), ex quibus post expensa 1,000,000 denarii in thesauro deponebantur. Quum diem obiret, in thesauro 10,000,000 denarios, 7000 Mamlucos (ut ita dicam), 7000 equos, mulorum asinorumque sex millia, centum, quas in belli usum adhibuit, naves, servorum viginti-quatuor millia, camelorum decem millia, et equorum onerariorum immensam multitudinem reliquit.

Causam, qua adductus modo nominatum Baccarum ben-Kotaibah in carcerem conjecit, adduxit jam Reiskius doct. (Abulphed. *t. II, p. 717*); sed nonnulla ex

codice A. 731 addere liceat. Litteris inter Mohtamedum et Ebn-Thulunum, quum hic Damasci esset, missis, ille in Ægyptum profecturus, tempore quo frater Almuwaffikus bellum contra Sendjorum ducem gessit, iter ingressus est. Almuwaffikus, hac de re certior factus, copias duce Ishaco ben-Cendadj misit, qui Almohtamedum repulerunt et Sahido ben-Muchalled tradiderunt, ut eum arcte haberet. Quibus rebus Ahmedes ben-Thulun adductus, ex Damasco mandato misso, judices, jurisconsultos nobilioresque Damascum convenire jubet, et scribit, Almuwaffikum cum fratre fœdus fregisse. Ibi congregati omnes Almuwaffiko succedendi jus adimendum esse consentiunt, excepto Baccaro, qui Ahmedi dicit : « Tu mihi Almohtamedi litteras, quibus Almuwaffikum successorem suum creavit, misisti; da mihi quoque litteras quibus succedendi jure » eum privat. » Dixit Ebn-Thulunus : « Ille vinctus est et impeditus; te vero, » donec litteras miserit, carcere includam. » (Conf. *Histoire générale des Huns*, t. II, l. IX, p. 134 sq.)

(149) Chumarujja, anno 255 (cum hoc codex 731 non consentit; dicit enim, quum imperium obtineret, eum viginti annos natum fuisse), in oppido Sorraman-raah e matre serva, *Mijas* nominata, genitus, patris successor in provinciis Syriæ, Ægypti confiniorumque administrandis ab exercitu die solis, decimo mensis Dsu-Alkahdæ anni 270, creatus est (conf. *Histoire générale des Huns par Deguignes*, t. II, p. 136, qui totum hunc locum ex codice A. 660, cujus auctor Abu-Almahasenus est, excerpsit. Nomen *Jahres Almansuri*, quod in margine legis, vitiose pro *Bibars Almanzuri* est); ex eodem nonnulla addere et corrigere liceat. Abu-Ahbd-Allaho Ahmedi, qui cognomen Alwasethi gerebat, sexto mensis Dsu-Alhadjæ anni 271, imperium exercitus Syriæ traditum est. Deguignes, vir doct. Abu-Almahaseni verba فاقبل الموفق من بغداد وقد انضم اليه اسحق بن كنداج ومحمد بن ابي الساج gallice vertit : *Il sortit de Bagdad, accompagné d'Ishaac fils de Kenndadje et de Muhammed fils d'Aboussadje.* Sensus autem est : « Et advenit Almuwaffikus ex Bagdado (profectus), et jam in itinere » (hunc vero verborum sensum esse, et ex auctore nostro clarum est) « secum Ishacum » ben-Cendadj et Muhammedem ben-Abi-Alsadj conjunxerat. » Quod vero Almuwaffikum ipsum, ex Bagdado profectum, Chumarujjæ duces fugasse, et, Kinnesrino potitum, Damascum intrasse dicat, in eo Abu-Almahaseni verbis nimiam fidem habuisse videtur, quippe idem codex, narrata pugna inter Chumarujjam et Ahmedem ben-Almuwaffik, nullam Almuwaffiki ipsius mentionem fecerit, qua ex re difficultas non negligenda legenti non potest non sese offerre. Aut Abu-Almahaseni, aut scribæ, in eo vitium latet, ut الموفق pro ابن الموفق scriptum sit; nam cum nostro et codex A. 668 et Th. consentit. Ex codice A. 668, quum nonnulla non levis momenti referat, quædam addere placet. Hoc anno (271) prælium inter Abu-Alahbbasum et Chumarujjam ad Althawahinum factum est; Almohtamedus enim, Damasco potitus, versus Ramlam contra Chumarujjæ copias profectus est. Ibi de Chumarujjæ, multas copias secum ducentis, apud exercitum adventu nuncio adlato, redire in animo habuit, quum Chumarujjæ duces, qui ad eum perfugerant, eum retinerent. Ab eo vero læsi Ebn-Cendadjus et Ebn Abi-Alsadjus jam erga eum animum propensum abjecerant. Chumarujja, Ramlam perveniens, ad aquam, ubi molæ exstructæ erant, castra posuit. Quum post Chumarujjæ fugam (hic loci pugna memoratur) insidiæ in Abu-Alahbbasum impetum facerent, hic putans, Chumarujjam ex fuga rediisse, fugæ sese commisit, et, Damasci populo in ejus adventu portas oppidi claudente, usque ad Tharsum in fuga perrexit. Interim uterque exercitus,

ducibus fugientibus, a pugna non desistit, dum Saahdus Alaisar, qui Chumarujjam frustra quæsiverat, in ejus locum fratrem Abu-Alaschajerum substituit; et victoria reportata, multi enim ex Iracæ copiis aut capti aut occisi erant, nuncium Mizrum mittit. Chumarujja, nuncio adlato, multas erogat eleemosynas ei erga captivos benigne agit, sociis suis dicens: « Hi hospites vestri sunt; bene eos tractate. » Adductis ad ipsum libertatem donat, nec non aut manendi, ut eos honore afficiat, aut ad suos redeundi veniam concedit. Pars manet, pars redit. Chumarujja ex oppido Mizri decimo mensis Zafari cum copiis profectus erat; rediit in fuga tertio mensis Rabihæ prioris.

De loco quo prælium commissum sit, apud virum cl. Deguignes, in libro citato legis: *Il rencontra Ahmed fils de Mouaffek auprès de la rivière Abu-petros, connue encore sous le nom de* Touahin, *dans la Palestine;* quum in codice Abu-Almahaseni, quem secutus est, legatur فالتقا مع احمـــد بن الموفق بنهر أبي فطرس المعروف بالطواحين من ارض فلسطين. Sed in hoc loco vitium esse videtur, ut scribendum sit على الموضع المعروف, quum, fluvium illum nomen *Althawahin* non habere, sed locum esse ita appellatum a molis الطواحين ibi exstructis, nullis non notum sit. Deguignes, in eo quod de cæde Saahdi-Alaisar dixit, Abu-Almahasenum secutus est, a quo codex A. 668 differt. « Anno 275, Saahdus Alahsar الاعسر, qui et الايسر appellatur, Damasci Emirus, vir justus, benignusque erga subditos, unus ex sociis intimis Ebn-Thuluni, qui Abu-Alahbbasum die Althawahini in fugam conjecerat, vitam perdidit. Die enim pugnæ, ira in Chumarujjam inflammatus, dixerat: « Adolescens hic ludo occupatus est. » Quæ verba ad Chumarujjam delata, quum Ramlæ versaretur, ut a Damasco advocatum sua manu occideret, eum incitarunt. Cujus rei nuncio Damascum perlato, oppidi populus rebellat, Chumarujjæ in suggestibus maledicit, et, magnum ob viri cædem luctum edens, ad Almuwaffikum scribit. Chumarujja autem, itinere sacro indicto, multis pecuniis donisque datis, hominum animos placat. Cum his dictis codex A. 640 consentit; addit autem, eum, secundum nonnullorum sententiam, jam anno 273 occisum esse.

(150) Ishacus ben-Cendadj anno 279 diem obiit, succedente in provinciam Mosulæ et Dijar-Rabihæ filio Muhammede. Nomen كنداج in pluribus codicibus et كنداجيق *Cendadjik* scribitur (cod. A. Th.).

(151) Ebn-Abi-Alsadjus Muhammedes ben Diudad patre usus est Abu-Alsadjo, Diudado, qui anno 288 Bardahæ (cod. *669* بمدينة ادربيجان in Aderbidjanæ capite; quod idem est) peste, quæ inter socios grassabatur, abreptus est. Post ejus mortem socii filium Diudadum principem sibi crearunt; sed, quum ejus patruus Josephus ben-Abi-Alsadj ei adversaretur et impetum in eum faceret, cum paucis, qui se cum ipso conjunxerant, in fugam actus est. Hæ res mense Ramadhani gestæ sunt (cod A. *668* et *669*). Ni fallor, in Eutychii Annalibus, *p. 476*, nomen viri vitiose scriptum est.

(152) Codex A. 668 et Th. ad annum 270 nonnulla habent, quæ rem explicant. Chumarujja, qui patris in imperium successerat, contra Damasci præfectum rebellantem copias misit, quæ eum inde depulerunt et tum Schaisarum profectæ sunt. Eodem anno, Ishacus ben-Cendadj Mosulæ Mesopotamiæque

præfectus, qui, conjunctus cum Ebn-Abi-Alsadjo, mortuo Ahmede ben-Thulun, Syriæ provinciam in potestatem redigere in animo habebat, in Syriam profectus est. Uterque ad Almuwaffikum, auxilium rogans, litteras misit. Quibus promissis et copiis collectis, regiones vicinas, irruptione facta, sibi subjecit; et quum ipse Damasci præfectus eos adjuvare promitteret, omnes in Syria duces ex Antiochia, Halebo et Emessa recesserunt. Interim Chumarujjæ copiæ ex Damasco Schaisarum, ad bellum Ishaco ben-Cendadj faciendum, procedunt, qui tamen, ob auxilia quæ ex Iraca exspectat, pugnam differt. Utrique parti hiems supervenit, et Chumarujjæ exercitus, tempore vehementer afflictus, in loca circa Schaisarum se dispergit. Tum Abu-Alahbbasus Ahmedes ben-Almuwaffik auxilia adducens, inopinato impetu facto, Chumarujjæ copias invadit multosque eorum occidit. Qui fuga evadunt, Damascum petunt, quod oppidum Abu-Alahbbasus mense Schahbani anni 271 intrat.

(152 *bis.*) Nomen hoc in codice sine punctis diacriticis legitur. Habuit puncta supra خ, sub ب et ى, sed scalpello erasa sunt. In codice A. 668 idem nomen invenimus, sed solummodo cum punctis ش ى, ut in codice, quod ex bibliotheca viri cl. Rousseau amicus noster, juvenis doct. Reinaud, in hoc verbo contulit. Quomodo efferendum sit, dubitamus. Fieri tamen potest, ut idem nomen sit, quod in adnotatione 140 *Ahmedes Ebn-Djahwijja* scriptum est.

(153) وحاضرطى لطى. Vox حاضر jam antea (adn. 6.) explicata, cum voce طى conjuncta, nil aliud esse videtur ac حاضرقنسرين ut حاضر السليمانية, et حاضر كلب idem est quam حاضرحلب. Cui si addideris, quæ sub voce الفراديس in Lexico geogr. Sojuthii leguntur, nil erit, quod dubites: جمع فردوس وهو البستان موضع بدمشق هو الان محلة كبيرة ينسب اليها احد ابواب دمشق والفراديس موضع بحلب قرب برية خساف وحاضر طى من عمل قنسرين. « Vox الفراديس, pluralis vocis فردوس, quæ hortum significat, est locus apud Damascum, jam magnus locus habitatus, a quo una portarum Damasci nomen duxit, et vox الفراديس est locus ditionis Kinnesrini apud Halebum in propinquo campi Chusaf et Hadhiri Thai »; nam apud Jakutum sub eadem voce legis: الفراديس موضع قرب حلب بين برية خساف وحاضر قنسرين, « Alfaradis est locus prope Halebum, situs inter campum Chusaf et Hadhirum Kinnesrini. » Hic locus a situ nomen حاضر قنسرين, ab incolis حاضرطى nomen traxit, ut حاضرحلب et حاضركلب. Iterum hæc vox fol. 143 *r.* occurrit.

(154) Sojuthii Lexicon geographicum habet الطواحين قرب الرملة من فلسطين بالشام « Althawahin, locus prope Ramlam situs, Palæstinæ ditionis in Syria est. »

(155) Codex A. 668 et Th. ad annum 273 narrant: Hoc anno inimicitiæ inter Muhammedem ben-Abi-Alsadj et Ishacum ben-Cendadj, qui in Mesopo-

tamia consentiebant, exortæ sunt. Causa erat, quod Ebn-Abi-Alsadjus ditiones Ishaco invideret, et præcedere vellet; Ishacus vero eum ab ista re impediret. Ebn-Abi-Alsadjus Chumarujjæ ben-Ahmed ben-Thulun, litteris missis, se adjunxit, et, pacis pignori filio suo misso, in provincia Kinnesrinl preces pro eo fecit, quum Chumarujja ei ejusque ducibus magnas mitteret pecunias. Hoc fœdere pacto, Chumarujja, in Syriam profectus, cum Ebn-Abi-Alsadjo, qui Balesi erat, se conjunxit. Ebn-Abi-Alsadjus Euphratem apud Raccam trajicit et cum Ishaco ben-Cendadj prælium committit, quo omnes Ishaci fugati opes in hostium potestatem veniunt. (Habet codex A. 660 ad annum 273: Hoc anno, mense Djumadæ prioris, prælium inter Ishacum ben-Cendadj et Muhammedem ben-Abi-Alsadj commissum est, in quo Ishacus fugæ se tradere coactus est. Iterum, mense Dsu-Alhedjæ, prælio facto, Ishacus, ut antea, in fuga salutem posuit.) Chumarujja autem, Euphrate trajecto, Rafikæ (est oppidum prope Raccam ad Euphratis ripam situm. Inter utrumque oppidum trecentorum cubitorum distantia est.) sedem figit, dum Ishacus Maredinum arcem tendit, in qua ab Ebn-Abi-Alsadjo oppugnatur. Ebn-Abi-Alsadjus, de expugnatione desperans, eam relinquit, et versus Sendjarum castra movens, hunc locum copias, ex Arabibus collectas, invadere jubet. Ishacus autem, ex Maredino versus Mosulam profectus, iterum ab Ebn-Abi-Alsadjo ad oppidulum Barkahid (est locus in extremo nomi Bakah-Mosulæ fine, tractus Nisibis, e regione Baschassi, qui nomo Bakah adnumeratur. Ab ejus incolis proverbium deductum est, quum dicitur لص برقعيدى *Fur ex Barkahido*) prælio commisso, fugæ se mandare cogitur. Redit hic Maredinum; sed Ebn-Abi-Alsadjus, his victoriis auctus, Mesopotamiam Mosulamque in potestatem redigit, et pro Chumarujja, post hunc vero pro se, preces publicas facit. Mittit quoque servum suum Fatahum, fortitudine præditum, sibi inprimis carum, in regionem Mardj-Almauzil [campus Mosulæ] (regio, nota nomine مرج أبى عبيدة [campus Abu-Ohbaidæ], Mosulæ ab oriente sita, inter montes est. Hæc vallis, similis valli Ghur, campos et vicos habet, et in ejus montibus arces exstructæ sunt.) appellatam cum parte copiarum, ut ibi tributum colligat. In propinquo ejus Jacobitæ erant, quibuscum pacem composuit; tum vero, improviso impetu eos adortus, fugatis viris, eorum opibus potitus est. Illi tamen collecti, summo consensu eum aggressi, octingentos occiderunt, ut a mille militibus, qui cum eo essent, circiter centum fuga evaderent, centum in vicos dispersi se occultarent. Redierunt tum Mosulam ibique permanserunt.

(156) ابن ابا خذ عكم Hæ voces in codice, ob angustum, quo continentur, spatium, difficiles sunt lectu. Quum aliquod tempus de sensu priorum dubitavissemus, in voce ابن omissionem vocis له et in voce ابا exceptionem regulæ grammaticæ, quam perill. S. de Sacy in Grammatica, *tom. II, pag. 78, §. 137*, explicavit, quum يا ابا scribendum fuisset, esse putavimus: sensus tum esset: Dixit filius, quem habebat: O pater! Dubitantes tamen ob litteras ح abbreviatas vocis صحيح *rectum*, quæ in margine codicis leguntur, amicum nostrum supra laudatum, ut codicem viri cl. Rousseau inspiceret, rogavimus, et codicem eadem verba habere, responsum tulimus. De casu rarissimo consulentibus nobis præceptorem fautoremque nostrum, huic scribere placuit ابن ابا idem significare quam يا نفسى [o anima mea], et addidit, هذا هو الصحيح لا ريب فيه [hoc verum est et dubio caret].

Vocibus يا نفسى Arabes utuntur, quum se alloquuntur; ابا vero est pro ابى (S. de Sacy, Gramm. Arab. *tom. II, pag. 78, §. 135*), et particula يا omissa est.

(157) Apud Jakutum legis: ثنية العقاب عقبة مشرفة على غوطة دمشق وفيها طريق القاصد اليها من الشرق وقال ابن الكلبى وسيف بن عمرو سميت بذلك لان خالد بن الوليد لما ورد من العراق مددا لاهـل الشام ودخل هذه الثنية واشرف على الغوطة ركز بها رايته التى اعطاه اياها النبى صلى الله عليه وسلم وكانت تسمى العقاب علما لها وقيل بـل العقاب اسم جنس لكل راية وقيل بل سميت بعقاب عشش فى موضع منها والله اعـلم وثنية العقاب ايضا بالثغور الشامية قرب المصيصة « Tsanijja Aluhkab est collis Ghuthæ Damasci imminens, in quo via ejus est, qui ab oriente (Sojuthius ab Emessa) Damascum tendit. Dixit Ebn-Alcalbius Wasifus ben-Ahmru, ita nominatus est, quia Chaledus ben-Alwalid, quum ex Iraca Syris auxilium ferret, hoc colle conscenso, Ghuthæ imminens, ibi vexillum, quod a propheta (Muhammede) acceperat, defixit, in cujus rei memoriam nomen colli datum est. Dicitur, sed vox *Uluhkab* nomen generis cujuslibet vexilli est; dicitur, collis potius ab eo, quod aquila (vox enim *Uhkab* et aquilam et vexillum significat) in loco quodam hujus collis nidum habuit, appellatus est. Quid verum sit, Deus scit. Vox *Tsanijja-Aluhkab* et nomen loci est, in confiniis Syriæ prope Mazizam siti. » Codex A. 660, quamvis vitiose ibi legatur فخرج بعساكره فى ذى القعدة تبية العقاب فى دمشق ut videtur pro فى قرب دمشق, hunc tamen locum apud Damascum indicat.

عقاب collis aquila signum
ركز defigere in terram hastam
عشش nidum extruxit avis

De rebus gestis codex A. 668 et Th. nonnulla habet, quæ addere placet. Hoc anno (275) discordia inter Ebn-Abi-Alsadjum et Chumarujjam, post amicitiam mutuam et obsequium huic ab illo tributum, citata est. Chumarujja, ex Ægypto profectus, in Ebn-Abi-Alsadji, qui etiam castra moverat, occursum, apud Tsanijjam Aluhkab, prope Damascum sitam, venit. Primo Chumarujjæ dextra ala fugata, quum altera exercitus pars Ebn-Abi-Alsadjum cingeret, hic fugam cepit, et, exercitu deleto, omnia impedimenta, jumenta opesque in hostium potestate reliquit. Quum vero Ebn-Abi-Alsadjus magnas Emessæ reliquisset divitias, Chumarujja cum duce quodam equitum turmam versus hoc oppidum misit, qui, antequam Ebn-Abi-Alsadjus advenisset, iter emensi, eum, quominus oppidum intraret et in eo se defenderet, impediverunt. Raccam tum fugit; sed quum Chumarujja, qui versus Mosulam eum præcessisset, a persequendo non desisteret, a Mosula deflectens Alhaditsam pergit, dum Chumarujja Beledum proficiscitur ibique permanet. (بلد *Beled*, sæpius بلط *Beleth* scriptum, est oppidum antiquum ad Tigrin supra Mosulam, septem pharasangas ab hoc oppido distans.) Ebn-Cendadjus autem, qui, ab eo tempore quo Ebn-Abi-Alsadjum fugerat, eodem loco commorabatur, a Chumarujja adveniente ad illum persequendum magno cum exercitu pluribusque ducibus mittitur. Hic Ebn-Abi-Alsadjum ipsum præcedentem usque ad Tecritam sequitur; et dum Ebn-Abi-Alsadjus Tigrin trajicit, Ebn-Cendadjus, navibus collectis pontem confecturus, in ripa consistit, ubi inter utramque partem telis pugnatur. Ebn-Abi-Alsadjus duo equitum millia, Ebn-Cendadjus viginti millia secum habuit. Quum Ebn-Abi-Alsadjus

naves collectas esse videret, a Tecrita Mosulam noctu profectus est, quo die quarto pervenit et ante oppidum castra posuit. Tandem cum Ebn-Cendadjo concurrere coactus, cum parva manu hostium impetum fortiter sustinuit, et Dei auxilio victoriam reportavit. Fugiens Ebn-Cendadjus Raccam petit, quo Muhammedes eum persequitur, et Almuwaffikum de rebus gestis certiorem faciens, ut, versus Chumarujjæ ditiones in Syria, Euphratem trajicere sibi permittatur, rogat. Almuwaffikus, gratias agens, ut transire cunctaretur, donec auxilia miserit, ab eo petiit. Ebn-Cendadjus vero, ad Chumarujjam perveniens, ab eo iterum cum copiis mittitur; et dum Ebn-Cendadjus ad Syriæ latus, Ebn-Abi-Alsadjus ad Raccam castra habet. Hoc ducem, qui illum a fluminis transitu impediat, mittente, ab Ebn-Cendadjo copiæ missæ alio loco Euphratem trajiciunt; nec vero eorum transitus ab hostibus prius cognoscitur, quam in eos impetum faciunt. Ebn-Abi-Alsadjus, suis fugatis, a Racca Mosulam tendit et ab oppidi incolis auxilium petit. Ibi circiter mense peracto, Bagdadum proficiscitur, et anno 176 apud Almuwaffikum advenit, qui, in Parthiam iter facturus, eum veste honorat, divitiis donat et socium sibi adjungit. Ebn-Cendadjus autem in provinciis Dijar-Rabihæ et Dijar-Modhari permansit.

(158) Metrum البسيط appellatum est, quod ad circulum discrepantem الدايرة المختلفة pertinet. In principio octonarius مثمن, pedibus مستفعلن — — ∘ — et فاعلن — ∘ — quater repetitis, versus est. Noster octonarius in pedibus plures admittit mutationes: 1) Pes مُسْتَفْعِلُنْ — — ∘ — fit مُتَفْعِلُنْ ∘ — ∘ —, abjecta secunda littera quiescente, id quod خبن et pes ita mutatus مخبون appellatur; est pes مفاعلن. 2) Pes فاعلن — ∘ —; α) eodem modo mutatur, ut fiat فَعِلُنْ ∘ ∘ —; β) abjecta littera quiescente ا et sequentis litteræ ع, abjecta vocali, ut fiat فَعْلُنْ — —. Modus metri est:

∘/— — ∘ —	∘/— ∘ —	— — ∘ —	∘ ∘ —
∘/— — ∘ —	∘/— ∘ —	— — ∘ —	— —

Hemistichia post verba منزلة et بكرة separanda sunt. In versibus verborum lusus est.

(159) Hæc verba ex Alcorano sunt (*vid.* sur. VI, 64; LIII, 38, edit. Hinck.) Sensus est: « Sed absit, ut filius tuus pro te pœnas det! »

(160) Codex A. 660 et Th. ad annum 276 habet: Medio mensis Rabihæ prioris h. a. Almuwaffikus, frater Chalifæ Almohtamedi, Izpahanum ad Ahmedem ben-Ahbd-Alahsis ben-Abi-Dulf iturus, Bagdado profectus est. Advenienti Ahmedes domus suæ cum omnibus ejus utensilibus usum permisit, ut Almuwaffikus in ea habitaret. Advenit quoque Ebn-Abi-Alsadjus apud Almuwaffikum, Chumarujjam fugiens post plura inter utrumque prælia commissa, quem Almuwaffikus veste donavit et honore affecit. (Causa itineris Almuwaffiki fuit, quod Almarsai scriba Adjutecini ei, magnas opes ibi esse, litteris indicaverat: si ipse iter susciperet, omnes in potestatem redacturum esse.)

(161) In Jakuto legitur: الجبل اسم ساحل للاقليم المعروف بين العامة

بعراق العجم منه همدان والدينور وجرباذقان (٧ جربادفان) واصبهان...... والجبل ايضا موضع بالاندلس معروف عندهم .... والجبل ايضا كورة بحمص معروفة « *Aldjebel* nomen tractus littoris regionis inter vulgum nomine *Ihrak-Aladjem* notæ est, in cujus ditione sunt Hamadan, Aldinawer, Djerbadskan (*v.* Djerbadfan) et Izpahan oppida....... et *Djebel* etiam locus in Andalusia inter ejus incolas notus..........nec non nomus notus apud Emessam.»

(162) Qui apud nostrum appellatur يازمار *Iasmar*, modo بازماز *Basmas*, modo بازمان *Basman* scribitur apud alios. Codex A. 668 et Th. ad ann. 277 omittit triginta millia denariorum, quæ ante preces miserat, ut ea in pium usum erogaret; habet porro pro 150 vestibus numerum 500, et eodem modo 500 equos nobiles. Cum hoc consentit codex A. 669. Codex A. 660 habet triginta millia denariorum, 500 vestes, totidem jumenta multaque arma, cum quo codex A. 640 consentit; sed addit, post dona illa missa, quum Basmasus pro Chumarujja preces faceret, hunc illi iterum quinquaginta millia denariorum misisse.

Basmasus eunuchus Alfatahi ben-Chakan fuit. Codex A. 668 et Th. eum anno 279 diem obiisse narrat (cod. A. 669, anno 278). Causa mortis fuit: Quum mense Djumadæ posterioris anni 279 Ahmedes Alahdjifi Tharsum venisset, Basmasus cum eo in expeditionem æstivam profectus est. Schelendam (cod. A. 669 شلندا, cod. A. 668 سلين. Nil de his locis in Lexico geogr. Sojuthii legimus. Masuhdius habet *sub arce Caucab;* sed arx hujus nominis in Palæstina, quæ Jordani imminet, esse non potest) perveniunt, in quo oppido obsidendo occupato lapidis segmentum a machina missum costas lædit, ut jamjam locum in potestatem laturus redire cogatur. Medio mensis Redjebi diem obiit (idem Masuhdius: Ad portam Djihad sepultus est) et Tharsum abductus ibi sepelitur. Magna fortitudinis laude et studii in bello mari terraque contra Græcos gerendo a Masuhdio ornatur. Milites maritimos, quibus pares non erant, habuit, ita ut hostibus magnas clades afferret. In ejus provinciam Ebn-Ahdjifus successit, quem et Chumarujja provincia ornavit, et equis, annona aliisque rebus adjuvavit. Huic provinciam ademtam patrueli suo Muhammedi ben-Musa ben-Thulun dedit, quem Tharsi populus, eodem jam anno impetu facto, domo direpta, Haremo, ut ita dicam, læso, in vincula conjecit, quia Chumarujja, qui tunc temporis Damasci erat, Almuwaffiki eunuchum Raghebum, qui post hujus mortem bellum sacrum decreverat, et, suis Tharsum missis, Chumarujjam visitaturus Damascum profectus erat, ab itinere, quippe ex cujus præsentia voluptatem caperet, retinuit, ut socii, qui Tharsum venissent, a Chumarujja in vincula conjectum eum putarent. Quo rumore in populum sparso, hic iratus Muhammedem invasit, se eum non prius e vinculis emissurum esse dicens, donec Chumarujja Raghebum dimiserit; qua de re Chumarujja certior factus illi statim abeundi veniam dedit. Muhammedes vero dimissus, quum hujus populi vicinitatem turpem haberet, Hierosolymas, ibi vitam peracturus, profectus est, ut iterum Ebn-Ahdjifus Tharsi imperium teneret.

(163) Loco nostro, quæ ab Abulpheda, *tom. II, pag. 272*, afferuntur, melius explicantur. Vir cl. Reiskius in adnotationibus ad locum citatum *(ibid. pag. 725)* ex Renaudoto nonnulla haud levis momenti attulit. Constructionem verbi زوج cum من rarissimam quidem esse, sed usitatam, perill. S. de Sacy in tomo II Chrestomath. Arab. *pag. 477 sq.* adnotatione, quæ in margine Kamusi est, probavit. Eadem

verborum باع *vendidit* et وهب *dedit* constructio in nonnullis locis a nobis observata est, ex. gr. vox باع in Vita Timuri edit. Mang. *tom. II, pag. 500, v. 15*, et in codice 728, *fol. 124:* ومنعوا الناس من الما وباعوه منهم « Et homines ab aqua repulerunt eamque iis vendiderunt. » Vox وهب in eodem codice *fol. 113:* وامر تاج الدولة بعد ذلك بجمع الاسرا ووهبهم من محمد بن شرف الدولة « Tadj-Aldewla captivos colligi jussit, eosque Muhammedi ben-Scharaf-Aldewla dedit. »

(164) Conferas *Histoire générale des Huns, tom. II, liv. IX, pag. 138.* Chalifa eam in matrimonium ducere volebat, ut majore, qui faciendus erat, apparatu Chumarujja pauper evaderet. Chalifam spes non fefellit: nam Chumarujja, filiam suam maximo splendidissimoque apparatu instruxisse non contentus, in initio cujuslibet stationis inter Mizrum Bagdadumque palatium, in quo omnia, quæ necessaria erant tali virgini, præparabantur, ut in patris domo esse videretur, exstrui jussit, et ob locorum distantiam et ob itineris modum, quum, secundum Abu-Almahaseni verba, modo itineris infantis in cunis iter facerent فكانوا يسيرون بها سير الطفل فى المهد, multa palatia fuisse putandum est (Histor. patriarch. Alexandr. *pag. 334 sq.*).

(165) Immensum Chumarujjæ apparatum fuisse, in eo omnes auctores consentiunt. Plures auctores mille mortaria aurea in ejus apparatu fuisse narrant. Abu-Almahasenus uno loco mille, Dsehebium secutus, altero centum, ut noster, habet. Plures præterea res pretiosissimas addunt, non omnes easdem: omnium rerum pretium 1020000 denariis codex A. 668 taxat; et Abu-Almahasenus, Chumarujjam 1000000 dirhemos (cons. cod. A. 731 et Almasuhdius) doti dedisse, dicit. Præterea, terris ab Euphrate usque ad Barcam in triginta annos concessis, quotannis 200000 denarios pro præterito et 300000 denarios quotannis pro futuro solvit (cod. A. 731 habet 200000).

(166) Abu-Almahasenus narrat: Chumarujja filiæ suæ fratrem suum, Chesredjum ben-Ahmed ben-Thulun, socium in itinere adjunxit. Primo mensis Almuharremi anni 282 Bagdadum pervenere (ut narrat Masuhdius, jam mense Dsu-Alhedjæ anni 281), quo tempore Almohtadhedus Mosulæ erat, qui vero, nuncio adventus adlato, statim Bagdadum rediit. Quinto mensis Rabihæ prioris ad eum deducta est; et Ahlius ben-Alahbbas Alrumi, poëta tum temporis, versus, quos Masuhdius citat, cecinit:

يا سيد العرب الذى له قدرت باليمن والبركات سيدة العجم
اسعد بها كسعودها بك انها ظفرت بما فوق المطالب والهمم
ظفرت بملاى ناظريها بهجة وضميرها نبلا وكفيها كرم
شمس الضحى زفت الى بدر الدجى فتكشفت بهما عن الدنيا الظلم

« O Domine Arabum, cui propter fortunam secundam et virtutes eximias a
» Deo domina barbarorum decreta fuit,
» Sis felix per eam, sicut illa per Te felix est; nam, quæ desiderio et cura com-
» parari non possunt, ea adepta est;
» Tibi adest multitudo, quæ in ea pulchritudinem, in ejus animo ingenii
» pulcherrimas dotes, in ejus manibus liberalitatem cognoscit!

« Sol diei rutilans ad lunam plenam noctis tenebrosæ deductus est; et per » utrumque ex mundo injustitia depulsa. »

Pauca, quæ versus explicent, addo. Poëta duas voces العرب et العجم unam alteri opposuit. Filia Chumarujjæ enim ex Arabibus originem non duxit, et voce عجم omnes nationes, Arabibus exceptis, intelliguntur. Arabes feminas cum sole, nec vero cum luna, comparare solent; nam شمس *sol* est generis feminini, بدر *luna* vero masculini. Vox الضحى est diei pars paulo ante meridiem, quum sol plene splendet; quo epitheto significatio vocis شمس explicatur; huic vox الدجى *noctis obscuritas* opposita. Vox البدر est *plena luna*; qua viri pulchritudo describitur. Ut voci الظلم duplex sensus *injustitiæ* et *tenebrarum* tribuatur, poëta voluisse videtur. Kathronnada (cui nomen erat Asma) anno 287 diem supremum obiit (cod. A. 668, 669, 731).

(167) De causa modoque cædis auctorum dissensio est. Schems-Aldinus in libro inscripto مرآة الزمان [Speculum temporis] eum in balneo occisum esse dicit, quum servis in odium venisset: nam aliquo die in balneo, quippe a servorum aliquo rem indecentem postulasset, hic vero pudore aliorum servorum retentus eam facere recusasset, eundem, donec exspiraret, cædi jussit (conf. Histor. patriarch. Alexandr. *pag. 334 sq.*). Alii dormientem eum in lecto occisum esse volunt. (Mizri quum degeret, a leæna custodiebatur dormiens, et nemo ad eum accedere audebat.) Sunt qui narrent, servum cum quadam Chumarujjæ concubina rem habuisse, eosque, rei pœnam timentes, cum aliis servis conjunctos, eum occidisse. (Hanc opinionem de Guignes in libro citato secutus est.) Servi qui eum occiderant, plures quam viginti, quos in fuga Thoghdjus ben-Djof Damasci præfectus assecutus erat, occidebantur et cruci affigebantur. Ubi occidebatur, secundum codicem A. 731, triginta, secundum codicem A. 668, viginti septem annos natus erat. Eum occisum esse volunt medio mensis Dsu-Alhedjæ, alii autem paucis hujus mensis diebus præterlapsis.

(168) Djeischus decimo-quarto Dsu-Alkahdæ anni 282 Ægypti præfectus creatus est. Aliquot dies Damasci permansit; tum vero in Ægyptum rediit. Plures erant causæ, cur non multo post provincia privaretur. 1) Quum ejus pater Chumarujja tanto apparatu filiam suam Kathronnadam, quam chalifa in matrimonium ducebat, instruxisset, in thesauro, ubi Djeischus in imperium successit, sufficientes non erant pecuniæ, ut eodem quo pater modo erga Emiros agere posset. 2) Imperii initio non Emiros virosque meritos, sed servos viles socios sibi adjunxit, et, Emiros subditosque suos negligens, ludo potuique cum illis indulsit. 3) Hi eum, ut patruelem suum Abu-Alaschajerum occideret, incitarunt; et quamvis aliam provulgaret causam, ad unum omnibus vera nota erat. 4) Quum aliquo die in vino bibendo cum istis hominibus vilibus occupatus dixisset, se his illorum dignitatem, domos divitiasque daturum, quippe quos canibus istis digniores haberet, his verbis ad Emiros delatis, unus apud alterum de injuria inlata questus est. Djeischus, hujus rei certior factus, multum aberat, ut eorum animos sibi conciliare studeret, ut pedites in eos se dimissurum esse minaretur: qua re adducti plures Emirorum, ex. gr. Muhammedes ben-Cendadj, Chakanus Albalchi et Badrus ben-Djof, cum trecentis satellitibus viam Ilehi (Ileh oppidum antiquum Judæorum est ad mare Kolsum [rubrum] situm, quod Hedjasum finit et ubi Syriæ initium est) carpentes, fugam capiunt. Hi in via errantes, multis molestiis afflicti et siti pæne consumti, Cufam

tandem perveniunt. Chalifa, de eorum adventu nuncio adlato, alimenta jumentaque iis mittit, et ipsos advenientes magno excipit honore. 5) Post has res gestas Damasci præfectus et confiniorum præfectus Ebn-Taghdjanus rebellarunt, et Djeischi nomen in precibus publicis omiserunt. 6) Quæ vero res quum ejus animum nullo modo agitarent, qui ex satellitibus patris Chumarujjæ in oppido Mizri supererant, inter se, quid faciendum esset, quæsiverunt, et omnes, ut imperio eum privarent, consilium ceperunt. Unus ex illis nomine Barnesoh ejus occidendi consilium cepit, postea vero a cæde abstinuit. 7) Mane postridie duces in loco domi Chumarujjæ convenere, et, coactis urbis notariis et re in medium prolata, consilium cepere: quod si vitæ præteritæ pœnitentiam ageret, ut ei imperium prolongarent; sin vero indignum se probaret, ut in ejus locum alium crearent. Adductus talem se gessit, ut eum imperio exuerent.

Præter hanc opinionem et aliæ existunt, quas brevi modo explicare nobis liceat.

Quum a ducibus res modo narratæ gererentur, Djeischus, nil curans, ad locum amœnum, quem Munijjæ-Alazbagh (est locus in oriente Mizri situs, qui nomen ab Alazbagho ben-Ahbd-Alahsis ben-Merwan accepit: Jakuti tempore in Ægypto talis locus non erat; sed vicum esse dixit, *Alckendek* nominatum prope Kahiram ab oriente situm) possidebat, exivit. Ibi commoranti de exercitu in ipsum irruente nuncius adfertur, qui in ejus locum patruum Nazrum ben-Ahmed ben-Thulun substiturus, ut imperium deponeret, postulabat. Scriba Djeischi Ahlius ben-Ahmed Almaredani exiens, ut hujus diei mora concedatur, rogat. Concedentibus illis, Djeischus statim patruum suum Nazrum et alterum patruum, quos in vincula conjecerat, truncari jubet; et quum exercitus mane postridie redit, capita occisorum, verbis additis « Accipite Emiros vestros », iis objicit: qua re exercitus commotus, impetu facto, Djeischum cum matre occidit, domum antea direptam comburit et Djeischi fratrem ejus loco principem creat; nec non Djeischi scribam Ahlium ben-Ahmed Almaredani obtruncat. Tanta autem fuit præda ex domo Djeischi direpta, ut plures ex militibus, militiam relinquentes, ripam habitarent, et aut agriculturam aut mercaturam exercerent.

Adducitur tertia opinio ex libro inscripto مرآة الزمان [Speculum temporis], auctore Schems-Aldino, secundum quam Djeischus, jussu fratris Haruni carcere inclusus, a servis decimo mensis Djumadæ posterioris anni 283, post imperium ademtum paucis diebus, occisus est. *(Vid.* cod. A. 668 et 669, nec non *Histoire générale des Huns, tom. II, liv. IX, pag. 141.)*

(169) Post cædem Djeischi, frater Harunus omnium consensu, nullis donis exercitui datis, die decimo mensis Djumadæ posterioris anni 283 in ejus locum successit, ipsi vicario Wesiroque Abu-Djahfaro ben-Abali dato. Ex Djeischi sociis nemo præter Ahbd-Allahum ben-Alfatah a morte se eripit, dum Rabiahus ben-Ahmed ben-Thulun ab Abu-Djahfaro ben-Abali cum suis Alexandriam in exilium mittitur, qui, aliquo tempore ibi in pulcherrima agendi ratione peracto, a fato impulsus, quum nonnulli ejus agendi rationem prudentiamque laudantes ad eum litteras dedissent, quod si palam se ostenderet, omnes in fidem juraturos esse, ab Alexandria profectus, quippe homines ejus adventum non prius cognoscerent quam ad montem Almukattem (est pars Fustati, ubi postea Mizri populi sepulcra erant: ibi Ahmedes ben-Thulun sepultus est) pervenisset, omnibus eum deserentibus, post pugnam acriter pugnatam in vincula conjectus et mane postridie centum flagelli ictibus occisus est. Interdicto dato, ne in gentis suæ sepulcro conderetur, in rupe prope locum Bir-Aldjeladi dictum sepultus est. Fajekus vero et Zafius singuli singulam exercitus partem in ipsorum servitium administrabant; et secum eam conjungentes, ut pro ea stipendium aliasque res, quarum jus ei concessum erat, fla-

gitarent, in domum suam facultates ejus ferri jubebant, ut ita dona ei præbenda susciperent, eamque pro satellitibus haberent. Post has res gestas, Badrus et Alhusainus ben-Ahmed Almaredani, in Syriam profecti et Damasco Thoghdjum ben-Djof præficientes, Syriæ provinciarum statum restituere; tum, re peracta, in Ægyptum redierunt. Quum vero Harunus ducem quendam, Lahdjum nominatum, qui in numero minorum ducum patris fuerat, personæ suæ adjungeret et in locum primorum eveheret, Badrus, Zafius Fajekusque, se hac re digniores habentes, Haruni inimicitiam in animo conceperunt; et quum posthac Harunus Zafium Ramlam relegaret, parum abfuit, quin inter eos inimicitia palam fieret. Karmathitis ab Ebn-Solaimano devictis, chalifa huic, ut in Ægyptum proficiscens Haruno bellum faceret, imperavit. Muhammedes ben-Solaiman, cum copiis suis mense Redjebi profectus, ad Damjanum, Basmasi servum (diem obiit anno 301), qui tunc temporis præfectus classis erat, ut cum navibus suis versus Ægyptum se converteret, scripsit; et quum ipse ad Damascum appropinquaret, Badrus Fajekusque cum omnibus suis, odio in Harunum impulsi, obviam ei venientes cum ipso versus Mizrum castra moverunt. Harunus, hujus rei certior factus, ad bellum se armavit et de castris collocandis mandatum dedit. Castris ad portam urbis positis et pecuniis inter milites distributis, omnes itineri paratos esse jussit. Tum in Syriam profecturus, Ahbbasam (est oppidulum quindecim pharasangas a Mizro distans, ditionis Ægypti, et primus locus in quem ex Syria in Ægyptum iter faciens pervenit: antea nomen قصرعباسه *Kazr-Ahbbasa* habuit) castra movet, ubi aliquot dies commoratur et Badrum Fajekumque litteris sibi conciliare tentat. Aliqua autem nocte ibi potu ebrius in tentorio, quum securus dormiret, a nonnullis ex servis suis occisus est, quod facinus patrui auxilio peractum esse narrant. Quis vero eum occiderit, in eo non omnes consentiunt. Occisi patruus Schaibanus ben-Ahmed ben-Thulun homines, ut in ipsius obsequium jurarent, invitavit; et quum hominibus bonum rerum regimen sponderet, iis autem, qui eum adjuvarent, se benefacturum promitteret, in fidem homines jurarunt.

Auctorum pars rem alio modo narrat. Harunus Ægypti imperio, nemine adversante, fungebatur, donec chalifa Almohtadhedus b'Illah mense Rabihæ posterioris anni 289 diem obiit, et ejus filius Muhammedes Almoctafius in imperium successit. Anno 290, Karmathitæ in Syria grassantes Haruni duces in fugam egere, et interim dissidiis inter Harunum et Almoctafium excitatis et in dies crescentibus, Almoctafius Muhammedem ben-Solaiman contra Harunum misit. Muhammedes a Bagdado profectus quum Emessam pervenisset, a confiniis naves versus Ægypti littus misit et ab Emessa castra mota in Palæstina collocavit. Harunus autem, ad bellum se armans, naves cum militibus mittit, quæ ad Tannisum cum navibus Muhammedis ben-Solaiman confligentes fugam capiunt, qua victoria illæ potitæ Tannisum Damjathamque occupant. Harunus, qui ex Mizro copias jam eduxerat, hujus eventus certior factus, versus Ahbbasam, cum Muhammede ben-Solaiman dimicaturus, castra movet, et, quamvis sociorum magna pars se ab eo separet, nihilominus tamen in lusu potuque occupatus est. Ibi patrui ambo, Schaibanus Ahdiusque, filii Ahmedis ben-Thulun, qui ejus occidendi consilium ceperant, ebrium nocte diei Solis, undecimi ante finem mensis Zafari anni 292, occidunt. Octo annos, octo menses et aliquot dies Ægypti imperium exercebat.

Sebethus ben-Aldjusi, in historia quam composuit, dicit: Mense Zafari anni 292, Muhammedes ben-Solaiman in Ægyptum, ut Haruno bellum faceret, profectus est. Harunus, contra eum copias educens, plura cum eo prælia commisit. Quum vero aliquo die inter Haruni socios dissidia exorirentur, et ipsi inter se armis contenderent, Harunus ad eos exiens, ut inimicitias componeret, ab aliquo Magharebicorum occisus est (cons. cod. 668). Illis post hanc rem peractam se dispergentibus, Muhammedes ben-Solaiman Mizrum intrat.

II..

Sunt qui dicant, Muhammedem ben-Solaiman chalifæ litteras accepisse, quibus ipse Ægypti provincia ornaretur, Harunus autem ad aulam chalifæ cum gente et familia proficisci juberetur; Harunum litteras ducibus ostendisse, qui rem detrectaverint; in prælio autem quum Harunus alta voce, o Manzure! clamaret, duces, clamorem cædem ipsorum significare putantes, servum contra eum incitasse, qui eum in lecto trucidaverit, et Schaibanum, cui, illo occiso, imperium tradidissent, egressum in Muhammedis ben-Solaiman fidem se commisisse. (Cod. A. *669*.)

Codex A. *668* habet: Finito bello cum Karmathitis, Muhammedes ben-Solaiman Bagdadum redire volebat, quum Badrus Alhemami et Fajekus, qui tum temporis Damasci erant, declarantes litteris, se ei auxilium laturos esse, ut in Ægyptum proficisceretur, eum invitarunt. Muhammede redeunte, res chalifæ indicata causa fuit, ut hic eundem cum copiis mitteret. Muhammedes mense Muharremi versus Ægypti fines profectus est. (Conf. *Histoire générale des Huns, tom. II, liv. IX, pag. 145.*)

(170) Vide *Histoire générale des Huns, tom. II, liv. IX, pag. 141 et 142.*

(171) Hic anno 283, Haruni tempore, judicis munere post Ahbd-Allahum Mizri fungebatur. Quum Muhammedes ben-Solaiman ex Mizro abiret, cum multis aliis abductus est. (Cod. A. *669* ad h. a.)

(172) Hic Alhasanus, cujus nomen et Alhusain scriptum reperimus, anno 282 Mosulæ præfectura, Boctemro ben-Taschtem in vincula conjecto, ornatus est. Anno 287 Halebi præfectus erat, unde anno 288 Bassasum ben-Muhammed Wesirum suum in expeditionem æstivam contra Græcos misit, qui, multis Græcorum arcibus expugnatis, secum captivos ducens rediit. (Cod. A. *668* ad h. a.)

(173) Codex A. *668* et Th. ad ann. 287 narrat: Hoc anno, Wazifus Muhammedis ben-Abi-Alsadj eunuchus, Bardaha Malathiam versus ex ditionibus domini sui fugiens, Almohtadhedum, litteris missis, ut ipsum Altsoghuri provincia ornet, rogat. Hoc autem legatos causam, qua commotus a domino discesserit, rogante, dixerunt, « Utrumque inter se convenisse, ut, quum Wazifus Altsoghuri provinciam obtinuisset, conjunctis copiis in Ægyptum tenderent. » Quibus rebus commotus Almohtadhedus, contra eum profectus, ad Aihn-Alsudam castra metatur; inde in via Almazizæ (hic locus a nonnullis *Mazziza* scribitur; est oppidum ad ripam Djihani [fluvii, qui oritur in Græcorum ditione, transit ad vicum prope Mazizam, Cofr-Bajja appellatum, et apud Mazizam ponte antiquo a Græcis lapidibus exstructo jungitur; tum post spatium quatuor milliariorum in mare Syriæ exoneratur] inter Antiochiam ditionesque Græcorum, ubi antiquis temporibus Muhammedani excubias agere solebant. Ita appellatus vicus et apud Damascum existit; cod. vitiose legit المصيفه) profecturus, nuncio adlato Wazifum Aihn-Sarbam (est oppidum in confiniis Syriæ, non multum a Maziza distans) tendere, quæ brevior ad illum locum sit via, quærit, et in ea, præmissa exercitus parte, procedit. Illa autem, Wazifo obviam veniens, prælium committit, et ipsum comprehensum ad Almohtadhedum ducit, qui, sociis ejus securitate concessa, mandatoque, ut quidquid milites iis eripuissent, redderetur, dato, adductum vinculis mandat. Post has res gestas Almohtadhedus Almazizam profectus, Tharsi principes, quos ad Wazifum litteras dedisse compererat, ad se adduci, et naves, quibus in bello utebantur, omniaque belli instrumenta comburi jussit; qua re magno Muhammedanos damno afflixit et eorum vires vehementer debilitavit, quum Græci sine periculo mari bellum inferre possent. Rem Damjani, servi Basmasi, qui in hujus oppidi incolas odium conceperat, consilio peractam volunt. His rebus permotus, Altsoghuri pro-

vinciæ Hasanum ben-Ahli Curam præficiens, per Antiochiam, Halebum aliaque oppida, Almohtadhedus Bagdadum rediit. Wazifus (mense Dsu-Alhedjæ, cod. Th.) anno 288 Bagdadi occisus, et occisi corpus cruci affixum est. Secundum alios, fato periit. Codex 669 dicit *(fol. 35)*: Almohtadhedus in Iracam cum Wazifo, qui in Altsoghuri provincia contra eum rebellaverat et quem captivum fecerat, pervenit. In camelo sedentem in oppidum eum introduxit, ubi paucis diebus post in carcere diem supremum obiit. Corpus cruci affixum est.

(174) Codex A. 675, in Vita Thoghdji ben-Djof, narrat: Quum Thoghdjus, ex Damasco magnum contra Karmathitas exercitum educens, in fugam actus esset, Almoctafius, re nunciata, Abu-Alagharrum cum exercitu decem millium ex copiis, clientibus Arabibusque collecto, misit, et decimo-tertio ante finem mensis Rabihæ posterioris anni 290 veste honoris donavit. (Consentit cod. Arab. 647.)

(175) Codex A. 669, *fol. 39*, dicit: Karmathitæ Damascum, ubi Thoghdjus ben-Djof præfecturam gerebat, obsidione cingebant; et quum Thoghdjus infirmior, qui iis resisteret, esset, oppidi incolas in angustias compellebant. Inde Alhusainus ben-Sicrujjah, qui post fratris Jahjæ ben-Sicrujjah cædem dux creatus erat, copiarum partem contra Halebum misit.

Multo amplius codex A. 668 et Th., ad annum 290, rem narrant. Hoc anno, Karmathita Damascum oppugnans, pæne omnibus Thoghdji sociis occisis, oppidi incolas ad tantas angustias adduxit, ut præter interitum nil exspectare possent. (Nowairius, cod. A. 647, qui Karmathitarum res gestas narrat, amplius rem describit: Thoghdji exercitu a Karmathitis in fugam acto et magna copiarum parte occisa, Thoghdjum per septem menses in oppido Damasci oppugnatum fuisse, et, quum in Ægyptum auxilium implorans mitteret, Ægyptios Badrum Alcabir, servum Ahmedis ben Thulun, nomine Alhamani cognitum, auxilio misisse, quocum conjunctus Thoghdjus Karmathitas debellaverit. Ille Karmathita Zahib-Alnakah cognominatus ante cædem denarios et dirhemos cudendos curavit, in quorum uno latere, قل جا الحق وزهق الباطل « Dic: Venit verum et abivit vanum; » in altero latere, لا اله الا الله « Non est Deus præter Deum (verum) », et قل لا اسلكم عليه اجرا الا المودة القربى « Dic: A vobis pro hoc præmium non postulo, nisi amorem sinceriorem. ») Quibus rebus commoti, plures ex Bagdadi incolis ad chalifam rem detulere, qui auxilium illis promisit. Interim Ægypti populus plures duces Damasci incolis auxilio mittit, qui prælium cum Schaicho Karmathitarum duce committunt. Occiditur hic Magharebicorum (*vide* de his copiis Abulphedam, *tom. II, pag. 705*) cujusdam ictu confossus, vel, secundum alios, naphthæ jaculatorum igne crematur. Hic Karmathita pro certo affirmabat, si manum versus regionem, in qua contra ipsum pugnarent, moveret, hostes in fugam se dare. Post occisum Jahjam, nomine Alschaich notum, fratrem ejus Alhusainum ducem creant, qui Ahmedem cognomine Abu-Alahbbas se ipsum appellavit. In ipsius fidem jurare camporum incolas invitat, quorum major pars voluntati ejus satisfacit, et in facie nævum ostendens, signum hoc esse, quo cognoscatur, dicit. Multis jam copiis auctus, versus Damascum castra movet, cujus incolæ pacem sub tributi solvendi conditione impetrant; et, tributo soluto, ab oppido copias reducit. Inde in Emessæ regiones proficiscitur, quibus potitus, in suggestibus preces pro se fieri, se ipsum Almehdium, principem fidelium, appellans, jubet. Patruelem autem suum, Ihsam ben-Mehdi Ahbd-Allahum ben-Ahmed ben-Ismahil, cognominat Almudatstserum, et cujus in Alcorano *(sur. 74: conf. Sale, 471)* mentio fiat, hunc esse dicit, dum juvenem gentis suæ Almuthawwikum appellat,

11...

eumque captivorum a Muhammedanis factorum cædi præficit. Quum Emessæ populus in ejus obsequium jurasset et metu adductus portas ei aperuisset, Hamam, Maahiram-Alnohman et versus alia oppida tetendit, eorumque incolas cum mulieribus et infantibus neci dedit. Inde Bahlbeccum profectus, incolas, paucis relictis, necat. Salmijjam tum castra movet, cujus incolæ primum ab introitu eum impediunt, tum pace facta et securitate concessa, portas aperiunt. Ibi Haschemitarum gentem cædere incipiens, ipsas in bestias et pueros in scholis sævit. Excedit ex oppido, ne relictis quidem, qui casum deplorarent; vicos circumjacentes cæde implet, et multos in captivitatem abducit. Quibus malis impulsus Syriæ et Ægypti populus ad Almoctafium, questum de sceleribus a Karmathitis commissis, legatos mittit. Copias chalifa armari jubet et ex Bagdado (cod. A. 645, mense Ramadhani; codex A. 675 duodecimo hujus mensis Raccam profectum ipsum, ejusque copias inter Halebum et Emessam dispersas esse narrat) per Mosulam in Syriam tendit, præmisso Abu-Alagharro cum decem millibus, qui vero, prope Halebi oppidum castra collocans, a Karmathita Zahib-Alschahmah [nævo prædito, quod idem est ac *Zahib-Alchal*], mense Ramadhani, majore copiarum parte occisa, in fugam agitur. Ipse fuga evadens, cum mille hominibus oppidum Halebi intrat. Karmathita versus oppidi portas se convertit, dum Abu-Alagharrus cum reliqua suorum parte in oppido contra eum pugnat. Karmathita, tum hos relinquens, contra Almoctafium proficiscitur et ad Raccam castra ponit; contra quem chalifa, duce Muhammede ben-Solaiman, copias mittit. (Cod. A. 645 cum nostro consentit.) Pauca ex codice 647, modo citato, addenda sunt. Primo Karmathitæ anno 288 et 289, tum anno 290, Damascum oppugnasse videntur. Anno 290 Muthawwikum contra Halebum misit. Initio anni 291, Karmathitarum dux contra Raccam profectus, cum cliente chalifæ Almoctafii, qui hujus oppidi præfectus erat, confligit et victum occidit. Tum rediens, ut jam dictum est, Damascum se convertit, et Bastarum, satellitem Thoghdji cum magno exercitu missum, cum multis suorum pugna occidit. Hujus rei nuncio adlato præcipue commotus chalifa Abu-Alagharrum mittit. Causa cladis fuit, quod, quum media æstas esset, plures, ut se recrearent, in aquam descendissent, alii huc illuc dispersi essent, ita ut quilibet, Karmathitis inopinatum impetum facientibus, salutis suæ curam haberet.

(176) Codex Lexici geographici, auctore Sojuthio, hæc habet : بطنـــان بالضم ثم السكون ونونان بينهما الف وهى من الاودية المواضع التى يستربص فيها الما من السيل فيلزم بنايها بذلك واحدها بطن وهو اسم واد بين منبج وحلب وبينه وبين كل واحد من البلدين مرحلة فيه انهر جـاريـة وقرى متصلة قصبتها بزاعة « Vox بطنان [Buthnan] significat loca in vallibus, ubi a fluctu aqua quiescit, et quæ ob hanc causam necessario culta fiunt; singularis est بطن. Hæc vox nomen est vallis inter Menbidjum Halebumque, inter quam et quodlibet horum oppidorum diei itineris distantia est. In ea sunt fluvii perennes et vici una serie conjuncti. Locus ejus præcipuus est Bisaah (hic et بزاعه et بُزاعى Busaah effertur). »

(176 *bis.*) Hic in textu versus omissi esse videntur; nam post vocem ثلثماية legitur شعر, rubro colore distincta vox.

(177) Codex A. 659, *fol. 52*, ad annum 306 habet : Hoc anno Emirus Abu-Ahbd-Allahus Alhusainus ben-Hamdun Taghlebita, patruus Saif-Aldewlæ, mortem obiit. Magno in honore apud plures chalifas erat. Chalifa Almoctafius bello

Thulunidarum eum præposuit (primo Muhammedis ben-Solaiman agmini præfuisse videtur). Diebus Almoktaderi bello Karmathitarum præerat. Posthac Dijar-Rabihæ præfectus, Græcis bellum inferens, plures arces expugnavit et magnam Græcorum copiam occidit. Quum obsequium in chalifam exuisset, Rajekus missus ab eo fugatus est. Hic vero, cum Muniso eunucho se conjungens, in bellum contra eum gerendum rediit et victum captivum fecit. Ad chalifam Bagdadum ductus, in vincula conjicitur et in carcere necatur. Vir magni roboris et fortitudinis, primus regum Hamdanidarum erat, qui sibi imperium vindicare voluit.

Nonnulla ex codice A. Th. addere liceat. Anno 296, Alkasimus ben-Sima pluresque duces ad Alhusainum ben-Hamdan persequendum missi sunt; qui venientes Karkisiam et Aldahmam victoriam non reportarunt. Quibus rebus commotus Almoktaderus, Abu-Alhaidjam Ahbd-Allahum ben-Hamdan, qui Mosulæ princeps erat, fratrem persequi jussit. Ille et Alkasimus ben-Sima profecti, prælio apud Tecritam commisso, Alhusainum in fugam egere, qui ad fratrem Ibrahimum ben-Hamdan securitatem petiturus misit. Re concessa, Alhusainus Bagdadum proficiscitur, et honorifice exceptus, provincia Kom et Kaschan (قاشان Kaschan est oppidum prope Izpahanum situm; unde scutellæ Kaschaniticæ [الغضاير القاشانى] portantur. Incolæ hujus oppidi omnes Schiihtæ, Imamo dediti sunt. Hoc oppidum a Kommo duodecim pharasangas, ab Izpahano trium dierum itinere distat), cui Alahbbasus ben-Ohmar præerat, ornatur. (Jam anno 301, Abu-Alhaidja in oppido Mosulæ rebellavit. Munisus contra eum missus, mense Rabihæ prioris Bagdado profectus est. Abu-Alhaidja obviam proficiscens, in ejus tutelam se recepit et Bagdadi honorifice exceptus est.) Causa rebellionis ab Alhusaino anno 303 factæ erat, quod Wesirus Almoktaderi, Ahlius ben-Ihsa, ab eo tributum ob possessionem provinciæ Dijar Rabihæ, cujus præfectus erat, impositum flagitabat. Rem differentem provinciam præfectis Alsultani tradere jussit; quod vero quum facere recusaret, Wesirus Rajekum cum exercitu contra eum misit, et Muniso in Ægyptum litteras scripsit, ut, finito bello cum exercitu Almehdii, in Mesopotamiam ad bellum contra Alhusainum copias duceret. Rajekus post pugnam acerrime pugnatam ad Munisum fugit, qui ut Mosulæ consisteret ei imperavit, dum ipse, socio Ahmede ben-Cighalgh, magnis itineribus contra Alhusainum profectus est. Muniso appropinquante, Alhusainus litteris excusationem petit; sed frustra inter utramque partem legationes mittuntur. Munisus castra movens ex adverso Djesiræ ben-Ohmar (جزيرة بن عمر [insula filii Ohmari] est oppidum supra Mosulam trium dierum itinere ab ea distans, cui pagus herbas producens est: Tigris tria oppidi latera circumfluit in formam lunæ bicornis; quartum latus cum tribus fossa ducta conjunctum est, ut totum oppidum aqua circumdet) substitit. Alhusainus cum impedimentis et liberis Armeniam petit, dum ejus copiæ ad Munisum perfugiunt. Munisus interim copias, duce Baliko, ad eum persequendum mittit, quæ post prælium commissum, reliqua sociorum parte in fugam se dante, eum filiumque Ahbd-Alwahhabum cum familia sociisque captivos faciunt. Munisus, eorum facultatibus potitus, in via Mosulæ Bagdadum redit, dum Alhusainus filiusque pileis oblongis, ciliciis longis et tunicis crinibus rubris confectis vestiti, vehuntur. Alhusainus cum filio apud Saidanum Alkahrmanam carcere includitur. Abu-Alhaidja, eodem tempore, in vincula conjectus, anno 305 cum fratribus et familia libertate donatur.

(178) Muhammedes ben-Solaiman Lului Thulunidæ scriba fuit. Narrant, aliquo die, quo Ahmedes ben-Thulun una cum Luluo in loco amœno sedebat,

hic adolescens ex Iraca scribæ muneris quærendi causa advenerat. Ahmedes ben-Thulun eum videns, quippe qui in libro legeret, per hunc filiorum suorum imperium finiturum, ejus occidendi Luluo mandatum dedit, qui, quum adolescentem, quæ patria, quæ ars, interrogasset, se eum occisurum negans, reversus est; quod enim si Deus facere decreverit, eum beneficiis sibi conjungere, ut gratiarum officio obligatus esset, se melius putare dixit. Tum scribæ sui munus ei tradidit. (Cod. A. 669, *fol. 31.*) Quum contra Karmathitas imperator crearetur, præfectus diwani donorum erat et ille cui lustrandi exercitus cura commissa erat. صاحب ديوان العطا وعارض الجيش . (Cod. 675 in Vit. Thoghdji et cod. 645.)

(179) In textu nostro sine dubio vox omissa, quam in margine et in versione, nil in textu addentes, verbo omisso incluso indicavimus. Est mensis Schawwali, qui est tertius a fine anni : auctor enim noster narrat, Muhammedem ben-Solaiman aliquot dies Halebi commoratum esse; et quum Ihsa cum eo ultimo mensis Schawwali iter ingressus sit, ut auctor noster paulo post narrat, tempus quo Halebum pervenit, aliud quam mensis Schawwali esse non potest : præterea observandum, annum quo Muhammedes ben-Solaiman Halebum pervenerit, cum antea ab auctore nostro dictis non consentire. Auctor narravit, jam anno 291, chalifam Raccam profectum, Muhammedem cum exercitu misisse. Quæ si res ita se habet, fieri non potest, ut Muhammedes anno 290 Halebum pervenerit; non potest non pervenisse anno 291; cui vero contrarium est, quod Muhammedes Karmathitas sexto mensis Almuharremi, qui est primus anni, vicit. Vitium in anno est, quo chalifa Raccam profectus est. Quum Karmathitæ tot tantisque malis regiones affligerent et Damascum tenderent, litteræ mercatorum aliorumque ex Damasco aliisque oppidis perlatæ sunt, quibus commotus chalifa, duodecimo mensis Ramadhani anni 290, in via Mosulæ Raccam profectus est. Codex A. Th. anno 291 Muhammedem ben-Solaiman, mense Redjebi a Bagdado cum decem millibus profectum, magnis itineribus in Syriam tetendisse dicit.

(180) Voce حمّله sensu prægnante usus fuisse videtur auctor, ut sit pro وحمله على فرس وطاف به فى العسكر « Equum eum conscendere jubet, eumque in exercitu circumducit » ; quod honoris causa, quum et vestibus pretiosissimis vestirentur, factum est. Conf. librum Calila et Dimna, *pag. 282* textus Arabici. Idem et ignominiæ causa fecere, et singularis ut inter Persas sic inter Arabes mos exsistit, ut qui in prælio turpiter fugam cepissent, mulierum vestibus tecti circumducerentur. In Sahdii Gulistano, *pag. 5* libri primi, edit. Gladwini, London, 1809, اى مردان بكوشيد تا جامهٔ زنان نپوشيد « O viri, fortiter pugnate, ne mulierum veste contegamini » ; et in Vita Timuri, *pag. 256, tom. I*, ed. Mang., quum Sultanus Ahmedes contra Timurum cum magno exercitu ducem nomine Sunatani misisset, hic vero a Timuri exercitu in fugam actus Bagdadum rediisset, Sultanus Ahmedes eum cædi, tormentis excruciari et calantica obtectum in oppido Bagdadi circumduci jussit. فالبس السلطان احمد سبتانى (l. سُنَتانى) المقنعة واشهره فى بغداد بعد ان ضربه واوجعه (Conferas *Hist. de Timur-Bec, tom. I, pag. 471.*)

(181) Codex Lexici geographici, auctore Sojuthio, habet : البلدة فى قوله تعالى بلدة طيبة قالوا هى مكة وفيه بعد وبلدة من مدن ساحل بحر الشام قريب

من جبله وبلدة مدينة بالاندلس من اعمال رية وقيل من اعمال قبرة « Vocem بلدة in vocibus بلدة طيبة, in Corano occurrentibus, Meccam significare contendunt; quod vero veritati non convenire videtur; et Buldah oppidis littoris Syriaci, prope Djebelam (nomen pluribus locis commune est: hic arcem celebrem ditionis Laodiceæ, non multum ab Halebo distantem, significat) situm, adnumeratur. Nec non nomen oppidi in Andalusia ditionis Rajjæ, vel, ut alii volunt, Kabræ, est. »

(182) Sojuthius scripsit تل منس بفتح الميم وتشديد النون وفتحها والسين مهملة حصن قرب معرة الشام وتل منس من قرى حمص « Tel-Mannes arx prope Maahrram-Alscham, et Tel-Mannes vicorum Emessæ unus est.

(183) Codex A. 675 in Vita Thoghdji ben-Djof dicit: Sexto mensis Almuharremi anni 291 cum Karmathitis in propinquo Hamæ occurrit, et, multis eorum occisis, Alhasanus ben-Sicrujja in fuga capitur. Idem Abulpheda, *t. II, p. 290*. Nowairius in codice A. 647 citato hanc pugnam secundum relationem, quam Muhammedes ben-Solaiman Wesiro Almoctafii Alkasimo scripsit, narrat; et hic loci, quæ ibi leguntur, addi, haud inutile putamus. Observandum vero est, quum codex in plurimis locis punctis diacriticis careat, fieri potuisse, ut in nominibus propriis haud usitatis scribendis errori obnoxii essemus. Sunt Nowairii verba: « Prælium inter Muhammedem ben-Solaiman Alcatib et Karmathitas commissum, Karmathitarum fuga, Alhasanus ben-Sicrujjah (Zahib-Alschamah) cum sociis capitur. Retulit Alscherifus Abu-Alhusainus, cui Deus faveat, quum annus ducentesimus nonagesimus primus intrasset, Alkasimus ben-Ohbaid-Allah Wesirus Almoctafii b'Illah, Muhammedi ben-Solaiman Alcatib, ut in bellum contra Karmathitas proficisceretur, scripsit. Profectus, cum iis die Martis, sexto mensis Almuharremi anni ducentesimi nonagesimi primi, ad locum qui ab oppido Hamæ duodecim milliaria abest, concurrit. Usque ad noctem inter utramque partem acriter pugnabatur, omnes Karmathitarum pedites occidebantur. Muhammedis ben-Solaiman Alcatib litteræ ad Alkasimum ben-Ohbaid-Allah perlatæ sunt, quibus relatum erat, quomodo agmina instructa fuerint, quomodo pugnatum, quis fuerit in cornu dextro, quis in sinistro, quis in medio agmine, quis in duabus alis, ex ducibus exercitus sui. Karmathitæ in sex catervis congregati erant. In cornu sinistro erant mille et quingenti equites, pone quos quadringenti equites in insidiis collocati erant; in medio agmine erant quadringenti equites et tria millia peditum; in cornu dextro mille et quadringenti equites, pone quos ducentos equites in insidiis collocaverant. Tum memorat quoque multis verbis eorum impetus factos, dimicandi modum et quomodo in fugam conjecti sint; quæ, ne longiores essemus, omisimus (verba sunt Nowairii); quibus autem, Karmathitas maxima clade afflictos esse, expositum est. Narrat, catervam Karmathitarum, quæ in cornu sinistro erat, in Alhusainum ben-Hamdan, qui in ala cornu dextri exercitus chalifæ erat, impetum fecisse. Ibi acerrime pugnabatur, donec lanceæ fractæ et gladii disrupti essent. In primo impetu sexcenti ex Karmathitis cecidere. Alhusaini socii quingentorum equorum et quadringentorum torquium argenteorum prædam ceperunt. Quum Karmathitas fugientes Alhusainus ben-Hamdan persequeretur, illi se convertentes prælium redintegrarunt; sed, illo continuo in eos irruente, iterum in fugam acti sunt. Dum hæc gerebantur, alia eorum agmina unum post alterum prosternebantur, donec omnibus, minus ducentis exceptis, qui fuga evasere, Deus altissimus interitum pararet. Narrat: Caterva, quæ in dextro Karmathitarum cornu erat, in Alkasimum ben-Sahl et Jumnum (s. p. diacr.) eunuchum impetum fecit. Exceperunt eos lanceis, quas in hostium pectoribus fregerunt, et unus alterum manibus collo immissis apprehendit, ut multi ex incredulis cæderentur. Dixit: Tribus Banu-Schaiban tercentis equis et centum torquibus argenteis,

socii autem Chalifæ ben-Almubarec totidem potiti sunt. Retulit in litteris, se ipsum in medio agmine in Karmathitas irruisse; sociosque suos per spatium quinque milliariorum Karmathitas, tam equites quam pedites, prostrasse; neque vero Alhasanum ben-Sicrujjah hujus prælii testem fuisse; se Salmijjam ad eum misisse. Dixit Alscherifus, cui Deus faveat: Alhasanus ben-Sicrujjah de adventu hostium certior factus, lustrans socios suos, robustos ex iis prodire jussit et hos contra hostes misit, ipse vero cum infirmis retro mansit. Quum socii in fugam acti essent, perterritus quum timeret, ne hostes ipsum persequerentur, statim profectus et socios fugientes, qui ad eum pervenerant, ita adlocutus est: « Ipsos animis suis incitatos ob crimina commissa, quum Deo fidem non habuissent, in fugam actos esse »; ut prælium redintegrarent, eos incitaturus: sed nemo, omnibus se excusantibus, quod pedites deleti essent, ipsi multa vulnera accepissent, ejus voluntati satisfecit. Hac spe deceptus, dixit: Nonnulli incolarum Bagdadi in fidem meam jurarunt, meque, ut Bagdadum venirem, invitarunt dicentes, se mea mandata exspectare. Quum vero hoc tempore Sultanus absens sit, ego Bagdadum profecturus sum, ut ibi me palam ostendam. Vicarium meum relinquo Abu-Alhusainum Alkasimum ben-Ahmed socium meum, ad quem litteras, in quibus mandata exponam, dabo. Huic omni modo obsequium tribuite. Hoc se facturos promiserunt; ille autem itineris socios propinquum suum Ihsam, filium sororis Mahrujjæ Mudatstserum appellatum, socium suum Almuthawwikum, et servum Græcum, quem habuit, adsumsit, et itineris ducem secum conjunxit. Versus Sewadum Cufæ se direxere, et, ab oppidis et vicis declinantes, per deserta viam fecere; donec prope Aldalijjam (est oppidulum in occidentali Euphratis ripa inter oppidum Ahnah et Alrahabah, tempore Sojuthii ignotum) adveniens, consumto commeatu, itineris ducem ipsos prope ad illum locum adducere jussit. Ibi pone vexillum suum constitit, et aliquem sociorum, qui in illo loco res necessarias emeret, misit. Quum hic locum intrasset, incolarum quidam vestitum hominis ignorans, quis sit status, ex eo quærit. Hic, rem celare studens, in verbis hæsitat: quæ res illi suspicionem facit, ut captivum factum ad oppidi præfectum, cui Abu-Habræ nomen (vox sine p. diacr), vicarium Ahmedis ben-Cesmerd, bello in via Euphratis præpositi (dicit, Aldalijjah est vicus ditionis Euphratis), adducat, qui terrore incusso, quis sit status, interrogat. Certiorem eum facit, Karmathitam, ad quem persequendum princeps fidelium Almoctafius exierit, pone vexillum suum, quod digitis indicat, constitisse. Abu-Habra, cum agmine armatorum ad illum locum tendens, homines captivos facit eosque ligatos ad dominum suum Ben-Cesmerd adducit, qui cum iis ad chalifam, tum temporis Raccæ commorantem, proficiscitur. Chalifa eos in oppido circumduci jussit. Mandatum peractum est, et die Mercurii, quarto ante finem mensis Almuharremi anni 291, Alhasanus ben-Sicrujjah in camelo piloso [بختى], tunica Attalica et pileo serico obtectus, Almudatstserus autem et Almuthawwikus, eodem modo vestiti, in camelis [جمل] sedentes circumducebantur. Interim Muhammedes ben-Solaiman Alcatib Raccam cum copiis, omnibus, qui ex Karmathitis restabant, aut captis aut necatis, pervenit: quem Almoctafius cum copiis Raccæ relinquens, cum sociis intimis et satellitibus, sequente ipsum Wesiro Alkasimo ben-Ohbaid-Allah, Bagdadum iter ingressus est. Secum abduxit Karmathitas cum sociis iisque qui in prælio captivi facti erant. Hæ res accidere die primo mensis Zafari. Quum Bagdadum proficisceretur, Damjanus servus Jasmari solium, cujus tecti altitudo duos cubitos et dimidium erat, fabricandum curaverat. Hoc solium elephanto imponebatur, soliumque adscendere Alhasanus ben-Sicrujjah jubebatur. Urbem Almoctafius intravit, ante eum Alhasanus cum sociis suis et captivis, tunicis Attalicis et pileis sericis obtecti. Almuthawwikus vero adolescens in medio captivorum super camelo sedebat: cujus in ore lignum decorticatum, quod in cervice ejus sicut frænum adligatum erat, posue-

rant; hic enim, quum Raccam intrarent, homines, qui multum contra eos Deum advocabant, contumeliis læserat. Secundo die mensis Zafari prioris h. anni Bagdadum intrarunt. Quum Almoctafius ad domum suam pervenisset, illos, in vincula conjectos, aliis custodiendos tradidit. His rebus peractis, Muhammedes in via Euphratis, omnibus Karmathitis, qui supererant, collectis, advenit, et ad portam Alanbari (oppidum, ex quo hæc porta nomen traxit, in occidente Bagdadi ad Euphratem situm est) die Jovis, duodecimo mensis Rabihæ prioris, castra collocat. Almoctafius ducibus exercitus et cohortis prætoriæ, ut ei obviam irent eumque in urbem introducerent, imperavit. Muhammedes urbem, ante ipsum septuaginta vel pluribus captivis ductis, intrat, quem chalifa pretiosa veste, torque aureo et duabus armillis aureis ornat, dum omnes cæteri duces vestibus pretiosis, torquibus et armillis donantur. Almoctafius, quum urbem intrasset, catastam quadratam, cujus singula latera viginti cubitorum longitudine erant, totum opus autem altitudinem decem cubitorum habebat, et quæ gradibus adscendebatur, in loco Almuzalla Alahtik [Muzalla antiqua] nominato, a latere orientali exstrui jussit. Die Lunæ, quarto ante finem mensis Rabihæ prioris, Almoctafius chalifa ducibus, omnibus satellitibus, imperatori exercitus Muhammedi ben-Solaiman et duci cohortis prætoriæ, ut ad illam catastam convenirent imperavit. Quum omnes convenissent, dux [الموجوه] eam adscendit; reliqui in jumentis manebant. Mercatores quoque et populus, ex urbe egressi, ut rem viderent, aderant. Omnes captivi cum multis, qui Cufæ erant aliisque eorum sectæ adscriptis, in camelis adducebantur numero trecenti et sexaginta; secundum alios, tercentos et viginti excedebant. Alhasanus ben-Sicrujjah vero et Ihsa filius sororis Mahrujjæ, obtecti, ambo in una sella sedentes adducebantur. Hi in superiorem catastam ducti considere jubebantur: tum triginta quatuor ex ducibus Karmathitarum captivorum, qui, damno Muhammedanis dato et inimicitia contra illos insignes, rabie canina sanguinem effuderant, mulieres violaverant, infantes necaverant, adducebantur. His in faciem projectis primo manus dextra pesque sinister amputabatur, amputati e catasta dejiciebantur; tum manus sinistra pesque dexter amputati a catasta dejiciebantur, ut omnes viderent; denique caput amputatum dejiciebatur. His finitis cum Almudatstsero eodem modo agitur; tum uritur, ut tormenta patiatur; denique capite truncatur. Post hos Alhasanus ben-Sicrujjah adductus ducentis flagelli ictibus verberatur, et, manibus pedibusque abscissis, uritur capiteque truncatur. Hujus caput in ligno erigitur, aliorum ad pontem cruci affiguntur. Alhasani corpus pæne annum cruci affixum manebat, donec murus in id incidit. Corpora captivorum apud catastam, quæ haud multo post destructa est, sepeliebantur.

Si his ex eodem auctore epistolam hujus Alhasani ben Sicrujjah ad quendam præfectorum suorum missam, cum textu Arabico, addiderimus, futuros non esse, qui hoc ægre ferant, speramus, quum ex ea, quantam hic auctoritatem sibi arrogaverit, manifestum fiat.

قال الشريف ومن كتب اللعين الحسن بن زكرويه الى بعض عماله

بسم الله الرحمن الرحيم من عند المهدى المنصور الناصر لدين الله القايم بامر الله الداعى الى كتاب الله الذاب عن حريم الله المختار من ولد رسول الله امير المومنين وامام المسلمين ومذل المنافقين وقاصم المعتدين ومبيد الملحدين وقاتل القاسطين ومهلك المفسدين وسراج المتبصرين ومشتت المخالفين والقيم بسنة المرسلين وولد خير الوصيين صلى الله عليه وعلى

اله الطيبين وسلم كتاب الى جعفر بن حميد الكردى سلام عليك فانى
احمد اليك الله الذى لا اله الا هو واسله ان يصلى على محمد جدى رسول
الله صلى الله عليه وسلم اما بعد فقد انهى الينا ما حدث قبلك من اخبار
اعدا الله الكفرة وما فعلوه بناحيتك من الظلم والعبث والفساد فى الارض
فاعظمنا ذلك ورابنا ان ننفذ الى ما هناك من جيوشنا من ينتقم الله به
من اعدابنا الظالمين الذين يسعون فى الارض فسادا فانفذنا جماعة من
المومنين الى مدينة حمص ونحن فى اثرهم وقد اوعزنا اليهم فى المصير الى
ناحيتك لطلب اعدا الله حيث كانوا ونحن نرجوا ان يجرينا الله فيهم على
احسن عوايده عندنا فى امثالهم فينبغى ان يكون قلبك وقلوب من اتبعك
من اوليابنا وثيق (٤ وثيقا) بالله وبنصرة الذى لم يزل يعودنا فى كل من
مرق من الطاعة وانحرف عن الايمان وتبادر الينا باخبار الناحية وما
يحدث فيها ولا تخف عنا شيا من امرها سبحانك اللهم وتحيتهم فيها سلام
واخر دعوام ان الحمد لله رب العالمين وصلى الله على جدى رسوله وعلى
اهل بيته وسلم كثيرا

Dixit Alscherifus: Hæc est epistola a maledicto Alhasano ben-Sicrujjah ad quendam præfectorum suorum missa:

« In nomine Dei misericordis et clementis. (Hæc est) a Directo, Victore, pro religione Dei dimicante, mandati Dei executore, ad librum Dei invitante, Deo sacrati defensore, electo ex filiis legati Dei, fidelium principe et Muhammedanorum Imamo, hypocritarum oppressore, malorum debellatore, hæreticorum perditore, injustorum occisore, corruptorum delente, (a Deo) adjutorum lucerna, rebellium dissipatore, gubernatore secundum statutum legatorum et prole optimi mandatariorum, cui cum tota familia proba Deus propitius sit, (missa) epistola ad Djahfarum ben-Alhamid Alcurdi: salutem tibi. Ad te me convertens Deum unicum laudo, eumque rogo, ut Muhammedi (cui Deus faveat) avo meo, legato Dei, propitius sit. His præmissis; ad nos pervenerunt litteræ tuæ, quibus de inimicis Dei incredulis, et de injuria inlata, tumultibus in regione tua motis et criminibus in terra ab iis commissis certiores nos facis: neque vero id levis momenti habuimus; sed visum est nobis, mittere ad copias quæ in hac regione sunt, per quas Deus ab inimicis nostris injustis, qui per terram grassantur, pœnam expetit. Misimus agmen ex fidelibus, quorum vestigia premimus, versus oppidum Emessæ. His imperavimus, ut in regiones tuas proficiscerentur ad persequendos inimicos Dei, ubi terrarum essent, et fore, ut Deus, pro favore erga nos in aliis probato, in his (debellandis) auxilium nobis præstet, speramus. Decet igitur te et asseclas tuos ex amicis nostris animus plenus fiducia Dei et auxilii ejus, qui non cessavit adjuvare nos contra eos qui ab obedientia recesserunt et a vera fide defecerunt. Quam citius de regione tua, et de rebus quæ ibi geruntur, nuncium nobis mitte: ne nobis time aliquid ab ejus re. Laus tibi, o Deus, sit! in eorum benedictione est salus; ultimum, quod prætendunt, est laus Deo, Domino mundorum. Multum propitius sit Deus avo meo legato suo ejusque familiæ! »

(184) Res gestas post Harunum occisum addere placet. Schaibanus Haruni occidendi consilium ceperat, et nonnullos Haruni servorum ad hanc rem perficiendam, solummodo occasionem captans, qua id peragere posset, sibi propitios reddiderat. Undecima nocte ante finem mensis Zafari, ad ipsum aliqui servorum nunciantes, Harunum ebrium, somno profundo demersum, jacere, ut, si vellet, rem peragere posset, venerunt. Schaibanus statim accessit, et cultro, quem secum habebat, in cubile jacentem Ahbbasæ mactavit. Postero die, Schaibanus imperio potitus est. At Abu-Djahfarus ben-Abali et Jahja (sic videtur nomen legendum) Alrumi dux, de cæde Haruni certiores facti, cum intimorum suorum multitudine ad Thoghdjum ben-Djof, Damasci præfectum, proficiscuntur, quo Muhammedes ben-Solaiman, nec non Fajekus aliique ex clientibus Chumarujjæ, pervenerant. Interim nuncius adfertur, Husainum ben-Hamdan a Ferma Djordjirum tendere, qua re adducti cum copiis suis Ahbbasam proficiscuntur, quam Schaibanus, Mizrum cum fratribus patruelibusque suis proficiscens, reliquerat. Schaibanus Mizri res suas disponit, dum Muhammedes ben-Solaiman die Mercurii mensis Zafari anni 292 ad urbem propius accedit et ante portas castra ponit. Schaibanus, rei certior factus, ex urbe exercitum suum, multi enim equites peditesque cum eo se conjunxerant, educit, ut hostes repellat, dum et Muhammedes ben-Solaiman copias ad pugnam instruit. Quum per horæ spatium pugnatum esset, pugna quiescente, Muhammedes ben-Solaiman ad Schaibanum litteras misit, quibus ei cum gente, opibus, liberis patruelibusque securitatem concessit. Schaibanus, litteris perlectis, quæ sit exercitus sui paucitas, copiarum Muhammedis quæ multitudo, considerans, et promissis Muhammedis fidem habens, noctu fratres patruelesque ad se venire jubet, et cum iis ad Muhammedem ben-Solaiman proficiscitur, qui eos captivos habet. Schaibani vero exercitus in eodem statu permanebat, ita tamen, ut equites Schaibani factum non ignorarent; pedites, hujus rei nescii, a pugna non desisterent. Mane diei Jovis sine defensore et duce cum copiis Muhammedis ben-Solaiman concurrunt; sed fracti ab equitibus irruentibus delentur. Inde equites ad habitacula nigrorum Thulunidarum tendunt, et quos ex iis possunt, captivos factos ad Muhammedem adducunt, a quo, ut occiderentur, mandato dato, tanquam oves coram ipso mactantur. His rebus peractis, Muhammedes ben-Solaiman, nemine resistente, die Jovis, fine mensis Zafari, exercitum in urbem introducit et cum Muhammede ben-Abali multisque Ægyptiorum copiis, iis exceptis qui fugam ceperant, in urbe circumequitat. Qui autem aut in pugna aut in fuga captivi facti erant, capite truncabantur; habitacula nigrorum qui Majdanum cingebant, multis eorum incolis antea in iis occisis, comburebantur. Schaibanus per novem dies Mizri imperium exercuerat, per quatuor eorum, absolutum. Tum Arabes Chorasanenses ex exercitu Muhammedis ben-Solaiman urbem intrant, et, fractis urbis copiis et ex urbe ejectis, populi domos invadunt diripiuntque: omnibus rebus turpibus peractis, incolas ex domibus depellunt et ipsi in iis sedem figunt. Multi ex Mizro fugam capiunt; qui remanent, per multos dies magna mala perpetiuntur. Tum ad Nili ripam in loco Almeks المقس (est locus ante Kahiram ita appellatus, quod apud eum exactor tributi sedebat لان يقعد عندها العامل على المكس : ante Islamismum nomen Om-Danain habebat) Muhammedes ben-Solaiman, cum exercitu suo et Ægyptiorum copiis quæ ad Alahbbasam se cum eo conjunxerant, castra posuit. Ibi captivos Ægyptiorum, a Damjano in adventu a Damjatha captos, ad se adduci jubet, qui adducti cum pilis longis ad unum omnes in exercitu circumducuntur. Post has res gestas, inter socios provincias distribuit: Wazifum Alboctemri cohorti prætoriæ exercitus præficit, et Abu-Ahbd-Allaho Muhammedi ben-Ahbdah

Mizri judicis munus tradit. Hæ omnes res septimo mensis Rabihæ prioris, die Jovis, gestæ sunt. Plures tum incolarum Mizri, ex. gr. scribarum aliorumque, capit, et dure eos tractans, post tormenta minasque pecuniis eosdem mulctat. Nec non Muhammedem ben-Abali, qui ab Alahbbasa ad eum pervenerat, capit, et dure tractans, ut sexcenta denariorum millia solvat, exigit. Talis Muhammedis modus imperii exercendi erat, ut homines capite truncaret, manus pedesque amputaret, dorsum flagellis dissecaret et eos palmis tanquam cruci affigeret, donec die Jovis, fine mensis Redjebi anni 282, Schaibanum cum patruelibus et liberis suis, numero viginti personas (cod. A. 668, decem), in vinculis secum in Iracam abducens, ex urbe profectus est. Nec non duces dehonestatos Bagdadum proficisci jubet. Maidanum aliaque palatia, a poëtis sæpius celebrata, destructa sunt. Auri signati, quod Muhammedes ben-Solaiman secum abduxit, plus quam decies centena millia denariorum, annonæ, ornatus, lectorum autem viginti-quatuor millia camelorum onera, immensis opibus exceptis, quas ejus socii rapuerant, fuisse dicunt. (Vid. cod. A. 669 ad h. l.)

(185) Codex A. 669, *fol. 40*, nonnulla memoratu dignissima refert. Post cædem Schaibani ben-Ahmed ben-Thulun, die Jovis, initio mensis Rabihæ prioris anni 292, Muhammedes ben-Solaiman, in provinciarum Ægyptiacarum suggestibus pro nemine nisi chalifa Almoctafio faciens preces, imperium exercebat. Tributis colligendis, loco Ahmedis Almaredani, Abu-Ahlium Alhusainum ben-Ahmed Almaredani præfecit. Nec vero diu ibi commorato litteræ chalifæ, quibus Ihsæ ben-Muhammed Alnuscheri Mizri provincia data est, afferuntur. Vicarius Ihsæ decimo-quarto Djumadæ prioris advenit, cui a Muhammede omnes ad provinciam res pertinentes traduntur. Quum Muhammedes ben-Solaiman quatuor menses in Ægypto commoratus sit, plures de ejus provincia exsistunt sententiæ. Sunt qui ex numero Ægypti principum eum non esse dicant, quippe qui ad eam expugnandam missus, nil nisi copiarum dux fuerit, quorum sententiæ plurimi auctorum adhærent, et quam ea ratione, quod chalifa, quum veste eum ornaret, ad bellum huic provinciæ faciendum eum misit, nec vero ditionibus ejus eum præfecit, nec non, quum chalifa de Mizri expugnatione certior factus esset, statim Ibsam Alnuscheri ei præposuit, secutus sum. Alii vero Ægypti principibus eum adnumerant, quippe qui ibi imperium exercuerit et arbitrio suo usus sit.

Ihsa ben-Muhammed Alemirus Abu-Musa Alnuscheri a chalifa Mizro præfectus est, quo vicarium suum misit, qui usque ad ejus adventum septimo mensis Djumadæ posterioris anni 292 imperium exercebat. Ihsa Alnuscheri inter Muhammedis, quum Ægyptum invaderet, socios erat, et Mizro urbe expugnata, Muhammedes eum, quippe qui inter præstantiores haberetur, ut chalifæ hujus eventus nuncium adferret, misit. Ihsæ in Iracam proficiscenti, quum Damasco adpropinquaret, chalifæ litteræ, quibus Mizro præponitur, adferuntur, qua re commotus statim revertitur. Advenientem Muhammedes ben-Solaiman veste ornat et ornatum in urbe circumducit. Interim chalifæ litteræ, quibus plures ex ducibus, qui in exercitu Muhammedis ben-Solaiman militiæ munus sustinebant, provinciis ornabantur, adlatæ sunt. Ahlio ben-Hasan Alexandriæ ditiones, Mahadjero ben-Thalik confinia Tannisi Damjathæque, viro nomine Alcendi cognito Haufi partes, Musæ ben-Ahmed Barka regionesque circumjacentes, Muhammedi ben-Rabiah Zaidum et Oswanum, Abu-Senburo Alhusaino ben-Ahmed Almaredani tributa in Ægypto, quorum munus quinto ante finem Djumadæ posterioris administrare incepit, tradebantur. Damjanus autem præfectus classis, a Mizro recedere jussus, octavo ante finem Djumadæ posterioris profectus est. Ihsa Alnuscheri in domo, quam Badrus Alhemami et

Muhammedes ben-Solaiman post Mizri expugnationem habitaverant in loco Sauk-Althair sitam, sedem fixit. Quum Muhammedes ben-Ahli Alchelendji victus esset, Mizrum rediens totam Ægypti provinciam obtinuit, cui usque ad mortem, quam vicesimo-sexto mensis Schahbani anni 227 obiit, præerat. Provinciam quinque annos duosque menses et dimidium, incluso tempore quo Muhammedes rebellabat, tenuit. Hierosolymis sepultus est. Post ejus obitum, filius Muhammedes ben-Ihsa, donec Tacinus mitteretur, administravit provinciam. Erat vir generosus, audax, peritus rerum gerendarum. Plures administravit provincias, Damasci imperium sub Almuntaziro et Almostahino exercuit; sub Almoctafio cohorti prætoriæ Bagdadi, tum Izpahanæ et regioni Aldjebl [Parthiæ] præerat, donec Mizro præfectus creatus est.

(185 *bis.*) Jam anno 570 hic locus nomen *Tel-Firus* habuit. (Conf. *fol. 188 r.*, ubi auctor nonnulla, quæ in nostro loco dixit, repetit.)

(186) Quum Muhammedes ben-Solaiman Halebi commoraretur, chalifæ litteræ adlatæ sunt, ut divitias, equos, vestes, aurumque, quod secum haberet, cui ut traderentur, imperasset, ei traderet. Divitiarum autem, quas ex Ægypto secum abduxit, pretium vicies centena millia denariorum definiunt (conf. Cod. A. 669, *fol. 40, sq.*).

(187) Est media in occidentali latere porta. In oppido Halebi nostris temporibus باب الجنين scribitur et effertur. De situ nomen accepit. (*Vid.* Russel, *Natural History of Aleppo, p. 9, not. 18.*)

(188) Rem e codice A. 669, *fol. 41, sqq.* enarrare placet; sed, ut hujus belli causæ melius cognoscantur, a Muhammedis ben-Solaiman abitu ex Ægypto incipiendum est.

« Urbe Mizro Muhammedes ben-Solaiman initio mensis Redjebi anni 292 excessit, et, secum ducens omnes qui supererant, Thulunidas multosque alios, in Syriam iter direxit. Erant Abu-Djahfarus Muhammedes ben-Abali ejusque filius Alhasanus, Thoghdjus ben-Djof Damasci præfectus cum filio et fratre, Badrus et Fajekus Græcus thesaurarius, Zafius Græcus aliique ex clientibus Ahmedis ben-Thulun et Chumaruijæ, omnes custoditi. Præter hos, et alios secum abduxit, non tanta quidem dignitate præditos, sed tamen regni proceres ducesque magnos, inter quos Muhammedes ben-Ahli ben-Ahmed Almaredani, Abu-Sorah judex aliique gentis Thuluni et exercitus erant, quos omnes, quum Mizro exiret, copiis adjunxit. Plures Damasci et aliis locis remanebant; pars Halebum in vinculis ducebatur, ex. gr. Musa ben-Tharnik, Ahmedes ben-Adjes, cohortis prætoriæ præfecti, et Ebn-Bajechschius Farganensis. Pars autem exercitus Ægyptiaci dimissi, quæ eum sequebatur, partim in Iracam, partim in Ægyptum ad suos ibi relictos tendebat. Inter eos qui in Ægyptum revertebantur, vir quidam Muhammedes ben-Ahli Alchelendji (cod. A. 645 et 668 eum Ibrahimum Alchelendji appellant), cognominatus Abu-Ahbd-Allahus Almizri Althuluni, qui in exercitu Ægyptiaco stipendia fecerat, et inter eorum numerum erat, quos Zafius Græcus ducebat. Hic dum, ad suos rediturus, quæ mala in gentem Thulunidarum irruerint, cogitat, et, auxilium iis laturus, consilium suum cum multis Ægyptiis communicat, hi ipsi in fidem ejus jurant. Tum cum parva militum caterva versus Ramlam proficiscitur, ubi mense Schahbani anni 292 advenit. In regione portæ Alsitun appellatæ cum suis castris positis, Ebn-Wazifus ben-Sewar Tacin Alazghar, qui in illo oppido erat, ad pugnam copias parat, et, adveniente Muhammede ben-Jesdad cum copiis, suos in occursum Muhammedis ben-Ahli educit. Muhammedes ben-Ahli, quamvis parvum numerum secum haberet, hostem, multis cæsis, aliis in fugam conversis, vicit et

oppido potitus est, in cujus suggestibus pro chalifa, tum pro Ibrahimo ben-Chumarujja, denique pro se, die Veneris preces fecit. Homines ad quos rumor hujus rei pervenerat, quippe ægre ferrent, quod e patria deducti et a liberis et penatibus separati et dispersi essent, ex omnibus regionibus ad eum confluxere, ut sine sumtibus exercitus in dies augeretur. Inde copias quæ, ejus adventu audito, Alahrischam venerant, Alfermam et Alahbbasam redeuntes secutus est. Ihsa Alnuscheri, qui tunc temporis Mizri præfectus erat, quum de Muhammedis Djordjirum adventu certior factus esset, quippe qui ex Mizro, magno cum exercitu, sociis adhibitis Alhusaino ben-Ahmed Almaredani Ægypti tributorum præfecto et Schafio Lului liberto cursus publici præfecto, Alahbbasam profectus esset, Mizrum rediit et ad portam constitit; inde autem, simul Muhammedis adventus nunciabatur, in urbem recessit. Sed jam die Martis, decimo-quarto mensis Dsu-Alhedjæ, cum Abu-Senburo aufugiens, pontem orientalem et occidentalem, ut ne una quidem navis relinqueretur, nam pontes in navibus facere tum temporis in Ægypto mos usitatus erat, combussit; et dum ipse in Aldjisæ territorio sedem fixit, in urbe sine præfecto turbæ grassabantur, et, in domos, nemine impediente, irruentes, divitias rapiebant. Ihsæ Alnuscheri fuga Muhammedes valde adjutus, a Djordjiro profectus, nemine repugnante, die vicesimo-sexto mensis Dsu-Alkahdæ Mizrum intrat. Muhammedes juvenis erat fortis et audax, sed vino lusuique deditus, rebellis et injustus. In urbe Mizro natus, et ibi adoleverat. Statim post adventum in urbe circumit, et, templum magnum intrans, Imamo pro ipso post chalifam et Ibrahimum ben-Chumarujja preces faciente, die Veneris precatur. Quum vir res in pristinum ordinem adduceret et improbos domaret, homines ex eo tantum gaudium perceperunt, ut ipsius sociorumque equorum capitibus oscula figerent. Non multo post adventum, exercitum duce Chafifo Nubiense ad persequendum Ihsam Alnuscheri instruit, et eum, qua via pergat, persequi jubet, qui ubi castra movet, Ihsa Alnuscheri, hac de re certior factus, Alexandriam proficiscitur, ejus vestigiis Chafifo instante. Muhammedes Alchelendji interim muneribus publicis socios suos præfecit; et quum ex omnibus regionibus homines ad ejus vexilla convolarent, brevi tempore exercitum quinquaginta millia hominum excedentem numeravit. Iis stipendia pulchra designavit, sed ad ea solvenda pecunia ei opus erat. In urbe quidem circiter nonaginta millia denariorum in cistis, ut ad chalifam veherentur, apud Abu-Senburum et Ihsam Alnuscheri parata erant; sed, quum urbe exirent, inter plures ea distribuerunt, ut nullum horum in urbe vestigium reperiretur, et Alhusainus ben-Ahmed (tributorum præfectus), antequam urbe egrederetur, omnes libros qui de tributis solvendis agebant, ex diwanis comportatos, ex urbe emiserat, ne eorum auxilio opum fundus in prædiis cognosceretur et ab eorum possessoribus debita tributa exigi possent: ipse vero multos e scribarum numero secum abduxerat, ut pæne nemo Mizri remaneret; quam rem magni quidem momenti Muhammedes neglexit. Postea scribas nonnullos, quos invenerat, rebus præfecit. Ex tentorio, quod ad Nili ripam habitaverat, in domum Badri Alhemami, quam et Ihsa post abitum Muhammedis ben-Solaiman possederat, se transtulit. Rebus autem, quarum mentionem fecimus, adductus, non poterat non homines dure tractare, ut ab iis pecunias exigeret, quas quidem tributis solutis se redditurum esse promisit. Interim Ihsa Alnuscheri et Abu-Senburus in fuga cum exercitu prope Alexandriam perveniunt, Chafifo eorum vestigia premente, dum jam antea Abu-Senburus Alhusainus ben-Ahmed scribas aliosque, quos secum abduxerat, Alexandriam, ut ibi munimentis se defenderent, miserat. Muhammedes Alchelendji autem plures duces terra marique ad Alchafifum cum copiis auxilio misit, inter quos Muhammedes ben-Lamdjur, cum sex navibus armis virisque impletis missus, die Jovis, medio mensis Dsu-Alhedjæ, Alexandriam pervenit, et, prælio inter ipsum et Alexandriæ incolas

commisso, oppidum intravit et partem scribarum Mizrum abduxit. Alnuscherii et Abu-Senburi opes ibi captas inter milites distribuit. Quum aliquot dies extra oppidum contra Ihsam Alnuscheri castra habuisset, Mizrum redit, dum Ihsa Alnuscheri in regiones Tarudjæ (est vicus in Kura [nomo] Albohairah ditionis Alexandriæ) iter flectit. Ibi Chafifus Nubiensis adveniens in eum impetum facit: sed, acri prælio victus, cum sociis qui supererant, Mizrum fugam capere cogitur; quæ res Muhammedi tum in rebus ordinandis occupato nullius momenti videtur. Sed quum nuncius de copiis ex Iraca, ducibus Faleko, Badro Alhemami aliisque, advenientibus adferretur, exercitum ad bellum Ihsæ Alnuscheri faciendum, qui versus Ægypti superiorem partem processerat, armat et exercitum Alahrischam (est oppidum primum ditionis Ægypti in finibus Syriæ ad littus maris Mediterranei situm, postea a Francis vastatum) educit. Dum inter ipsum copiasque Iracæ et Ihsæ Alnuscheri pugnatur, in urbe Mizro, deficiente ob multas turbas frumento, maxima annonæ caritas est, donec Muhammedes infirmior, qui Iracæ copiis et Abu-Alagharro in loco Munijja-Alazbagh resistat, Mizrum redit. Ibi, quum potentiam suam diminui intelligeret, Muhammedem ben-Lamdjur, unum sociorum jam antea memoratum, honoris veste ornavit, eique, ut clam navem longam adscenderet, filium et quantas posset opes navi imponeret, ipsumque exspectaret, se velle cum ipso in aliquam terram mari aufugere, imperavit. Muhammedes ben-Lamdjur mandata peregit, dum Muhammedes ben-Ahli Alchelendji modo copias chalifæ, modo Ihsæ Alnuscheri, ab urbe repulit. Viribus tum deficientibus, urbe excessit et ad Muhammedem ben-Lamdjur tetendit, qui, quum advenientem conspexisset, anchoras tanquam ad eum accessurus solvit; sed, quum propius ille accessisset, et ab eo, ut veniret et ipsum secum in nave abduceret, petiisset, conviciis eum consectans dixit: « Moriaris in superbia tua, et jam Deus tui copiam fecit. » His dictis, recedens navem remis impulit et in Nilum abiit causa adductus, quod ob verba dura contra se prolata in illum animo odium conceperat. Muhammedes ben-Ahli Alchelendji, perfidia ejus cognita, quum fugere non posset, in urbem, ubi copiæ ab ipso defecerant, rediit, et tertio mensis Redjebi in domo viri cujusdam, qui refugium promiserat, se occultavit. Hic vero, timore inductus (codex A. 668 dicit, et hunc virum in vincula conjectum esse), statim rem ad Sultanum defert, qui cum primoribus et copiis profectus matutino tempore die Lunæ, octavo mensis Redjebi, captivum eum facit (codex A. 668 dicit, quinto mensis die, postea quam Muhammedes se occultavisset, Ihsam Mizrum intrasse, et decimo Fajekum cum copiis suis). Tempus rebellionis a die quo Mizrum intravit, usque ad captivitatem, septem menses et viginti-duos dies duravit. Ad Fajekum et Badrum Alhemami, qui ad Nili ripam, urbem cum copiis intrantes, castra posuerant, Ihsa Alnuscheri quinto mensis Redjebi accessit. Multi vero ex sociis Muhammedis ben-Ahli Alchelendji in regiones dispersi, alii captivi facti sunt, in quorum numero Muhammedes ben-Lamdjur erat, qui urbem intraverat. Hic una cum servo Muhammedis ben-Ahli Alchelendji in urbe circumductus tormentis cruciabatur, ut omnes ab eo extorquerentur divitiæ. Muhammedes ben-Ahli Alchelendji, sexto mensis Schahbani mari Antiochiam missus, in Iracam ad chalifam abducitur, ubi adveniens (mense Ramadhani, cod. A. 668), primo verbis vituperatur; tum, doloribus cruciatus, in camelo sedens cum sociis in urbe circumducitur et cruenta cæde necatur. Post has res gestas Ihsa Alnuscheri et meridionalibus septentrionalibusque Ægypti partibus usque ad Hedjasum præficitur.

Nonnulla de Abu-Alagharri rebus gestis idem codex addit: « Quum Muhammedes Alchelendji provinciis Ægyptiacis potitus esset, chalifa Almoctafius ad bellum ei inferendum Abu-Alagharrum cum exercitu, inter cujus duces et

12.

Emirus Ahmedes ben-Cighalgh erat, misit. Muhammedes, de eorum adventu certior factus, copias eduxit et tertio die mensis Almuharremi anni 293 (in propinquo Alahrischæ, cod. A. 645 et 668) prælium commisit, in quo victor magnam hostium partem, reliquis fugæ turpissimæ se tradentibus, captivam fecit. Abu-Alaghatrus octavo ante finem ejusdem mensis in Iracam rediit. Quam cladem chalifa ægerrime ferens, iterum copias armat, quæ, Fateko Mohtadhedi liberto duce, mense Schawwali proficiscuntur, et simul Damjanum classis præfectum mari proficisci jubet. Fatekus usque ad Alnuwairam processit; cujus de adventu, Muhammedes certior factus, ante portam castra collocat, et noctu quatuor millia ex suis, Fatekum inopinato incursu oppressurus, secum abduxit; qui vero a via aberrantes quum lucescente die nondum Alnuwairam pervenissent, Fatekus, horum adventus nuncio adlato, suos eduxit et Muhammedem prælio acerrimo fugavit (cod. A. 669).

Codex A. 645 habet: Fatekus mense Schawwali profectus, mense Zafari ad fines Ægypti pervenit. Ex ducibus quos secum habuit, Ahmedes ben-Cighalgh præcessit et prælio apud Alahrischam commisso in fugam se convertit. Interim a Bagdado alii duces, ex. gr. Ibrahimus ben-Cighalgh, mense Rabihæ prioris proficiscuntur. Mense Schahbani chalifa ipse contra eum proficisci statuit; sed jam eodem mense Fateki litteræ adlatæ sunt.

Codex A. 668 refert: Almoctafius certior factus, quomodo in dies Muhammedis ben-Ahli Alchelendji vires crescebant, ipse profecturus, mense Redjebi ad portam Alschamasijjah copias produxit, quum mense Schahbani Fateki litteræ de ipsius et ducum consilio in Ægyptum redeundi chalifam certiorem facerent.

(189) Vir doct. Schultensius, in Vita Saladini, quæ Abulpheda de loco Rahaba scripsit, recensuit. Addere nobis liceat, quæ Lexicon geographicum Sojuthii habet:
رحبه بضم اوله وسكون ثانيه وبا موحده ما لبنى بربر (l. قريبر) باجا والرحبه
ايضا بقرب القادسية على مرحلة من الكوفة على يسار الحجاج اذا ارادوا
مكة خربت ورحبة قريبة من صنعا اليمن على ستة اميال منها وهى اودية
تنبت الطلح وفيها بساتين وقرى والرحبة ناحية بين المدينة والشام من
وادى القرى وفى طرفى اللحاه (l. اللجاه) من اعمال صلخد قرية يقال لها
الرحبة ورحبة بالفتح هو الموضع المتسع بين اقبيه (l. ابنية) البيوت والرحاب
كثيرة والمنسوب منها رحبة حامر وقد ذكر فى حامر ورحبة خالد
بدمشق تنسب الى خالد بن اسيد ورحبة حبيش (Jak. حنيس) محلة بالكوفة
وتنسب الى حبيش (Jak. حنيس) بن سعد ورحبة دمشق قرية من قراها
ورحبة صنعا اودية تنبت الطلح على ستة اميال من صنعا ورحبة مالك بن
طوق على الفرات بين الرقة وعانة احدثها مالك بن طوق فى خلافة
المامون ورحبة الهدار باليمامة صحرا مستوية ورحبة يعقوب ببغداد ويعقوب
بن داود وزير المهدى « Rohbah est aqua tribus Banu-Korair ad Adjam, et Alrohbah est prope Alkadisijjam locus circiter diei iter a Cufa, peregrinantibus;

quum Meccam tendunt, ad latus sinistrum situs. Destructus est. Et Rohbah prope Zanaham in provincia Iemen (nam alter hujus nominis locus est in Ghutha valle apud Damascum); sunt valles ad sex milliaria ab ea, in quibus Ettalches arbor crescit et horti vicique sunt. Alrohbah quoque est regio inter Medinam Syriamque ad vallem Alkora pertinens, et in extremitate (nomi) Alladjæ ditionis Zaichedi est vicus cui nomen Alrohbah. Rahbah est amplus locus inter ædificia domorum, qui multi sunt. Inde denominatus est Rahbah Alhomair (ita leg.), cujus jam in voce *Homair* mentionem fecimus (est locus in occidente Zanahæ), et Rahbah Chaled ad Damascum, qui locus ad Chaledum ben-Asid refertur, et Rahbah Habisch, locus apud Cufam, refertur ad Habischum ben-Sahd, et Rahbah Damasci est vicus ex vicis hujus oppidi, et Rahbah Zanaha valles, in quibus Ettaiches arbor provenit, ad sex milliaria a Zanaha, et Rahbah Malic ben-Thauk ad Euphratem inter Raccam et Ahnam, quem locum Malicus ben-Thauk in chalifatu Mamuni condidit, et Rahbah Alhidar est campus planus in Iemama, et Rahbah Iakub ad Bagdadum, Iakubus ben-Daüd Wesirus Almehdii erat. »

(190) Versus metri الرجز nominati, ad circulum المجتلبة pertinentis, sunt, cujus mensura primitiva est pes مستفعلن — — ◦ — sexies. Nostri ternarii مثلث. Pes مستفعلن duplici modo in nostris mutatur: 1) in مُتَفعِلُنْ — ◦ ◦ — quæ mutatio طى appellatur; 2) in مَفاعِلن ◦ — ◦ — quæ خبن nomen habet. Modus est,

$$\overset{\circ}{-}\ \underset{\circ}{-}\ \circ\ - \ \Big|\ \overset{\circ}{-}\ \underset{\circ}{-}\ \circ\ - \ \Big|\ \overset{\circ}{-}\ \underset{\circ}{-}\ \circ\ -$$

(191) Ahmedes ben-Muhammed ben-Alhasan Abu-Becrus, nomine Alzenuberi notus, Halebensis, poëta, anno 334 diem obiit. Imamus erat excellens in litteris humanioribus, disertus et facundissimus (cod. A. 660 ad h. a.).

(192) Hoc gymnasium, ut videtur, ab Almalic Alahdilo Nur-Aldino Abu-Alkasim ben-Senci ben-Ak-Sonkar, qui a decimo mensis Rabihæ posterioris anni 541 usque ad undecimum Schawwali anni 569 Halebi imperium tenebat, et sub cujus regno Halebum florebat, nomen traxit. Auctor noster plura gymnasia, ex. gr. مدرسة الحلاويين pro Hanefitis anno 543, مدرسة العصرونية pro Schafehitis, nec non مدرسه النفرى, ab eo renovata esse narrat; nullius vero ab ipso conditi mentionem facit (conf. *fol. 171, r.*). Sed ejus tempore (ut videtur) Djemal-Aldinus Schadbacht, eunuchus Indicus, Nur-Aldini manu missus, qui arcis præfectus tempore Nur-Aldini erat, gymnasium Hanefitis exstruxit (*fol. 185 v.*).

(193) Tacinus ben-Ahhd-Allah Alchesri (الخزرى lego pro الحربى et الحورى in manuscriptis: est enim Turcarum gens ad mare Caspium, a qua mare nomen accepit; *vid.* cod. A. 590, *pag. 11*), Almohtadhedi libertus, mortuo Ihsa Alnuscheri anno 297, decimo mensis Schawwali, Ægypti provinciam obtinuit. In eam secundo Dsu-Alhedjæ ejusdem anni profectus, decimo-quarto mensis Dsu-Alkahdæ anni 302 ex ea revocatus est. Iterum Ægypto a mense Rabihæ prioris anni 307 usque ad decimum-quartum ejusdem mensis anni 309 præerat; tertio, a vicesimo-sexto Rabihæ prioris usque ad vicesimum-nonum ejusdem anni; quarto, a die tertio Dsu-Alkahdæ anni 311, quo die ejus legati Mizrum pervenere, usque ad mortem, quam die decimo-sexto mensis Rabihæ prioris anni 327 obiit. Hierosolymis sepultus est. Vir prudens, fortis, instructus, præfuit bonis provinciis; et quum gubernandi artem bellique scientiam possideret, tempus sub eo peractum fortunatum erat (cod. A. 668 ad h. a. et 669 *fol. 57*).

(194) Codex A. 669 refert : « Mense Schahbani anni 301, Almoktaderus filio suo Abu-Alahbbaso, veste honoris causa data, provinciam belli gerendi (codex A. 645 voces *belli gerendi* omittit) in Ægypto et in Africa tradidit, eique quatuor annos nato (codex A. 645 addit *in Ægypto*) Munisum vicarium creavit. »

Antea codex A. 669, *fol. 47 v.*, Munisum anno 302, decimo-quarto mensis Dsu-Alkahdæ, tanquam Tacinum in provincia secutum, appellavit, qui ab hoc tempore suo nomine provinciam administrabat, et postea, Emirum Abu-Alhasanum Dsucam Alrumi Alaghwar, post revocatum Tacinum, a chalifa Almoktadero precibus faciendis præpositum esse narravit, qui vir e Bagdado (cons. cod. A. 668) profectus, die Sabbati, duodecimo mensis Zafari anni 303, Mizrum pervenit.

Dsuca Alrumi ex Mizro primo mensis Almuharremi anni 304 Alexandriam iter fecit; sed jam octavo mensis Rabihæ prioris Mizrum rediit. Quum rediisset, plures ex Ægyptiis ad Almehdium in Africam litteras dedisse certior fit; quos cognitos dura pœna affligit, ut alios in carcerem includat, alios pedibus manibusque truncet. Post has res gestas populum Launijjæ et Marakijjæ ex Mizro Alexandriam depellit (Marakijja primum oppidum proficiscenti ex Alexandria in Africam, tum sequitur Launijjah). Rixa autem ipsi cum exercitu populoque, ob indecentia quæ protulerat verba de sociis et fuga Muhammedis, contracta, copiæ Almehdii Ohbaid-Allahi Fathemitæ ex Africa versus Launijjam et Marakijjam castra movent, et octavo mensis Zafari anni 307 Alexandriam intrant. His rebus permoti homines ex Ægypto mari terraque in Syriam fugam capessunt; eorum magna pars perit. Dsuca copias collectas educit et in Aldjisæ territorio castra ponit, dum Alhusainus ben-Ahmed Almaredani, tributorum præfectus, copiarum contra Dsucam rebellantium animos donis reconciliat. Dsuca autem, in castris muniendis occupatus, in morbum implicatur, quo undecimo mensis Rabihæ prioris anni 307 perit. In Kerafa sepultus est. Erat vir fortis et audax, sed injustus et violentus, nec non pravæ fidei addictus, quamvis scientiis ornatus prudentiam et gubernandi artem possideret.

(195) De itinere ex Syria in Ægyptum noster voce صعد *adscendere*, ut *fol. 180 v.*, et de itinere ex Ægypto in Syriam voce ورد *descendere*, sæpius utitur, ut in Veteri Testamento voces עלה et ירד de itinere Hierosolymas et inde in alias regiones, unde in Novum Testamentum voces ἀναβαίνειν et καταβαίνειν translatæ, usurpatæ sunt. In Veteri Testamento, quod contrarium nostri est, de itinere ex Ægypto in Palæstinam *(vid. Exod. 1, 10)* vox עלה adhibetur. Placet annotare vocem تصعدون in Alcorano, sur. III, v. 150, a Beidhawio hoc modo explicari:

الاصعاد الذهاب والابعاد فى الارض يقال اصعدنا من مكة الى مدينة

« Vox اصعاد significat τὸ ire et longe abire in terram. In usu est dicere اصعدنا quum proficiscimur a Mecca Medinam. »

(195 *bis.*) Anno 292 diem obiit (Masuhdi).

(196) Forum Alsarahin anno 575 flammis haustum est. Hujus maximi incendii, quo magna pars oppidi Halebi deleta est, causa erat, quod Almalic Alzalehus vicum Djahira appellatum ex prædiis Nolrah ben-Asad, qui sub potestate Ismaëlitarum erat, in potestatem redegerat, et quum Senanus Ismaëlitarum princeps plures, ut redderetur, epistolas frustra misisset, nonnullos cum naphtha et igne Halebum misit. Primo ignem in tabernas, quæ initio loci Alsadjadjin erant, immisere; et dum Raisi vicarius in igne extinguendo occupatus erat, Ismaëlitæ ignem et naphtham in fora promercalia jecere (conf. *fol. 196*).

(197) Hic anno 305 loco Alhusaini ben-Ahmed tributis præficiebatur. Inter pri-

mores ducum erat, quos timens Almunisus anno 303 ex Ægypto, quum ob rebellionem Alhusaini ben-Hamdan revocaretur, reduxit (cod. A. 668 ad h. a. et 669, *fol. 50*).

(198) Hæc verba sunt initium carminis, cujus partem cl. Reiskius inter carmina Motenabbii excepit, quæ Germanice versa cum notis edidit.

(199) Metrum idem est quam in adnotatione 158 explicatum. Versus autem hi sunt senarii مسدس, cujus modus est:

– – ∘ –	– ∘ –	∘ – –	مستفعلن فاعلن فعولن
– – ∘ –	– ∘ –	∘ – –	مستفعلن فاعلن فعولن

Pes tamen مستفعلن in versibus nostris duplici modo mutatur : 1) in مُتَنْفَعِلُنْ – ∘ ∘ –; 2) in مَفْعُولُنْ – – –. Hemistichiorum priorum finis est قرحى et شبيه.

(200) Anno 307, quum Ibrahimus ben-Cighalgh exercitum Dsucæ auxilio in Ægyptum duceret, cum hoc profectus est. Mense Rabihæ prioris Mizrum pervenere. Anno 309, mense Rabihæ prioris, a Muniso Ægypto præfectus est; sed quum exercitus, parvi eum habens, rebellaret, post trium dierum præfecturam die Martis, decimo-sexto Rabihæ prioris, ex provincia revocatus est. Munisus ab Almoktadero dux exercitus missus, anno 308 in Ægyptum perveniens, ejus res composuerat. (Cod. A. 669, *fol. 54*, ubi noster بن حميل ben-Humail appellatur.)

(201) Anno 305, bello gerendo et provinciæ Dijar-Modhari post obitum Alahbbasi ben-Ahmru Alghanewi præpositus, non multo post, huic muneri impar, revocatur. (Cod. A. 668 ad h. a.)

(202) In codice Lexici geographici auctore Sojuthio legitur: قطربل بالضم ثم السكون وفتح الرا وبا موحدة مشددة مضمومة ولام وقد روى بفتح اوله وثانيه والبا مشددة مضمومة فى الروايتين قرية قال بين بغداد وعكبرا قلت بين بغداد والمزرفة لان عكبرا من الجانب الشرقى وهى فى الغربى وبينهما فراسخ واليها ينسب الطسوج التى هى (١ الذى هى) فيه فيقال طسوج قطربل وما فوق الصراة من اسافل سقى دجيل فهو من طسوج قطربل وهى شمالى بغداد يضاف اليها الخمر والحانات وهى الان خراب ومقابل مدينة امد قرية من ديار بكر يباع فيها الخمر ايضا « Kothrabbul vel Katharabbul قُطْرَبُّل vel قَطْرَبُّل est vicus, dicit (Jakutus), inter Bagdadum et Ohcbaram; dico (Sojuthius), inter Bagdadum et Almasrefam, quoniam Ohcbara in latere orientali, illa autem in occidentali (Tigridis) sita est, et inter utrumque locum pharasangarum distantia. Regio in qua vicus situs est, ab eo nomen accepit, nam Thassudj-Kothrabbul appellatur; et quæ depressiores terræ supra Alzeram (fluvium), a Dudjailo (fluvio) rigatæ, sitæ sunt, ad illam pertinent. Ipse vicus,

12...

Bagdado a septentrione situs, vinum et œnopolia habet; nunc destructus. Idem nomen gerit e regione oppidi Amed vicus ad provinciam Dijar-Becri pertinens, in quo etiam vinum venditur. »

(202 *bis.*) In libro inscripto يتيمة الدهر فى محاسن اهل العصر, ubi in prima parte nostri mentio fit, appellatur Abu-Alfatah, nomine Alboctemri notus, Ebn-Alcatib Alschami [Syrus]. Eo auctore carmina existunt, in quorum majore parte pulchritudinem et tenerum habitum describit. In eodem libro, hujus auctoris versus citantur, quorum nonnullos addere liceat. Dolorem amoris sui describens dicit:

قالوا بكيت دما فقلت مححت من خدى خلوقا
ابصرت لؤلؤ ثغره فنثرت من جفنى عقيقا
لو لا التمسك بالهوى لحملت فى دمعى غريقا

« Dicunt: Sanguinem ex oculis demitto; et dico: A genis meis unguentum » abstergo.

» Video margaritas oris ejus, et ex ciliis meis rubinos spargo.

» Quod si me amor non teneret, profecto! in lacrymis meis submersus » auferrer! »

Idem, juvenem pulchrum describens, sequentes cecinit versus:

قمر كانّ قوامه من قد غصن مسترق
وكانما اصطبح الربيع بوجنتيه واغتبق
وكانما قلم الزمرّد فوق عارضه مَشَق

« Luna est, quasi ex statura rami tenerrimi corpus formatum esset;

» Non aliud, quam ver genis suis potum matutinum vespertinumque absorbet,

» Et calamus smaragdi super ejus nube ornamentum distinguens est. »

Alius quidam, non juste judicans ejus merita, hos versus in eum composuit:

ان ابا الفتح فتى كاتب والشعر من النه فَضْل
انشدنا شعرا فقلنا له ذا غَزَل ويحك ام غَزْل
وملت عنه نحو اصحابنا اسالهم هل عندكم نعْل

« Abu-Alfatahus vir scriba est; carmina conditionis pars redundans sunt.

» Carmen nobis recitavit, et nos diximus ei: Væ tibi! num hoc Ghasalum » (carmen amatorium) an Ghaslum [filum] est!

» Eum relinquens, ad socios nostros me converti, ut eos interrogarem: Num » apud vos calceus est! »

(203) Munisus eunuchus, quum ejus auctoritas augeretur, Almuthsaffari cognomen accepit. Erat fortis, audax intrepidusque. Quum anno 321 occideretur, nonaginta annos natus erat. Per sexaginta annos Emiri dignitatem tenebat. Ab Almohtadhedo, ut eum a se removeret, Meccam missus est; sed regnans Almok-

tæderus eum revocavit. Tanto autem honore et dignitate, quantam nullus eunuchorum ante eum possederat, gavisus est (cod. A. 669).

De cæde Munisi conferas Abulpharagium, *pag. 294, sqq.*, qui in re enarranda maximam partem cum codice A. 645, *fol. 24, sq.* consentit, ita tamen, ut codex res amplius narret. Legatum, qui *(pag. 296* Abulpharagii) ad Munisum venisse dicitur, Tharifum Alsobceri, qui totam rem ad chalifam detulerat, fuisse, codex narrat (multa quoque narrat codex Th.).

(204) Badrus Alcharschani, unus ex ducum primoribus, ob quasdam res quæ ipsius causa Bagdadi acciderant, ad Muhammedem ben-Thoghdj profectus, Damasco ab hoc præficitur, ubi, post duos menses in provincia peractos, mense Dsu-Alkahdæ anni 331 diem supremum obiit (codex A. 660 ad h. a.).

(204 *bis.*) Hic loci nomen viri, quem præfecit, omissum esse videtur.

(205) Abu-Becrus Muhammedes ben-Abi-Muhammed Thoghdj ben-Djof, cujus explicatio est Ahbd-Alrahman ben-Becrlin ben-Chakan Farghanensis, possessor throni aurei, cognominatus Alachschids, dominus Ægypti, Hedjasi Syriæque, ex terris regum Farghanæ originem traxit. Magna hominum copia ex Farghana ad Almohtazimum ben-Harun-Alraschid deducta, multa apud eum laude Djofum aliosque ornavit. Quos quum adducendos curasset, magno eos excepit honore, iisque in oppido Sorra-man-raah bona in feudum (ut ita dicam) assignavit. Djofus semper ibi permanens, pluribus filiis relictis, nocte qua Mutawacсilus chalifa occidebatur, nempe Mercurii tertii mensis Schawwali anni ducentesimi quadragesimi-septimi, diem obiit. Post patris obitum, filii in varias orbis terrarum regiones victus quærendi causa se disperserunt; ex quibus Thoghdjus ben-Djof ad Luluum Ebn-Thuluni servum profectus est, qui, tum temporis in Ægypto sedem habens, in hujus regionis rebus administrandis ejus servitio usus est. Post aliquod temporis spatium inde profectus inter socios Ishaci ben-Cendadj exceptus est; nec vero ab eo decessit, donec, mortuo Ahmede ben-Thulun et pace inter Ishacum ben-Cendadj et Chumarujjam ben-Ahmed ben-Thulun disposita, hic in comitatu Ishaci ben-Cendadj Thoghdjum ben-Djof conspexit et viri admiratione ductus eum ab Ishaco petiit. Chumarujja virum, inter omnes socios summo loco concesso, Damasci Tiberiadisque provincia ornavit; nec vero inter socios Chumarujjæ ante ejus necem esse desivit, quo tempore Thoghdjus ben-Djof ad chalifam Almoctafium regressus summo ab eo honore exceptus est; sed quum animus excelsus, apud ejus Wesirum Alahbbasum ben-Alhusaini ipsum abjici, non pateretur, hic ægre id ferens, ut Thoghdjum cum filio Abu-Becro Muhammede ben-Thoghdj in carcerem conderet, chalifam incitavit. Patre Thoghdjo in carcere mortuo, filius aliquod tempus vinctus permansit, tum dimissus et honoris veste donatus est. Post hoc tempus Muhammedes ben-Thoghdj ejusque frater Ohbaid-Allahus continuo, ut a Wesiro patrem mortuum ulciscerentur (tempore quo ejus frater Ohbaid-Allahus ab Alhusaino ben-Hamdan occisus est), occasionem captarunt. Re peracta, Muhammedes cum fratre Ohbaid-Allaho anno 296 ad Ebn-Abi-Alsadjum profectus est. Abu-Becrus in Syriam fugiens, quum per anni spatium varias regiones peragrasset, cum Abu-Munziro Becs Aldjusi se conjunxit et princeps omnium sociorum habitus est. Inter res præcipuas quibus gloria ejus amplificabatur, habendum est, quod, quum anno 306 in oppido Ahmman (erat præcipuus locus nomi Balkæ in extrema Syria, sed Ohman est nomus occidentalis ad mare provinciæ Iemen situs in oriente Hadjari, qui plura oppida complectitur et cujus calor in proverbii usum venit) et montibus Seræ (est mons ingens, Ahrafæ imminens, declivis usque ad Zanaham, in quo uvæ et calami saccharini proveniunt, montium Hedjasi altissimus, sed et nomen est montium qui ab extrema provincia Iemen usque ad Syriam pertingunt) constitutus a Becso, noctu Alnokâibum (est locus in Syria inter Tabucum, qui est

vicus inter vallem Alkora Syriamque, et Mahanum, oppidum jam destructum quo peregrinantes ex tractibus Balkæ convenerunt), in extremitate deserti Syriæ, profectus esset, contra latrones, qui Meccam peregrinantes prædaturi se conjunxerant, parte capta, parte occisa, reliquis in fugam se dantibus, illos a periculo liberavit. Eodem autem anno, ex domo chalifæ Almoktadiri b'Illah mulier quædam, Adjus appellata, iter sacrum susceperat: quæ quum post reditum ad Almoktadirum rem retulisset, chalifa illi vestes dono misit et stipendium auxit. Causa quadam adductus anno 316 a Becso se separavit et Ramlam profectus est, ubi usque ad annum 318 ætatem consumsit. Ibi chalifæ litteras, quibus Damasci provincia ornabatur, accepit, quam provinciam, donec chalifa Alkahir b'Illah mense Ramadhani anni 321 Ægypti provinciam ei tradidit, administrabat. Mizrum, ubi per triginta-duos dies preces pro eo factæ sunt, non intravit, quippe cui provinciæ chalifa Abu-Alahbbasum Ahmedem ben Cighalgh secunda vice septimo mensis Schawwali anni 321 præficeret. A chalifa Alradhio b'Illah, quum ejus patruelis chalifatu exutus esset, additis cum aliis regionibus Mesopotamia oppidisque duobus sacris Mecca Medinaque, iterum in hanc provinciam missus, die Mercurii, septimo ante finem mensis Ramadhani anni 323, Mizrum pervenit; et quum ejus frater Almottakius b'Illah imperium obtinuisset, hujus provinciæ Syriam et Hedjasum aliasque regiones addidit. Mense Ramadhani anni 329, cognomen *Alachschid* a chalifa accepit, eam ob causam ita cognominatus, quod reges Farghanæ, ex quorum prole erat, ita nominabantur. Vocis significatio eadem est ac in lingua Arabica *Malic Almoluc* [rex regum]. Omnis, qui Farghanæ imperium exercebat, isto utebatur nomine, eodem modo quo Persarum reges Chosroës, Turcarum Chakan, Romanorum Cæsar, Syriæ Heraclius, Iemanæ Tobbah, Abyssiniæ Alnedjaschi cognominati sunt. Pro Muhammede hoc nomine in suggestibus preces publicæ factæ sunt, ut eo notus fieret. Vir prudens, magna vigilantia in bello rebusque imperii præditus, rerum gubernandarum peritissimus erat. Milites magno honore afficiebat; ipse magno corporis robore gaudebat, ut nemo ejus arcum tendere valeret. Muhammedes ben-Ahbd-Almalic Alhamdani in historia parva inscripta *Ohnwan Alsiran*, ejus exercitum quadringenta millia hominum complexum esse, narrat; ipsum timidum fuisse, ut octo millia servorum, quorum duo millia qualibet nocte eum custodirent, haberet; in itinere ministris ad latus tentorii sui custodiam commisisse, et tum quoque fiducia carentem in cubiculariorum tentoria ivisse ibique somnum petiisse. Natus die Lunæ, medio mensis Redjebi anni 268, Bagdadi, in platea portæ Cufensis, ab illo supra indicato tempore imperio gaudere et fortuna adjuvari, donec hora quarta diei Veneris, octavi ante finem Dsu-Alhedjæ anni 334, Damasci morte abreptus est, non cessavit. Arca ejus feralis Hierosolymas translata et ibi sepulta est. Abu-Alhusainus Alrasi, eum anno 335 diem obiisse, narrat (*vid.* cod. A. 731 sub hoc titulo).

(206) De hoc loco nil inveni.

(207) De his rebus gestis confer Abulphed. *tom. II, pag. 406*, et Elmac. *pag. 206*.

(208) Voces عقدا له elliptice dictæ sunt pro عقدا لوا له, et significant provincia aliquem ornare, quum ex more illius temporis esset præfectis vexillum, et, ut ex Elmacino, *pag. 149*, clarum est, album tradere. Contrarium huic est حل اللوا *solvit vexillum (vid.* perill. Silv. de Sacy, Chrestom. Arab, *tom. II, pag. 393*, in loco ex Ebn-Chalduno excerpto, et *ibid. pag. 570)*. Verba autem hæc in nostro loco significare non videntur « provincia eum ornarunt »; significant « provinciæ datæ signum ei tradiderunt », quum ab Alradhio provinciam jam accepisset. *Vide* de sensu verborum proprio et de hujus usus origine, quæ vir modo nominatus tomo IV libri inscripti *Notices et Extraits des manuscrits* adnotavit.

(209) Abulpheda in anno paucisque aliis cum nostro non consentit; habet enim annum 328 *(tom. II, pag. 408* præc. confer. Elmac. *pag. 206.)*

(210) Codex Lexici geogr. citati habet : الجفار ارض مسيرة سبعة ايام بين فلسطين ومصر اولها رفح من جهة الشام واخرها الحسنى متّصِلة برمال تيه بنى اسرايبيل كلها رمال سايلة بيض والجفار بها (vid. om. عيون) كثيرة شرب سكانها منها يزمعون انها كانت كورة جليلة وفيها نخل وفى الجادة بها مواضع عامرة يسكنها السوقة للمعيشة على القوافل وهى رفح والعس والعريش والردادة وقصية فى كل موضع من هذه دكاكين فيها كل ما يحتاج اليه من ماكول ومشروب وغيره « Aldjaffar est terra itineris septem dierum inter Palæstinam Ægyptumque, cujus primus locus a latere Syriæ Rafah, ultimus Alhusna, confinis arenarum Tih [deserti] filiorum Israëlis, quæ omnes sunt mobiles, albæ. In loco Aldjaffar autem sunt multi fontes, e quibus hujus regionis incolæ bibunt, qui eam illustrem nomum fuisse contendunt. Sunt in ea palmæ. Ad magnam ejus viam loci florentissimi, quos homines habitant, qui karawanis (ut ita dicam) ad vitam necessaria vendunt. Loci hi sunt Rafah, Alahs, Alahrisch, Alridadah et Kazijjah, in quorum singulis tabernæ sunt, in quibus res cibi potusque et aliæ reperiuntur. »

(211) Carmen hoc a nostro citatum, qunm nec injucundum neque nimis longum sit, totum hic addere placet. Textum ex codice Bibliothecæ regiæ, n.° 1428, quod cum codice n.° 1429 minoris pretii et codice S. præceptoris nostri contulimus, excerptum damus :

امساور ام قرن شمس هاذا ام ليث غاب يقدم الأستاذا
ثم ما انتضيت فقد تركت ذبابه قطعا وقد ترك العباد جِذاذا
هبك ابن يزداذ حطمت وصحبه اترى الورى اضحوا بنى يزداذا
غادرت اوجههم بحيث لقيتهم اقفاءهم وكبودهم افلاذا
فى موقف وقف الحِمام عليهم فى ضَنْكه واستحوذ استحواذا
جمدت نفوسهم فلما جيتها اجريتها وسقيتها الفولاذا
لما راوك راوا اباك محمدا فى جَوْشَن فاخا ابيك معاذا
اعجلت السنهم بضرب رقابهم عن قولهم لا فارس الا ذا
غر طلعت عليه طلعة عارض مطر المنايا وابلا ورذاذا
فغدا اسيرا فقد بللت ثيابه بدم وبل ببوله الافخاذا
سدت عليه المشرفية طرقه فانصاع لا حلبا ولا بغداذا
طلب الامارة فى الثغور ونشوه ما بين كرخايا الى كلواذا
وكانه حسب الاسنة حلوة او ظنها البرنى والازاذا

لم يلق قبلك من اذا اختلف القنا جعل الطعان من الطعان ملاذا

من لا توافقه الحيوة وطيبها حتى يوافق عزمه الانفاذا

متعود لبس الدُّروع يخالها فى البرد خزا والهواجر لاذا

اعجب باخذكه واعجب منكما ان لا تكون لمثله اخاذا

1. « Num Musawerus an solis radius hic, an leo saltus, qui Wesirum præcedit?

2. » Reconde in vaginam (gladium), quem destrinxisti; nam ejus aciem fissuris jam implevisti, et ille (gladius) corpora serviiia in multas partes fidit.

3. » Concede, te Ebn-Jesdadsum ejusque socios fregisse: num vides, omnes homines e gente Jesdadsi esse!

4. » Facies eorum, quum iis occurreres, (multis ictibus) tanquam occipitia reliquisti et jecora eorum in partes parvas dissecta,

5. » In loco, in cujus angustiis mors supra iis stetit et eos in potestatem suam redegit.

6. » Sanguis eorum congelatus erat: sed quum accederes ad eos, ut flueret, effecisti, et chalybem eo rigasti.

7. » Quum te viderent, patrem tuum Muhammedem lorica indutum patruumque tuum Muahdsam viderunt.

8. » Quum jam in eo essent, ut dicerent, Non est eques nisi hic, celeri ictu caput detruncando, quominus hæc verba proferrent, eos impedivisti.

9. » Improvido ipsi supervenisti, tanquam in cœlo nubes surgens, quæ mortem imbre et pluvia tenui demittit.

10. » Captivus factus est, quum tu vestes ejus sanguine rigavisses, ipse femora urina sua madefecisset.

11. » Gladii Iemanenses ei vias obstruxerunt, ita nec Halebum neque Bagdadum deflexit.

12. » Confiniorum principatum obtinere voluit, iste, qui inter Carchadjam et Cilwadsam adolevit,

13. » Ac si cuspides pro dactylis recentibus haberet, aut eas dactylos suaviores putaret.

14. » Non ante te vir erat, qui, dissentientibus inter se hastis, in ictu, ut ictum fugeret, refugium poneret;

15. » Cui vita non conveniret, donec propositum suum executus esset;

16. » Qui, loricarum indumento adsuetus, in frigore vestem serici crassiorem, in æstate autem vestem tenuem eas putaret.

17. » Quam mirum est, quod tu eum captivum feceris! sed majore admiratione dignum esset, quod eum non cepisses. »

Metrum hujus carminis idem est quod in nota 121. Versus senarii sunt. In versu sexto vox نفوسهم efferenda est ᴗ — ᴗ ᴗ — نُفُوسُهُمُ ut in versu 10 et 12, *pag. 496, tom. II Vitæ Timuri, edit. Mang.* pronomen هم in بينامم et منهم, et in versu nono pronomen ه in عليه contra regulam breve est.

Varias lectiones in codicibus breviter recensere liceat. V. 1, codex 1429 et cod. S. scribit هذا metro contrarium, si syllaba ها, abjecto τῶ eliph, brevis sit. Observandum vero, quum vox هذا ex adverbio ها *ecce* et ذا *hic* composita sit, et absente τῶ eliph, syllabam ها longam esse. V. 5, cod. 1429 habet قلوبهم, sed præferenda est vox كبودهم magis poëtice dicta et ob sequens افلاذا. V. 6, cod. 1429, جيتهم; præferendum vero جيتها ob نفوس et quia id

magis poëtice dictum est. V. 12, cod. 1429 pro ونشوه habet وقد نشا, in qua licentia poëtica admittenda, ut τὸ eliph cum hamza legendum sit, tanquam eliph cum wezla. V. 13, cod. 1429 فكانه; sed præferimus وكانه, quum in hoc versu novus sensus non incipiat, sed sensus ejus cum versu præcedente cohæreat. V. 15, cod. 1429 الأنفاذا, cui tamen præferenda est lectio الإنفاذا. V. 16, cod. 1429 et cod. S. متعودا. Pauca alia addere placet. V. 1, Wesirus apud Ægyptios nomen *Ustads* habuit. V. 2, vox جذاذ duplici modo derivari potest: a جُذاذة quod idem est ac قطعة منكسرة, ut efferatur جُذاذ, vel a جذيذ, quod idem est ac مقطوع et مجذوذ, ut efferatur جذاذ. Gladius, cujus acies fissuris impleta est, et ob hanc causam الافل nominatur, apud Arabes fortitudinis signum viro laudi honorique est. V. 4, duplici modo hujus versus sensus explicari potest: aut, *tu eos fugasti, ita ut tergum verterent, et occipitium loco faciei versus te directum esset;* aut, *tu gladii ictu faciem occipitio similem reddidisti.* Vox فلق idem est ac قطعة من الكبد. V. 6, vario modo sensus hujus versus explicari potest. Mihi maxime placet, ob timorem congelatum hostium sanguinem gladio viri laudati fluxisse. V. 8, quum fortitudinem tuam viderent, te esse verum equitem exclamare volebant; sed tu cæde facta eos impedivisti. V. 9, simile quid apud Virgilium in Æneid. lib. X, v. 89: *Sic obrutus undique telis Æneas nubem belli, dum detonet, omnem sustinet.* V. 11, vox مشرفية derivata est a مشارف; nomen vicorum in Arabia Felici est, ubi enses cudebantur. Pro hac et vox اليمانى in usu est. Vox حلبًا pro حلبَ ob metrum scripta est. V. 12, poëta dicit, hunc confiniorum, ubi semper ad bellum faciendum parato principi contra hostes pugnandum esset, et cui provinciæ nemo nisi dux fortissimus conveniret, principatum petiisse, quum tamen in Sewado Iracæ (Carchadja enim et Cilwadsa sunt loci duo ibi siti) adoleverit; quippe cujus regionis arvis palmisque abundantis incolæ, in terra colenda occupati, armorum usum non haberent. V. 14, vox textus متعود est quod Arabes استيناف appellant, id est, *nova phrasis, quæ a præcedente non regitur:* si vero admittas lectionem متعودا, conjungenda est hæc vox cum voce præcedente من, quod, ut verbis Arabum utar, est نكرة في محل النصب, *vox casus definitione carens loco accusativi* pro انسانا متعودا. Vox لاذ significat *vestem tenuem lino confectam, qua æstate utuntur.* In hoc versu poëta licentiam in constructione sibi permisit, quæ solummodo ex sententia grammatici *Achfasch* appellati adhiberi potest. Conjunctæ enim sunt voces البرد et الهواجر nec non خزا et لاذا, id quod licitum non est; nam, ut Abu-Becrus Alsarradj refert, omnes grammatici, dici non posse مرّ زيدٌ بعمرو وبكرٌ خالدٍ, consentiunt. Sed, mentione *Achfaschi* facta, vitium Castelli in Lexico heptaglotto prætereundum non est. Sub voce חפש vocem اخافش, quæ in Kamuso vocibus في النحاة ثلاثة explicatur, dilucidat vertens *in plaga tres an in grammatica*

vel seorsim tria; sensus vero est, *vox* اخافش, *quum de grammaticis sermo est, tres, qui nomen* Achfasch *gesserunt, significat.*

(211 *bis.*) Nomen hoc et gymnasium مدرسة الزجاجين habuit, *fol. 146 et 148.* Gens Banu-Alahdjemi, cujus paulo post mentio facta est, per longum temporis spatium Halebi magna auctoritate usa degebat.

(212) *Vid.* Abulphed. *t. II, pag. 416*, et Abulphar. *pag. 305.*

(213) In codice Lexici geograph. auctore Sojuthio legitur السن بكسر اوله وتشديد نونه يقال له سن بارما مدينة على دجلة فوق تكريت عند مصب الزاب الاسفل والسن قلعة بالجزيرة قرب سميساط يعرف بسن بن عطير والسن جبل بالمدينة قرب احد والسن (فى omittendum) موضع من اعمال الرى « Alsinn, cui nomen Sinn-Barema, est oppidum ad Tigrin supra Tecritum, ubi fluvius Alsab Alasfal exoneratur, et Alsinn arx in Mesopotamia prope Somaisatham nominata Sinn ben-Othair, et Alsinn quoque mons est apud Medinam prope montem Ohod situs. Alsinn locus ditionis Alraii est. » (Consentit Jakutus.)

(214) Abu-Ferasum Alhartsum ben-Abi-Alahla ben-Sahid ben-Hamdan ben-Hamdun Alhamdani anno trecentesimo vicesimo, secundum aliorum sententiam anno trecentesimo vicesimo-primo, natum esse, narrat Ebn-Challecanus. Mense Redjebi anni trecentesimi vigesimi-tertii patre Sahido privatus est, qui, quum pro Alradhio b'Illah Mosulam et provinciam Dijar-Rabihæ recepturus, ut rem clam faceret, cum quinquaginta satellitibus Mosulam profectus esset, a Nazir-Aldewla captus et occisus est, Alradhio b'Illah id ægre ferente. Abu-Ferasus in aliquo prælio sagitta vulneratus, ut pars in femore infixa maneret, a Græcis anno 348 captus, Charschanam (oppidum ditionis Græcorum prope Malathiam) abductus et inde Constantinopolin missus est. Anno 355, Saif-Aldewla eum redemit. Hanc Abu-Alhasani Abu-Ebn-Sarrad Aldailemi sententiam rejiciunt, et duabus vicibus, una ad Magharam-Alcohl anno 348 captum, nec vero Charschanam abductum, altera ad Menbidjum mense Schawwali anni 351 captum et Constantinopolin, ubi per spatium quatuor annorum vitam degerit, missum eum esse contendunt. Cemal-Aldinus (cod. A. 728, *fol. 33 v. et 38 v.*), cui in rebus in Syria et sub imperio Halebi principum gestis major fides habenda est, narrat: « Anno 348 vel 349, Saif-Aldewla regiones Græcorum invasit. Quum, multis incolarum occisis multisque captis, præda potitus, per angustias Magharæ-Alcohl redire animo haberet et versus eas iter flecteret, Leoni filio Phocasi Domestico, qui ad illas ipsum præcesserat, occurrit. Prælio ibi commisso Saif-Aldewla vincitur. Hostes Muhammedanis prædam captam eripiunt, thesauro impedimentisque Saif-Aldewlæ potiuntur. Multi in hoc prælio vitam amittunt, et Abu-Ferasus Alharetsus ben-Sahid ben-Hamdan captivus factus, ab hostibus Charschanam ducitur. Inde Constantinopolin missum anno 354, patriciis, quos captivos fecerat, datis, Saif-Aldewla eum cum aliis redimit. »

Quum captivus factus esset, ex religione solatium capere studebat, et dicebat:

ما للعبيد من الذى يقضى به الله امتناع
ذدت الاسود من الفرايس ثم تفرسنى الضباع

« Quod a Deo servo decretum est, a se retinere non valet:
» Propuli leones a præda, tum me hyænæ diripuere. »

Nil tamen intermisit, ut e captivitate liberaretur, multaque carmina ad Saif-Aldewlam ejusque filios misit. Ipsa poëtæ mater, quæ Menbidjī degebat, Halebum ad Saif-Aldewlam tetendit, ut filii redemptionem ab eo peteret. Quum vero ipsa humili quidem prece eum rogans a spe destituta reverti cogeretur, et interim Domesticus Abu-Feraso aliisque captivis majorem molestiam exhibere incepisset, hic ad Saif-Aldewlam carmen, quod sequitur, misit:

يا حسرة ما اكاد احملها	اخرها مزعج واولها
عليلة بالشام مفردة	بات بايدى العدا معللها
اذا اطمانت وابن او هدات	عنت لها فكرة تقلقلها
تسال عنا الركبان جاهرة	بادمع ما تكاد تمهلها
يا من راى لى بحصن خرشنة	أُسْد شرى فى القيود ارجلها
يا من راى لى الدروب شامخة	دون لقا الحبيب اطولها
يايها الركبان هل لكما	فى حمل نجوى يخف محملها
يا امتا هذه منازلنا	نزلها (ننزلها ‎.‎/) تارة وننزلها
يا سيدا ما تعد مكرمة	الا وفى راحتيك اكملها
ليست تنال القيود من قدمى	وفى اتباعى رضاك احملها
لا تتيمم والما تدركه	غيرك يرضى الصغرى ويقبلها
انت سما ونحن انْجُمها	انت بلاد ونحن اجبلها
انت سَحاب ونحن وابله	انت يمين ونحن انملها
باى عذر رددت والِهَة	عليك دون الورا معولها
جاتك تمتاح رد واحدها	تنتظر الناس كيف تقفلها
تلك العقود التى عقدت لنا	كيف وقد احكمت تحللها
ارحامنا منك لم تقطعها	ولم تزل دايبا توصلها
سمحت منى بمهجة كرمت	انت على ياسها مومّلها
ان كنت لم تبذل الفداء لها	فلم ازل فى هواك ابذلها
تلك المودات كيف تمهلها	تلك المواعيد كيف تغفلها
ابن المعالى التى عُرِفْتَ بها	تقولها دايبا وتفعلها
يا واسع الدار كيف توسعها	ونحن فى صخرة نزلزلها
يا ناعم الثوب كيف تبدله	ثيابنا الصوف ما نبدلها
يا راكب الخيل لو بصرت بنا	نحمل اقيادنا وننقلها

رايت فى الضرّ اوجها كرمت   فارق فيك الجمال اجملها
قد اثر الدهّر فى محاسنها   تعرفها تارة وتجهلها
لا يفتح الناس باب مكرمة   صاحبها المستغات يقفلها
اينيرى دونك الكرام لها   وانت قمقامها واجملها
وانت ان عن حادث جلل   قلبها المرتجى وحولها
منك تردى بالفضل افضلها   منك افاد النوال انولها
فان سالنا سواك عارفة   فبعد قطع الرجا نسالها
لم يبق فى الناس امة عرفت   الا وفضل الامير يشملها
نحن احق الورى برافته   فاين عنا وكيف معدلها
يا منفق المال لا يريد به   الا المعالى التى يوثّلها
اصبحت تشرى مكارما فضُلا   فداوُنا ما علمت افضلها
لا يقبل الله قبل فَرْضك ذا   نافلة عنده تنفلها

« O suspiria! non possum ea ferre, prima eorum me perturbant ultimaque.

» In Syria est femina dolore gravata, quæ unum solummodo peperit filium; » at in hostium manibus ille, qui ejus dolores lenit.

» Quum tranquilla est, et ubinam est! vel quieta, cogitatio animum turbans » ei supervenit.

» Interrogat de nobis equites, ipsa velo non obtecta, et in oculis lacrymæ, » quarum fluxum interrumpere non potest, (dicens)

» O quis mihi vidit (tantum malum)! In arce Charschanæ leonibus Scharæ » pedes catenis onerati sunt.

» O quis mihi vidit (tantum malum)! Viæ sunt altæ; longiores earum, quo- » minus dilecto occurram, me impediunt.

» O equites! num verba mea, quorum onus leve est, perferre potestis!

» O mater mea! hæc est domus nostra!, ubi modo ipsi habitamus, modo » alios habitare jubemus.

» O domine (Saif-Aldewla)! non habentur res pro virtutibus, quarum per- » fectissima in manibus tuis non est.

» Catenis pedes mei non sunt digni; voluntati tuæ satisfacturus cum iis sum.

» Ne pulvere laveris, dum aquam assequi potes; alius parvo contentus est, » et idem accipit.

» Tu cœlum es, et nos sidera cœli; tu terra es, et nos montes sumus;

» Tu nubes es, et nos imber ejus sumus; tu dextera, et nos ejus digiti.

» Quanam excusatione utens tu lugentem repulisti, quum in te solo ex homi- » nibus ejus fiducia posita esset!

» Ad te venit petens ut solus, quem habet, redderetur, et homines exspec- » tarunt, quomodo tu eam redire juberes.

» Hæc fœdera, quæ nobiscum pepigisti, quomodo, et jam firmata sunt, ea » dissolves!

» Amorem erga nos nunquam abrupisti; imo semper operam dedisti, ut eum » confirmares.

» Cor nobile tibi a me concessum est, et a te, quamvis desperat, tamen sperat;
» Et si redemtionis pretium ei non donaveris, ego, amore tui commotus, idem » ei donare non cessavi.
» Talem amorem quomodo negligas! talia promissa quomodo inconsiderate » prætermittas!
» Illæ animi excelsi dotes, quibus notus eras, quas verbis factisque ad lucem » proferre studebas, ubinam sunt!
» O tu, qui in ampla domo habitas, quomodo eam amplam habere potes, dum » petra, in quam inclusi sumus, (ejulatu nostro) contremiscit!
» O tu, qui pretiosa veste uteris, quomodo eam mutare potes, dum nos vestes » nostras lana confectas non mutamus!
» O tu, qui equis inveheris, si tu nos conspiceres, dum cum catenis ab uno » loco in alterum nos movemus,
» Videres in ærumna facies nobiles, quarum pulcherrimæ tua causa pulchritu- » dinem amiserunt.
» Infortunium earum pulchritudini notas jam impressit; modo eas cognoscis, » modo eas ignoras.
» Non aperiunt homines portam generositatis, quum generosus imploratus » sera eam claudit.
» Ubinam inveniuntur præter te nobiles, qui generositatem exerceant? tu es » eorum dux pulcherrimusque.
» Tu, si incidit malum grave, es versutus eorum, in quo spem collocant, et » prudens:
» A te pallio meriti optimus eorum vestitus est, a te munificentissimus eorum » donum accepit.
» Quod si ab aliis beneficium petimus, post omnem tui spem amissam petimus.
» Non restat inter homines populus, quem principis hujus generositas complexa » non sit.
» Nos hominum digniores ejus misericordia sumus, et quomodo et ubi ea a » nobis deflectitur!
» O tu, qui pecuniam expendis, nil aliud ea, quam merita præclara, quæ » colligit, sibi comparare vult:
» Mox emes præclara merita, inter quæ redemtio nostra, ut equidem credo, » excellit.
» Deus, donec huic officio satisfecisti, donum a te oblatum grato animo non » accipiet. »

Pauca solummodo addere liceat. Versus nostri sunt senarii et ad carmen المنسرح dictum pertinent. Mensura hemistichii primitiva est ——◦—|———◦|——◦— مستفعلن مفعولات مستفعلن, quæ vario modo mutatur. Primus pes مستفعلن mutari potest in مفتعلن —◦◦— et in مفاعلن ◦—◦—. Secundus pes مفعولات mutari potest in فاعلات —◦—◦ et rarius in مفاعيل ◦———◦. Tertius pes frequentissime in مفتعلن —◦◦— mutatur. In versu 4 poëta voce جاهرة utitur, quæ significat *velo non obtecta*, ut maximum dolorem stuporemque indicet; nam contra leges Muhammedanorum est, ut mul'er viro ignoto sine velo appareat. Vers. 5, 6 et 7, sunt verba matris. Vers. 8, incipit loqui poëta. Vers. 5, codex habet اشد شرى. Correximus ob metrum et sensum أُسْدُ شَرَّى, *leones Scharæ*.

Schara est pars montis Sulmæ (a tribu Thai habitati, *vid.* adn. 8) celebris ob leones ibi frequentes. De viro intrepido dicere solent يستبيل اسد شرى « Fecit, ut Scharæ leones mingerent. » Vers. 10, من قدمى est pro شيا من قدمى « aliquid ex pedibus meis. » Vers. 11, pulvere uti pro aqua Muhammedanis solummodò licitum fuit, quum aquam comparare non poterant, ex. gr. in itinere. In Alcorano pluribus locis hac de re sermo est, et Muhammedanorum jurisconsulti secundum ejus præcepta mandata dederunt. Vers. 28, codex habet أينبرى; sensus et metrum exigunt أبن يرى. Vers. 29, voces قلب وحول pæne semper conjunctæ inveniuntur.

Saif-Aldewla, die Veneris, decimo mensis Zafari anni 356, mortuó, quum Abu-Ferasus (narrat Abu-Chalujah), ut Emessam ditionis suæ faceret, omnem operam daret, Abu-Almaahlius, Saif-Aldewlæ filius, rei certior factus, contra eum copias misit. Abu-Ferasus, prælio commisso, pluribus confectus vulneribus in via exspiravit. Ebn-Challecanus, in libris nonnullis se legisse, narrat, Abu-Ferasum die Mercurii, octavo mensis Rabihæ posterioris, in prædio Zadad nominato, cæsum esse. Tsabetus Ebn-Senan Alzani, in historia quam composuit, narrat: Die Sabbati, tertio mensis Djumadæ prioris anni 357, prælium inter Abu-Ferasum et Abu-Almaahlium commissum est, quo Abu-Almaahlius victoriam reportavit, Abu-Ferasus cecidit. Occisi corpus, capite abscisso; in campo projectus manebat, donec Arabs quidam eum sepelivit. Mater, filii cædis nuncium accipiens, palma faciem percussit oculosque sibi eruit.

Et hæc mater, quæ tantum ex filii cæde luctum percepit, non minus dilecta erat a filio. Quum in captivitate apud Græcos vitam ageret, ejus haud immemor frequentissimas litteras, versibus compositas, quibus, fiducia Dei pioque animo manifestato, solamen tristi ejus animo afferre studebat, ad matrem dedit. Ex pluribus unam, eamque brevem, quæ viri pium probumque animum probat, addere liceat:

لولا العجوز بمنبج ما خفت اسباب المنيّة VII
ولكان لى عما سالتُ من الفدا نفس ابيّة
لكن اردت مرادها ولو انجذبت الى الدنيّة
امست بمنبج حُرّة بالحزن من بعدى حريّة
فيها التقى والدين مجموعان فى نفس زكيّة
لا زال يطرق منبجا فى كل غادية تحيّة
يا امنا لا تحزنى وثقى بفضل الله فيّة
يا امنا لا تياسى لله الطاف خفيّة
اوصيك بالصبر الجميل فانه خيـــر الوصيّة

« Quod si hæc matrona ætate gravis Menbidji non degeret, mortis pericula
» non timerem,
» Et profecto, a redemtione, quam peto, animus abhorreret:
» Sed ejus voluntati satisfacere volo, etsi ipse ad vilitatem attraherer.
» Menbidji femina ingenua, tristitia, quod longius absim, summopere afflicta,
» vitam degit,

» Dum in pura ejus anima pietas et religio conjunctæ habitant.
» Ah! ut quovis matutino tempore salus a me oblata Menbidjum perveniat!
» O mater mea, ne tristitiæ te tradas, in gratia Dei erga me fiduciam pone.
» O mater mea, ne desperes : Deo enim beneficia abscondita sunt.
» Pulchram patientiam tibi commendo; nam melius est, quod tibi commen-
» dare possum. »

Versus hi sunt metri الكامل dicti, jam antea a nobis explicati. Versus sunt quaternarii hypercatalectici. Versus 8 verba « الطاف خافيه » et الصبر الجميل ex Alcorano deducta esse, observari vix opus est.

Cemal-Aldinus *(fol. 41)* rem melius explicat : « Saahd-Aldewlæ, Saif-Aldewlæ filio, cum Abu-Feraso (ejus avunculo) Emessæ degente inimicitiis intercedentibus, quum Saahd-Aldewla contra eum proficisceretur, Abu Ferasus Zadadum deflexit. Saahd-Aldewla, ad Salmijjam castris collocatis, copias tribus Banu-Celab aliasque contraxit, et Karghujam Alhadjib [cubicularium], primum agmen ducentem, cum copiis tribus Banu-Celab et parte satellitum Saif-Aldewlæ præcedere jussit. Qui quum Zadado adpropinquaret, Abu-Ferasus dimicaturus copias eduxit; sed, sociis in fidem illius se recipientibus, ipse turbæ se immiscuit. Karghuja aliquem satellitum suorum eum occidere, sermone Turcico jussit, quo peracto, occisi caput amputavit et ad Saahd-Aldewlam pertulit. Corpus in campo projectum erat, donec Arabs quidam ferali amiculo involutum sepelivit. » Menbidjum in feudum (ut ita dicam) ei assignatum fuit. Judicium de viri meritis ex libro inscripto يتيمة الدهر في محاسن اهل العصر *Margarita temporis super præclaris operibus gentis seculi* (auctor hujus libri est Imamus Abu-Manzurus Ahbd-Almalic Ebn-Altsahlebi, qui anno 430 diem obiit: præclarum est opus, in quatuor partes divisum, in quibus auctor de poëtis Hamdanidarum, tum Syriæ vicinis, nec non Mosulæ et Ægypti, agit, ita ut eorum vitam non enarret, sed, fragmentis ex poëmatibus eorum adductis, quid quilibet in poësi valuerit, exemplis demonstret; codex in Bibliotheca regia numero 733 designatus est, et ex eodem Abu-Ferasi carmina excerpsimus), quem Ebn-Challecanus secutus est, proferre liceat : « Temporis sui incomparabilis, sol ætatis, ingenio meritisque, liberalitate et gloria, eloquentia et scientiis, arte equestri fortitudineque excelluit. Carmina quæ composuit, elegantia, levitate, sagacitate, dulcedine, copia et gratia celeberrima sunt. In uno viro pulchra corporis forma, ingenii pulcherrimæ dotes et regni dignitas conjunctæ erant, ut neminem nisi Ahbd-Allahum ben-Mohtass ei comparandum habeas. Nostro vero a viris rei peritissimis primus assignatur locus. Primus, qui in carminibus componendis magnam gloriam adeptus est, rex fuit, idem ultimus, nempe Ahmru-Alkaisus et Abu-Ferasus. Poëta Motenabbi celeberrimus, ne carmina recitans aut una cum hoc prodiret, aut certaret, cavit. Licet hic poëta Abu-Ferasum, omnes quidem præter hunc Hamdanidas laudans, non ornaverit laude, multum abest, ut, eum negligens, hoc omiserit, ut, magna ejus veneratione ductus, ita egerit. Saif-Aldewla, præclaras ejus ingenii dotes vehementer admirans, majore, quam cæteros gentis suæ, honore virum auxit, ut eum socium sibi adjunctum in bella secum duceret et provinciarum vicarium eligeret. » Carmina ab eo composita in diwanum collecta sunt (conf. Ebn-Challecanum et Hadji-Chalifam).

(214 *bis.*) Lege in textu Arabico ابن عمه, ut codex habet.

(215) De hac re vide Abulphedam, *tom. II, p. 426 sqq.*, et Abulphar. *p. 307.*

Nomen تورون scripsimus modo quo in codice nostro legitur, haud nescii quidem ejus quod apud Abulphedam, *tom. II, p. 422*, de modo scribendi et origine hujus vocis, legitur. In aliis codicibus, modo *Tusun*, modo *Busun*, occurrit; sed in nominibus semper nostrum secuti sumus.

(216) Abu-Almescus Cafurus ben-Ahbd-Allah Alachschidsi [Alaschidsi libertus], qui in Historia patriarch. Alexandr. Nigrita ex Nubia eunuchus *(p. 353)*, apud Abulphedam, *tom. II, p. 442*, eunuchus niger appellatur, Ægyptii cujusdam Ebn-Alahjjasch appellati, qui Mizri degebat, servus erat. Ipse castratus, submissus, labium inferius perforatum pedesque fœdos habens, ventrosus, tardus, ut inter ipsum et servam nil discriminis esset, coquo domini sui ministrans ex foro res necessarias in capite portare solebat. Quum vero tantopere somno gravi premeretur, ut voce ex eo non excitaretur, Ebn-Ahjjaschus, quum dormire volebat, ejus collo funem alligare solebat, ut fune attracto, quum aliquid ab ipso peteretur, decidens expergefieret. Interdum in palatium principis venit, ubi homines occipitii duritie eum designabant : nam, quotiescunque satellites eum manu percutiebant, ipse ridebat; quæ res causa fuit, cur satellites, qui eum leni animo præditum putarent, apud dominum de eo emendo verba facerent. Ille octodecim denariis emtum his dono dedit. Apud Alachschidsum magis magisque honore auctus, tandem Atabecus filiorum creatus est.

Quum Alachschidsus diem obiisset, Cafurus pro filio natu majore, Abu-Alkasimo Anudjuro, qui Damasci, die Jovis, septimo mensis Dsu-Alhedjæ anni 319, natus erat, ab hominibus fidei jusjurandum accepit, dum homines id mandato Alachschidsi animam spirantis fieri putabant. Jam tum temporis, plena in Ægypto Syriaque potestate usus est, ut Anudjuro quotannis quadraginta millia denariorum concederet, reliquas vero omnes pecunias, ut ipse vellet, erogaret. Imperii res optime administrabat.

In codice 1428, ante poëmata quæ Motenabbius in Ægypto et Iraca composuit, nonnulla argumenti historici præmittuntur, quæ in præcedentibus in usum adhibuimus. Ibi Cafuri agendi ratio in rebus administrandis multa vituperatione reprehenditur. Præcipua, ut rebus summis potiretur, causa fuit, quod, mortuo Ebn-Thoghdjo, satellites, Mizrum profecti, prædia inter se dividentes, suis rebus occupati erant, et mater principis, quippe serva esset, erga eum animo propenso affectus erat. Tanta vero in filium matremque potestate usus est, ut, quem vellet, admitteret aut removeret; et talis Mizri erat status, ut nemo vel Mamluco (ut ita dicam) vel servo vel concubinæ, timens ne Cafuro proderetur, secretum proferre, aut principi ipsi salutem dicere auderet; qui enim cum principe collocutus esse dicebatur, eum Cafurus neci dabat. Omnes Cafuri speculatores erant et ipsius principis socii ei dediti. Quum princeps adultus aliquo die in bibendo, quæ animo semper inclusa habebat, palam fecisset, verba Cafuro nunciata, ut eum veneno clam interimeret, incitarunt. Anudjurus die Sabbati, octavo mensis Dsu-Alhedjæ anni 349 (Histor. patriarch. Alex. habet annum 348), diem obiit. Post illud tempus, fratrem principis natu minorem et reliquos levi habentis Cafuri mandato Ægyptus Syriaque parebant. Semper ad servos inclinans, viros ingenuos litteris et promissis falsis ad se alliciebat; tum vero servis, equis opibusque ipsorum potitus, ad summam penuriam eos redigebat, ut coram ipso projecti lacrymas funderent. Neque tum tantum, ut contenti in loco remanerent, iis concedens, neque abeundi veniam dans, sine venia profectos in Nilum submergi jussit.

Ubi Abu-Alhasanus Ahlius, anno 355, secundum aliorum sententiam, undecima nocte mensis Muharremi anni 354 (natus erat quarto ante finem mensis Zafari anni 326), mortem cum vita commutavit, rebus potitus Cafurus Wesiri munus Abu-Alfadhlo Djahfaro ben-Altharb tradidit. Per regni spatium,

dicit Ebn-Challecanus, viros bene meritos honore ornavit et dignitate auxit. Cafurus die Martis, decimo ante finem Djumadæ prioris anni 356, secundum alios, die Mercurii, diem supremum obiit. Reperiuntur, qui, anno 357 eum mortuum esse, contendant. Sepultus est in Kerafa parva (est locus ubi populus Mizri sepulcra habet : conf. Chrestom. arab. *tom. II, p. 140*), ubi ejus basilica celebris est.

Poëta celeberrimus Motenabbi, quum, Saif-Aldewlæ iratus, Mizrum profectus esset, in Cafuri laudem plura carmina composuit. Mense Djumadæ posterioris anni 346 primum carmine, quod sequitur, eum laudavit :

كفى بك دآءً ان ترى الموت شافيا وحسبُ المنايا أنْ يكنّ امانيا
تمنّيتها لمّا تمنيتَ ان ترى صديقا فأعْيَى او عدوّا مُداجيا
اذا كنتَ ترضى أن تعيش بذلّة فلا تَسْتعدنّ الحُسام اليمانيا
ولا تَستطيلنّ الرماح لغارة ولا تَسْتجيدنّ العِتاق المَذاكيا
فما ينفع الأُسْدَ الحياءُ من الطوى ولا تُتّقى حتى تكون ضواريا
حببْتُك قلبى قبل حبّك من ناى وقد كان غدّارا فكن لى وافيا
واعلم ان البَيْنَ يُشكيك بعده فلستَ فؤادى إن رايتك شاكيا
فانّ دموع العين غدر بربّها اذا كنّ إثْرَ الغادرين جواريا
اذا الجُود لم يُرزق خلاصا من الاذى فلا الحمد مكسوبا ولا المال باقيا
وللنفس اخلاق تدلّ على الفتى اكان سخاءً ما أتى ام تساخيا
أقِلِّ اشتياقا ايها القلب ربّما رايتك تُصْفى الودّ من ليس جازيا
خُلقت الوفا لو رحلتُ الى الصِبى لفارقت شيبى موجع القلب باكيا
ولكنّ بالفسطاط بحرا ازرْتُه حياتى ونصحى والهوى والقوافيا
وجُرْدا مددْنا بين اذانها القنا فبتْن خِفافا يتّبعْن العواليا
تماشى بايدٍ كلّما وافت الصفا نقشْن بها صدر البُزاة حوافيا
وتنظر من سود صوادقَ فى الدجى يُرِين بعيدات الشخوص كما هيا
وتنصب للجرس الخفى سوامعا يخلْن مناجاة الضمير تناديا
تجاذب فرسانَ الصباح اعِنّةً كانّ على الاعناق منها افاعيا
بعزم يسير الجسْمُ فى السرج راكبا به ويسير القلب فى الجسم ماشيا
قواصدَ كافور توارِكَ غيره ومن قصد البحر استقلّ السواقيا
فجات بنا انسانَ عَينِ زمانه وخلّت بياضا خلفها ومآقيا
نجوز عليها المحسنين الى الذى نرى عندهم احسانه والايادي
فتى ما سرينا فى ظهور جدودنا الى عصره الا نرجّى التلاقيا

تَرفّع عن عُون المَكارم قدرُه فما يفعل الفعلات الا عذاريا
يُبيد عداوات البغاة بلطفه فان لم تَبِد منهم اباد الاعاديا
ابا المسك ذا الوجه الذى كنت تايقا اليه وذا الوجه الذى كنت ارجيا
لقيت المروري والشناخيب دونه وجبت هجيرا يترك الما صاديا
ابا كل طيب لا ابا المسك وحده وكل سحاب لا اخصّ الغواديا
يدل بمعنى واحد كلّ فاخر وقد جمع الرحمن فيك المعانيا
اذا كسب الناس المعالى بالندى فانك تعطى فى نداك المعاليا
وغير كثير ان يزورك راجل فيرجع مَلْكا للعراقين واليا
فقد تهب الجيش الذى جاء غازيا لسايلك الفَرْدِ الذى جاء عافيا
وتحتقر الدنيا احتقار مجرّب يرى كل ما فيها وحاشاك فانيا
ما كنتَ ممّن ادرك الملك بالمُنَى ولكنّ بايام اشبْن النواصيا
عِداك تراها فى البلاد مَساعيا وانت تواها فى السما مراقيا
لبستَ لها كُدْر العجاج كانما ترى غير صاف أنْ ترى الجوّ صافيا
وقدت اليها كل اجرَدَ سابح يؤدّيك غضبانًا ويثنيك راضيا
ومخترطٍ ماضٍ يطيعك آمرا ويعصى إن استثنيتَ او صرت ناهيا
واسمَرَ ذى عشرين ترضاه واردا ويرضاك فى ايراده الخيل ساقيا
كتايبُ ما انفكّت تجوس عمايرا من الارض قد جابت اليها فيافيا
غزوتَ بها دور الملوك فباشرت سنابكها هاماتهم والمغانيا
وانت الذى تغشى الاسنّة اولا وتانفُ انْ تغشى الاسنّة ثانيا
اذا الهند سوّتْ بين سيفى كريهة فسيفك فى كفّ تُزيل التساويا
ومن قول سام لو راك لنسله فدى ابن اخى نسلى ونفسى وماليا
مَدًى بلغ الاستاذَ اقصاه ربُّه ونفس له لم ترض الا التناهيا
دعته فلبّاها الى المجد والعُلَى وقد خالف الناس النفوس الدواعيا
واصبح فوق العالَمين يرونه وإن كان يُدْنيه التكرّم نائيا

1. « Morbo gravissimo languisti, cui præter mortem non erat medicus; et » maximum est malum, quum mors desideranda est !

2. » Jam mortem desiderasti, quum tu amicum sincerum vel inimicum blan- » dientem frustra optares.

3. » Quum tu contentus vitam obscuram degere velles, o ne gladium Jema- » nensem præpara,

4. » Ne apta hastas longas ad incursum faciendum, ne equos nobiles, sexennes » paratos habe!

5. » Nam quid pudor famis leonibus prodest! non timentur, nisi proni ad » venandum sint.

6. » O cor meum! te amavi, antequam illum amares, qui perfidus te reliquit: » sis itaque mihi fidelis!

7. » Equidem non sum nescius, te ad querelas excitari, quum ille longe absit; » sed cor meum non es, si te lamentantem video;

8. » Nam lacrymæ, quum propter perfidorum absentiam manant, in nos ipsos » perfidiæ sunt.

9. » Si liberalitas a noxa exemta non est, tum neque opes paratæ sunt, nec » laus superstes.

10. » Animæ vero qualitates sunt, quæ indicant, num dona ejus a liberalitate » animo insita, an desiderio, ut tales innotescamus, proficiscantur.

11. » Diminue amorem tuum, o cor! nam te erga ingratum sincero amore » affectum video.

12. » Amicorum usum amans creatus sum: nam, si ad juventutem redirem, » profecto flens, cum animo dolore cruciato, a canitie me separarem!

13. » Sed Fusthati mare est; ad hoc visendum vitam meam, consilia mea » amorem, carminaque adduxi,

14. » Et equos glabros, inter quorum aures hastam extendimus, et illi nocte » agili cursu cuspidum nutum sequuntur;

15. » Sic ungulis incedunt, ut, quotiescunque ad petras perveniant, in iis, » quamvis nudipedes sint, falconum pectora depingant;

16. » Nigris oculis in nocte tenebrosa juste observant et e longinquo res, » quales sunt, indicant;

17. » Auribusque arrectis sonum submissum occultumque audiunt, et animi » deliberationem, ac si verba invicem dicta sint, percipiunt.

18. » Equites matutini temporis habenis protrahunt, quasi in collis suis viperas » habeant:

19. » Cum firmo proposito, ut corpus ephippium in quo sederet, et animus » studeret prævertere corpus,

20. » Dum ad Cafurum tendentes alios relinquebant; nam qui ad mare pro- » ficiscitur, rivulos levi pendit.

21. » Et nos ad hominem, qui pupilla oculi temporis sui est, post se relinquen- » tes albumen et angulos, advehebant.

22. » (Equis) vecti a patronis discedentes ad talem profecti sumus, quem in » illos beneficia conferentem vidimus;

23. » Vir est quocum jam in lumbis avorum nostrorum, ad ejus tempus profi- » ciscentes, nos conventuros esse, speravimus.

24. » Liberalior est vir, quam qui post alios apud homines beneficia collocet: » semper primus beneficiis suis ornat,

25. » Ille qui perosorum inimicitias gratia delet; sin vero ex iis non cedunt, » inimicos perdit.

26. » Abu-Almesce! hæc est illa facies cujus desiderio flagravi, hæc illa facies » quam speravi.

27. » Priusquam ad hanc perveni, desertis montiumque fastigiis occurri, et » meridie, qui ipsam aquam sitientem reliquit, iter feci.

28. » O pater omnis odoris suavis, non solius musci, omnisque nubis, ne dicam » nubis matutinæ!

29. » Omnis præstans una solummodo virtute excellit, sed te Misericors omni- » bus virtutibus ornavit.

13...

30. » Homines quidem muneribus excellentiam sibi comparare student, tu » vero donis tuis excellentiam das.

31. » Sunt qui pedibus euntes te adierint; rediere reges, Iracæ utriusque » præfecti.

32. » Tu donasti exercitum, qui infestis armis contra te profectus erat, uni » homini te roganti, qui gratiam captans venit;

33. » Tu mundum contemnis, quo modo vir experientia edoctus, omnia, » te excepto, pereunda esse intelligit;

34. » Tu e numero eorum non es, qui votis regnum adepti sunt, sed diebus, » qui (hostium) nobiles senes fecerunt.

35. » Inimici tui conatus laude dignos in regionibus eos habent, tu vero eos » gradus in cœlo esse putas.

36. » Induisti pro his (diebus) pulverem nigrum, quasi aërem, quum purus » est, impurum putares.

37. » Ad eos omnes equos glabros, velociter incedentes, adduxisti, qui te » advehunt iratum, retroducunt contentum,

38. » Et (gladios) strictos, secantes, qui jubenti tibi obtemperant, inobedien- » tes se præbent, quum excipis (aliquem a cæde) vel interdicis (ne occidatur),

39. » Et (hastas) fuscas viginti ulnarum, quibus se immergentibus (in hostium » sanguinem) tu contentus es, te contentæ sunt, quum ad equites aquatum ipsas » ducis.

40. » Tibi sunt agmina, quæ gentes (invictas) explorare non cessant, ad quas » proficiscentes deserta peragrarunt.

41. » Regum domos cum iis invadisti, eorumque cuspides collis illorum (am- » putandis) et habitationibus (diruendis) occupatæ erant.

42. » Tu es ille qui primus cum cuspidibus rem habet : post alium cum iis » rem habere respuis.

43. » Quum Indi duos enses præstantia pares fabricati sunt, at in manu tua » ensis æqualitatem tollit.

44. » Quod si Samus te videret, filiis suis diceret : Filium fratris mei, filiis » meis, vita opibusque redimo.

45. » Hic est terminus ad quem dominum dominus suus (Deus) adducat : nam » ei animus est, qui solummodo extremum cupit,

46. » Eumque advocat, ipso obediente, ad gloriam celsitudinemque, dum » homines animis excelsis adversantur ;

47. » Ipse vero super omnes homines ita sublatus est, ut, etsi generositas pro- » pius eum adducat, remotum eum videant. »

Pauca ad explicandos versus addere liceat. Metrum totius carminis est ‒ ∘ ‒ ∘ | ‒ ‒ ∘ | ‒ ‒ ‒ ∘ | ‒ ‒ ∘ . فعولن مفاعيلن فعولن مفاعلن repetitum. Pes ‒ ‒ ∘ فعولن interdum in ∘ ‒ ∘ فعول mutatur. Poëta, se alloquens, statum pristinum cum morbo gravissimo, quem in versu secundo describit, comparat. Versu tertio usque ad versum quintum dicit : Si obscure vitam degere volebam, cur mihi arma parata erant? Sed agendum viro est, ut in altiorem locum evehatur. A versu sexto usque ad undecimum se incitat, ut amorem Saif-Aldewlæ ex animo depellat. A versu duodecimo usque ad vice-simum-tertium, causam qua adductus Mizrum profectus sit, et qua ratione iter fecerit, dum equos suos describit, explicat. Versu vicesimo-quarto usque ad finem Cafurum laudat. V. 1, كفى بك idem est ac كفاك; nam præ-positio ب hic loci cum objecto, ut aliter cum subjecto, pleonastice dicta est.

V. 4, مُذَكِّى est *equus sexennis*, proprie *qui dentes omnes habet*, nam usque ad annum sextum dentes mutant. In hac vero ætate equi maximam molestiam tolerare possunt, eamque ob causam maxime æstimati sunt. V. 9, poëta dicit : Quum vir erga aliquem liberalitatem exercet, tum vero damno eundem afficit, sine utilitate opes erogat, neque laudem meret. His verbis Saif-Aldewlæ agendi ratio erga poëtam indicatur. V. 13, hic versus est, quod Arabum grammatici استثنا *exceptionem* appellant, scilicet versus præcedentis. Dicit : Talis creatus Fusthatum profectus sum, quia ibi mare est, quocum Cafurum comparat, dum reliquos rivulos appellat. Rivuli sunt Judæus gentis Tadmori, cui nomen Ebn-Malico erat, qui Damasci, ubi a Cafuro constitutus erat, frustra ab adveniente Motenabbio laudem petierat, et huic similes. Vox قافية est illa *ὁμοιόπτωσις*, quam poëtæ in fine versuum observant; tum *carmen ipsum* significat. V. 15, signis ungularum formam pectoris falconum tribuit. Sohrabus, quum equum postularet, ut talis esset voluit :

یکی اسپ باید مرا گام زن
سم او زفولاد خارا شکن

« Equus mihi comparandus est firmiter incedens,
» Cujus ungula chalybea lapidem durum frangit. »
(Conf. *Soohrab, a poem of Firdousee*, Calcutta, 1814, p. 167.)

V. 16, voce سود, *nigræ*, oculos indicat. V. 18, habenas cum viperis longis semper se moventibus comparat; verba vero فرسان الصباح idem sunt ac فرسان الغارة *equites incursus hostilis*, qui matutino tempore fieri solebat. V. 21, appellat Cafurum *pupillam oculi temporis sui*, ratione habita coloris nigri ejus; alios vero *albumen* et *angulos oculi* appellat. Arabes eodem modo medium oculi انسان العين, *hominem qui in medio oculi apparet*, nec non بنت العين appellant, ac Latini *pupilla* dicunt. V. 23, poëta dicit : Jam ante multum temporis (quod exprimit verbis *antequam natus essem*) te videre speravi. Voces الا نرجى sunt pro الا مرجين, est qualitas præcedentis ما سرينا, quæ in tempus aoristum mutata est حال صرفت الى الاستقبال. V. 24, عون المكارم proprie sunt *beneficia mediæ ætatis*, quibus illa, quæ post alios data sunt, designat, quibus opposita sunt عذارى, *virgines*, primo ante alios data. V. 27, pro meridie, quo homines siti cruciantur, dicit *quo aqua ipsa sitit*. V. 28, in hoc versu est lusus verborum. Cafuri cognomen erat ابو المسك *Abu-Almesc*, quod significat *pater musci*. V. 33, poëta in hoc versu blandiendi causa Cafurum a rebus interituris excipit. V. 34, vox ايام hic idem est ac وقايع *prælia*, ut quoque in Corano, id est, dies præliis noti, quibus temporis spatium definire solebant. Hæc vero prælia, certamine gravi, nobiles hostium, senes fecerunt. V. 36, dicit : Tu colorem nigrum induisti, quum dies pugnæ vehementer amares, ut tibi aër purus (die quo non pugnatur, pulvis non excitatur) impurus videretur. V. 39,

vox ورد *ad aquam descendere* significat, أورد *aquatum ducere*. Arabum poëtæ hastas *sitientes* appellant, quæ, die pugnæ, ad sitim sanguine extinguendam in pugnam ducuntur. V. 40, Cafurus omnes populos vicit, ita ut agminibus suis homines, quos vincant, quærendi sint. Ad hos per deserta, quia longe remoti et ignoti sunt, perveniunt. Poëta voce عمارة, quæ proprie *familiam haud numerosam* significat, usus esse videtur, ut indicet, non magnos populos et notos, sed solummodo parvos, longe remotos ignotosque, qui vincantur a Cafuri agminibus, superesse. V. 42, et id est indicium summæ fortitudinis, quod Cafurus ab aliis jam debellatos populos vincere repudiat. Hic lanceæ invictæ, ut arces non expugnatæ, cum virginibus comparatæ sunt. V. 44, Sem Noæ filius est, Arabum proavus; ab Hamo Nigri originem traxerunt. Dicit poëta: Quum proavus noster *Sem* talem virum te conspiceret, diceret amore tui incensus: *Pro filio fratris mei Hami, vos cum vita mea opibusque cedo.* V. 45, voce أستاذ utitur, quæ apud Ægyptios Wesirum notat: nam, quum hoc carmen poëta recitaret, imperii rebus nondum potitus, pro Alachschidsi filio regnum administrabat. V. 46, vox عالم, *mundus*, et homines significat. Eodem modo quam apud Franco-Gallos *beaucoup de monde*, apud Arabes عالم كثير usitatum est. Mense Schawwali anni 349, ultimum in laudem Cafuri carmen cecinit: post illud enim tempus, ejus præsentiam timens, ad Adhad-Aldewlam ben-Buja profectus est.

(217) Codex P. B. *fol. 266, v.*, ex libro inscripto *Tarich-Alfi* narrat, initio Saif-Aldewlam Wasethi præfecturam gessisse, et, quum Turcæ illud oppidum in potestatem redegissent, inde profectum in finibus Syriæ vixisse.

(218) Nemo non videt, Saif-Aldewlam, quum tale responsum ab interrogato tulisset, vocem *Ibram* non verum hujus vici nomen esse, sed fictum ab Abu-Alfataho, ut Saif-Aldewlæ sæpius interroganti, tædio se affici interrogando indicaret, putasse, nam vox ابرام, a radice برم, *tædio afficere* significat.

(219) Causam, cur Ahmedi munus primo ademtum, tum redditum esset, noster, *fol. 34 r.* narravit: وولى سيف الدولة بعد قتل أبى حصين احمد بن محمد بن ماثل قضا حلب وكان قد عزله بابى حصين حين ملك وذلك انه لما قدم حلب خرج للقايه ابو طاهر بن ماثل فرحّل له اهل حلب ولم يرحّل القاضى (لاحد deletum) فاغاظ سيف الدولة وعزله ثم قدم سيف الدولة من بعض غزاوته فرحّل له ابن ماثل مع الناس فقال له ما الذى منعك اولا وحملك ثانيا فقال له تلك المرة لقيتك وانا قاضى المسلمين وهذه الدفعة لقيتك وانا احد رعاياك فاستحسن منه ذلك فلما قتل ابو حصين اعاده الى القضا وولى سيف الدولة ايضا قضا حلب ابا جعفر احمد بن اسحق بن محمد بن يزيد الحلبى المعروف بالجرد وكان حنفى المذهب

« Saif-Aldewla, post occisum Abu-Hazinum, Ahmedem ben-Muhammed ben-Matsil judicis munere in oppido Halebo ornavit, cui munus, in ejus locum Abu-Hazinum substituens, quum imperio potiretur, ademerat. Causa erat: Quum Saif-Aldewla Halebum veniret, Abu-Thaherus quidem ei obviam ivit; nec vero equo vectus cum aliis in ejus occursum profectus est; quam rem ille ægerrime ferens, eum munere privavit. Postea quum Ebn-Matsilus Saif-Aldewlæ, ex quadam expeditione bellica redeunti, cum hominibus equo obviam profectus esset, ille dixit: « Quid primum, quominus hoc faceres, te impedivit; tum vero, ut faceres, te impulit! » Dixit (Ebn-Matsilus): « Tunc temporis tibi obviam ivi, et ego eram judex Muhammedanorum; nunc vero tibi obviam veni, et ego sum e numero subditorum tuorum. » Quæ verba Saif-Aldewlæ placuere, ut, Abu-Hazino occiso, eum in pristinum locum restitueret. Præfecit quoque judicis muneri in oppido Halebo Abu-Djahfarum Ahmedem ben-Ishak ben-Muhammed ben-Jasid, Halebensem, nomine Alhord notum, Hanefitam. »

(220) Voces ترك et درك simili exitu efferuntur; et fieri potest, ut nobis ignotum proverbium sit.

Pauca de viro addere liceat. Nescio quomodo nomen ابوحصين efferendum sit, num, ut in codice nostro scribitur, Abu-Hazin, an, ut in codice n.° 733, in adnotatione 214 a nobis citato, pluribus locis scriptum est, ابوحُصَيْن [pater arcis parvæ], quod cognomen vulpis est. In codice citato inter poëtas locus ei conceditur; eundemque magna in amicitia cum Abu-Feraso (vid. adnot. 214) fuisse, ex versibus, qui in codice citato leguntur, manifestum est. Quum ad Abu-Ferasum, hunc cum Saif-Aldewla mane postridie iter ingressurum esse, fama perlata esset, Abu-Hazino hunc versum misit:

يا طول شوقى ان كان الرحيل غدا   لا فرق الله فيما بيننا ابدا

« Vir diu a me dilecte, quod si mane iter ingrediaris, ne Deus nostram
» amicitiam in æternum disrumpere velit! »

Abu-Hazinus, carmine eodem metro composito, quod his versibus incipit, respondit:

الحمد لله حمدا دايما ابدا   اعطانى الدهر ما لم يعطه احدا
ان كان ما قيل من سير الركاب غدا   حقا فانى ارى وشك الحمام غدا

« Laus sit Deo perpetua, sempiterna! fortuna mihi dedit, quod nulli con-
» cessit;

» Si, ut sermo est, mane cum principe proficiscar, profecto! mane video
» mortem celeriter appropinquare. »

Auctor noster, cladem narrans, qua Saif-Aldewla in expeditione *Maghara-Alcohl* dicta, quam anno 348 vel 349 suscepit, a nobis supra in adnotatione 214 memorata, afficiebatur, Abu-Hazini in ea occisi ejusque injustitiæ mentionem fecit, dicens: واسر على بن منقذ بن نصر الكنانى فلم يوجد له خبر واسر مطر بن البلدى وقاضى حلب ابو حصين الرقى وقتلا وقيل ان ابا حصين قتل فى المعركة فداسه سيف الدولة بحصانه وقال لا

رضى الله عنك فانك كنت تفتح لى ابواب الظلم » Captivi facti sunt Ahlius ben-Munkids ben-Nazr Alcenani, de quo nuncium non acceperunt, Mathrus ben-Albaldi et judex Halebi Abu-Hazinus Alrakki, uterque ab hoste trucidatus. Sunt qui Abu-Hazinum in prælii campo occisum esse, et Saif-Aldewlam equi pedibus eum conculcantem dixisse, « Ne Deus tui misereatur, nam tu injustitiæ portas mihi aperiebas », narrent. Nostrum tamen Alserius Mosulensis his versibus laudavit:

لقد اضحت خلال ابى حصين حصونا فى الملمات الصعاب

كسانى ظَل وابله وآوى غرايبَ منطقى بعد اغتراب

وكنت كروضة سقيت سحابا فاثنت بالنسيم على السحاب

« Profecto apparuere virtutes Abu-Hazini arces in calamitatibus gravibus!
» Operuit me ros imbris ejus, et peregrinantem rationem meam post peregri-
» nationem in sede quieta collocavit.
» Ipse horto a nubibus rigato, qui per zephyrum nubes laude celebrat, similis
» factus sum. »

(221) *Vid.* Abulpharag. *pag. 308* et Elmac. *pag. 215*.

(222) Sojuthius in Lexico geogr. dicit: الصفصاف بالفتح والتكرير وهو شجر الخلاف كورة من ثغور المصيصة « Vox *Alzafzaf* salicem significat, et nomi confiniorum Mazizæ nomen est. » Zamachscharius habet: « *Alzafzaf* arx est. » Hæc arx ab Alraschido anno 181 expugnata est (cod. A. 774, *fol. 60;* Abulphed. *tom II, pag. 76*). Loci, quem Reiskius doct. in notis ad locum cit. سكود vel سكوت appellat, mentionem aut a Sojuthio aut a Jakuto factam non inveni. Nomus ab arce nomen traxisse videtur.

(223) Idem Sojuthius dicit: عرنسوس بالفتح ثم السكون وتكرير السين المهملة بلد من الثغور قرب المصيصة « Ahrnesus est nomen oppidi provinciæ confiniorum prope Mazizam. »

(224) Damascus urbs et nomen *Chullak*, præcipue apud poëtas, habet *(vid.* Vitam Timuri, edit. Mang. *tom. II, pag. 2).* De hac urbe vide Golium cl. ad Alfarg. *pag. 128 sqq.* Hujus loci vero amplissimam descriptionem in libro inscripto *Ohjun-Altawarich* [fontes historiarum], auctore Ebn-Schakerio Aldimaschki, ad annum 96 invenis. Auctor de urbis conditoribus, portis, locis in urbe, viis, cœnobiis, pontibus, fluviis, templis et ecclesiis, locis amœnis, &c. disserit, nec non multa in ejus laudem carmina composita citat. Est tertia totius operis pars (cod. A. 638).

(225) Vox مطارد non omnino clara. Pluralis esse videtur ab مِطْرَدٌ *hasta brevis;* hac voce nostro loco milites indicari videntur, qui talibus hastis uterentur et semper in comitatu principis essent. Quæ nostra opinio probari videtur loco nostro et altero, qui ad annum 330 occurrit. Loco enim nostro Alachschidsus in prima acie has copias disposuisse videtur, ut Saif-Aldewlæ, principem ibi esse, opinionem adferret; altero vero loco, Wesirum suum, Ahlium ben-Chalf, quem

cum majore copiarum parte, hastis levibus ornatuque instructa, equitantem conspexisset, ut principis comitatum dignitatemque sibi arrogasse videretur, Alachschidsum in carcerem duxisse, auctor noster narrat.

(226) Voci المستوفى in lexicis significatio, quæ loco nostro conveniat, non tribuitur. Telum quoddam esse nostro loco clarum est; quale esset dubitavimus. Quum de vocis significatione opinionem nostram cum viro doctissimo et in codicibus versatissimo *Et. Quatremère* communicaremus, hic ex codice Arabico n.° 271, auctore Abu-Almahaseno, nobis locum indicavit, ubi auctor vocem explicat. Verba auctoris sunt الات يقال لها المستوفيات وهى عمد حديد طول ذراعين مربعة الشكل لها مقابض مدورة « Instrumenta bellica, quæ المستوفيات appellant. Ea sunt columnæ ferreæ, duorum cubitorum longitudine, forma quadrata, quibus capuli rotundi. » Observare nobis liceat, vocem مستوفى et hominem qui munus الاستيفا nominatum administrat, non solum in Persica lingua, ut Menioskius in Lexico suo dicit, sed et in Arabico significare. Vox مستوفى الديوان autem idem est ac Turcicum دفتردار ديوان, nostrum *Finanz-Minister*. Locus in margine codicis nostri *fol. 235 r.* addendus esse videtur. Verba sunt: وقام بعده بكتابة الانشا والاسرار شرف الدين ابو منصور بن الحصين وشمس الدين بن ابى يعلى كان مستوفى الدواوين فلما مات ابو منصور بن الحصين اشتغل بالوزارة واضيف اليه ديوان الانشا مع الاستيفا « Post eum (Wesirum mortuum Nithsam-Aldinum Muhammedem ben-Alhusain) in scribendis epistolis et secretis Scharaf-Aldinus Abu-Manzurus ben-Alhazin occupatus erat (erat secretorum arbiter), et Schems-Aldinus ben-Abi-Jahli erat Mustaufi Diwanorum. Mortuo vero Abu-Manzuro ben-Alhazin, hic Wesiratum obtinuit et simul Diwani componendi cum Diwano pecuniarum civitatis curam habuit. » Ex loco citato, hæc munera cum Wesiri munere interdum conjuncta fuisse, colligi potest.

(227) انوجور. Ita noster pluribus locis scribit; alii ابوجور vel alio modo. Hæc vox voce Arabica محمود *laude dignus*, *laudatus*, explicatur (conf. Abulphed. *tom. II*, *pag. 443*): sed nescio, qua ratione inductus Reiskius vir doct. vocem originis Turcicæ esse addiderit; in nullo enim codice ubi vox explicatur, hoc legi. Locum ex codice A. 660 addere placet. Imperio Abu-Djuri Damasci confirmato, hic, socio Cafuro, Mizrum tendit, et initio mensis Zafari cum copiis suis urbem intrat. Quum ibi aliquod temporis spatium transegisset, contra Saif-Aldewlam cum patruo Alhasano ben-Thoghdj et Cafuro Wesiro in Syriam profectus est. Saif-Aldewla, Damasco profectus, versus provincias Ægyptiacas iter direxit, donec, Ramlam perveniens, cum Ægyptiis confligeret. Ibi atrociter pugnato, Saif-Aldewla in fugam conjectus, copiis Ægyptiacis eum persequentibus, Halebum et inde Raccam contendit. Dixit Almasihi: Inter Saif-Aldewlam et Abu-Almuthsaffarum Hasanum ben-Alhasan plura prælia commissa sunt, quibus Alachschidsi filius victoria potitus est. Dixit (Almasuhdi hujus Alhasani, quum Abu-Djurus impuber esset, mentionem fecit): Prælium in Alladjdjuno commissum est. Saif-Aldewla fugatus et gravi clade afflictus, Damascum profectus est: sed oppidum, in quo mater erat, metu retentus, non intravit; in

campis castra posuit et omnia sua ex urbe adduci jussit. Re peracta, in via Nadjaræ (fortasse Bocharæ; nescio quis locus indicetur) Emessam contendit, dum frater Alachschidsi et Cafurus Damascum iter dirigunt. Pax inter utramque partem conditione, ut Saif-Aldewla in possessiones Halebi aliasque rediret, composita est. Janisum, qui, fugam capiens, Saif-Aldewlæ, securitate promissa, Damascum tradiderat, Abu-Djurus eidem præponit et cum Cafuro in Ægyptum redit.

(228) Codex A. 660 ad ann. 334 habet: Quum Abu-Djurus in Syria esset, Ghalbunus, Rifi [regionis maritimæ] præfectus, in Ægypto cum turba rebellionem facit, urbem Mizrum in potestatem redigit et diripit. Adveniente Abu-Djuro, Ghalbunus ex urbe fugit, et ab Abu-Almuthsaffaro Alhasano ben-Thoghdj Alachschidsi fratre persequente vincitur et occiditur.

(229) De voce عقيبِقى vide Reiskium ad Abulphed. *tom. II, pag. 765.*

(230) Codex Lexici geogr. auctore Sojuthio habet: اللجون بفتح اوله وضم ثانيه وتشديده وسكون الواو واخره نون بلد بالاردن بينه وبين طبرية عشرون ميلا فيه صخرة مدورة فى وسط المدينة عليها قبة زعموا انها مسجد ابراهيم عليه السلام وتحت الصخرة عين غزيرة الما دخلها حين خرج الى مصر وكانت المدينة قليلة الما فشكوا ذلك اليه فضرب بعصاه هذه الصخرة فاتسعوا بذلك فقرام ورساتيقهم تسقى بذلك الما واللجون موضع ايضا فى طريق مكة من الشام قرب تيما وسماه الراعى فى شعره واللجون مرج طوله ستة اميال كثير الوحل صيفا وشتا « *Alladjdjun* est oppidum ad Jordanem, quod a Tiberiade viginti milliaria distat. In hujus oppidi medio, rupes super qua sacellum est, quod Moscheam (ut ita dicam) Abrahami, cui Deus faveat, esse contendunt. Sub rupe fons abundanter manans est. Quum Abrahamus exiens in Ægyptum oppidum intraret, non multa aqua gaudebat, qua de re incolæ cum eo questi sunt. Ille (precibus commotus) rupem baculo suo verberavit. Ob hanc causam pauperes incolarum in meliorem statum redacti sunt et pagi eorum hac aqua fruuntur. *Alladjdjun* et locus prope Taimam, in via qua ex Syria Meccam tendunt, est, cujus Alrahi in carmine suo mentionem fecit; nec non campus in longitudinem sex milliariorum patens, ubi æstate hiemeque multum cœni est. »

(231) In Sojuthii codice geogr. scriptum est: عذرا بالفتح ثم السكون والمد قرية بغوطة دمشق معروفة واليها ينسب مرج عذرا اذا انحدرت من ثنية العقاب رايتها وبمسجدها نخلة « *Ahdsra* est vicus in valle Ghutha Damasci, a quo campus *Ahdsra* nomen accepit. Quum a Tsanijja Alohkab declinas, eum vides; apud ejus templum palma est. »

(231 *bis.*) Modus loquendi الى القبلة *versus Kiblam*, id est versus Austrum, aliter haud usitatissimus, in duobus aliis locis *(fol. 133 v. et 163 r.)* occurrit. Apud Abu-Almahasenum eundem loquendi modum invenimus, ubi iter ex Syria in Ægyptum significat.

(232) *Sadjitici* a Josepho ben-Abi-Alsadj (conf. Abulphar. *pag. 294*) nomen

acceperunt. Loco citato اصحاب ابى الساج *socii Abu-Alsadj* appellantur, ut hujus viri satellites fuisse videantur. Multa eorum fit mentio in codice A. Th., ubi de captis Bulaiko et Muniso agitur. Erant Muniso deditissimi; et quum hic anno 320 Mosulam proficisceretur, octingenti eorum eum secuti sunt. Eodem codice probatur, eos equites fuisse. Quum vero postea Alkahirus eorum auxilio contra Bulaikum (cubicularium) et Munisum præcipue usus sit, idemque *Sadjitici* in codice citato una cum *Hedjritici* [الحجرية] nominentur, equites servitio principis, in quod primum vel socii Ebn-Abi-Alsadji adhibiti sint, vel quorum usum chalifæ primum a Josepho ben-Abi-Alsadj didicerint, tum vero et alii principes imitati sint, præcipue destinati fuisse videntur.

(233) Codex geogr. Sojuthii habet: سرمين بالفتح ثم السكون وكسر ميمه واخره نون بليدة مشهورة من اعمال حلب اهلها اسماعيلية « *Sarmin* oppidulum notum ditionis Halebi est, cujus incolæ Ismaëlitæ sunt. »

(234) Apud Sojuthium in codice citato legis: ذاذيخ بذالين معجمتين وبا معجمة باثنتين من تحت اخره خا معجمة قرية من اعمال حلب قرب سرمين « *Dsadsich* est vicus ditionis Halebi prope Sarminum situs. »

(235) Ex nostro lux Elmacino, *pag. 214*, oritur. In textu lacuna, quam editor, multum quidem a vero aberrans, in versione latina explevit.

(236) Noster in *fol. 36 r.* nonnulla a nobis haud negligenda adfert. Quum de Halebo, a Græcis, die Martis, octavo ante finem Dsu-Alkahdæ anni 351, occupato, loquitur, dicit: واقام نقفور بحلب ثمانية ايام ينهب ويقتل ويسبى باطنا وظاهرا وقيل انه اخرب القصر الذى انشاه سيف الدولة بالحلبة وتناهى فى حسنه وعمل له اسوارا واجرى نهر قويق فيه من تحت الحناقية (ا. الحُنَّاقية) يمر من الموضع المعروف بالسقايات حتى يدخل فى القصر من جانب ويخرج من اخر فيصب فى المكان المعروف بالغيض وبنى حوله اصطبلا ومساكن لحاشيته فقيل ان ملك الروم وجد فيه لسيف الدولة ثلثماية وتسعين بدرة دراهم ووجد له الفا واربع ماية بغل فاخذها و وجد له من خزاين السلاح ما لا يحصى كثرة فقبض جميعها واحرق الدار فلم تعمر بعد ذلك واثارها الى اليوم ظاهرة « Nicephorus Halebi per octo dierum spatium commoratus est, diripiens, cædem edens et captivos faciens occulte et palam. Eum palatium, quod Saif-Aldewla in Alhalaba exstruxerat, diruisse ferunt. Saif-Aldewla in palatio exornando omnem curam posuerat, palatium muris cinxerat, et fluvii Kuwaik, sub *Alhunnakijjam* (est nomen proprium loci ad portam Halebi: iterum occurris *fol. 99 v.* et in versibus *fol. 100 r.* nec non *fol. 202 v.*) præterfluentis, cursum in idem direxerat, ut a loco *Alsekajat* appellato proflueret, donec ab altero latere palatium intraret, ab altero exiret. In loco *Alghaidh* nominato se effundit. Stabula quoque

circa palatium ædificavit, domosque famulis suis. Græcorum rex in eo 390 badras dirhemorum (badra est decies mille), quæ Saif-Aldewlæ erant, 1400 mulos et innumerabilem armorum copiam, invenisse fertur. Omnes res cepit, et palatium combussit. Post illud tempus, palatium iterum exstructum non est; sed ejus vestigia ad nostra pervenere tempora. » Ex his verbis, palatium ad latus occidentale oppidi fuisse, quippe fluvius Kuwaik hoc oppidi latus præterfluat, colligi potest; quæ nostra opinio, loco altero apud nostrum *fol. 150 v.* occurrente, probatur. Quum nempe die Lunæ, vicesimo-sexto mensis Schahbani anni 518, Balduinus, Francorum dux, Halebum oppugnaturus adveniret, in latere occidentali oppidi, in Alhalaba castra posuit: فنزل بغدوين مقدم الفرنج من الجانب الغربى من حلب فى الحلبة Tertius locus apud nostrum *fol. 54 r.* legitur, quo situs Alhalabæ paulo melius indicatur. Auctor dicit : وسير مرتضى الدولة الى صالح بن مرداس وهو فى الحبس والزمه باطلاق زوجته طرود وكانت من اجمل اهل عصرها فطلقها وتزوجها منصور وهى ام عطيه بن صالح واليها ينسب مشهود طرود خارج باب الجنان فى طرف الحلبه وبه دفن ابنها « Murtadhi-Aldewla ad Zalehum ben-Murdas carcere inclusum misit, et ab eo exegit, ut uxorem suam Tharud, quæ inter pulcherrimas temporis feminas habenda erat, repudiaret. Quod quum ille fecisset, Manzurus eam in matrimonium duxit. Est mater Ahthijjæ ben-Zaleh, eique locus Maschhud-Tharud extra portam Aldjenan in extrema Alhalaba, ubi ejus filius sepultus est, tribuitur. » De situ hujus portæ *vid.* adnot. 187. Nomen Alhalabah et magnus locus in oriente Bagdadi prope Bab-Alasdj (est locus) situs habet.

ADDENDA.

(Adn. 13) Vox الدرب pluribus locis communis est; sed absolute dicta regionem inter Tharsum ditionesque Græcorum significat, ut Sojuthius dicit, quoniam illa angusta est, sicut via [الدرب]. Inde sequitur, significationem a nobis voci مدربة tributam, rectam esse. Inter hanc et vocem صايفة solummodo discrimen est, quod vox prior de omnibus expeditionibus contra Græcos susceptis, altera vero de expeditionibus æstate susceptis, ut primis Islamismi temporibus moris erat, usitata est.

(Adn. 16) Masuhdius (libro quem citamus, titulus est مروج الذهب ومعادن الجوهر *Prata auri et Fodinæ gemmarum*) refert : Hoc ex provincia revocato, Ahmmarum ben-Jasid confiniis, Ohtsmanum ben-Hanif tributis, Ahbd-Allahum ben-Masuhd thesauro publico præfecit. Ahmmaro, ut homines Coranum doceret et in religione instrueret, mandatum dedit, et pro singulorum dierum stipendio ovem iis assignavit, ita ut Ahmmari dimidium cum partibus decidentibus [السواقط, Germ. *Abfall*], dimidium alterum vero Ahbd-Allahi ben-Masud et Ohtsmani ben-Hanif esset.

(Adn. 29.) Masuhdius quoque auctorum dissensionem in numero occisorum et militum qui pugnæ aderant, non præterivit. Dicit, secundum quosdam, in spatio centum decemque dierum, quo ibi pugnatum esset, ex utroque exercitu centum et decem millia hominum vitam perdidisse, ita ut ex Syris nonaginta millia, ex Iracensibus viginti millia ciciderint; secundum alios vero, septua-

ginta millia animam exspirasse, ex Syris nempe quadraginta et quinque millia, ex Iracæ populo viginti et quinque millia. Numerum occisorum vero, observat, solummodo summatim definiri posse, quum alii ignoti occisi sint, alii aqua submersi, alii in deserto vita privati et ab animalibus rapacibus devorati, ut occisi numero accurate comprehendi non potuerint. Quum vero, idem loquitur, ii qui ex Syris ad Ziffinum pugnaverint, numero centum et quinquaginta millia fuissent, non potuisse non solum Syrorum exercitum plus quam trecenta millia continere, quum et pugnatorum pauperrimus quisque unum, qui ipsi ministraret, secum habuerit, dum alii, quinque, decem vel plures secum duxerint. Ex Iracensibus centum et viginti millia pugnatorum, exceptis iis qui exercitum secuti essent, fuisse.

(Adn. 32.) Masuhdius dicit : Anno 38, arbitri in terra Baikæ, quæ ad Damasci provinciam pertinet, ut alii contendunt, in loco Dumat-Aldjandel, qui a Damasco decem milliaria distat, convenere.

(Adn. 33.) Masuhdius dicit, Moahwijjam Hierosolymis mense Djumadæ anni 41 chalifam salutatum esse.

(Adn. 33 *bis*.) Masuhdius refert, Moahwijjam mense Redjebi anni 41, quum octoginta annos natus esset, occisum, et ad portam Alzaghir Damasci sepultum esse; domum super ejus sepulcro exstructam, diebus Lunæ et Jovis, apertam fuisse, dum multi ad ejus sepulcrum iter sacrum fecerint.

(Adn. 54 et 55.) Fluvii nomen et scribi الزابي Dual. الزابيان Plur. الزوابي Jakutus observat. Quintus ejusdem nominis fluvius magnus in Africa in terra Barbarorum exsistit. Nomen *Sab* derivatum esse a *Sabo*, nomine cujusdam regis Persarum, qui primus hos fluvios fodendos curaverit, idem contendit. Masuhdius non Sabum majorem, sed minorem, الزاب الصغير nominat. Ahbd-Allahus ben-Ahli cum exercitu populi Chorasanensis, secundo mensis Djumadæ posterioris anni 132, advenit. Merwanus a Sabo fluvio, die Sabbati, undecimo ejusdem mensis, castra movit. Quum Mosulæ populus ab oppidi introitu eum impediret, Harranum, ubi sedem habebat, aufugit. Ahbd-Allahus, quum Harranum pervenisset, palatium Merwani, in quo exstruendo 10,000,000 dirhemos erogaverat, destruxit, omnibusque ejus opibus potitus est. Quum Ahbd-Allahus ben-Ahli Damascum perveniret, ibi Alwalidus ben-Moahwijjah ben-Ahbd-Almalic cum quinquaginta millibus militum erat, inter quos tumultus exortus est, quum Jemanenses, se Nasaritis meliores esse, gloriarentur, hi autem illis cedere nollent. Merwanus nocte diei Solis, tertii mensis Dsu-Alhedjæ, occisus est.

(Adn. 59.) Merwanum occisum esse initio anni 132; secundum nonnullos, mense Muharremi; secundum alios, mense Zafari; alios vero aliud narrare, refert Masuhdius : addit vero وكان مقتله ببوصير الفيوم من صعيد مصر « Occisus est Buziri Fajjumi, quæ ad superiorem Ægyptum pertinet. » Sed in hoc Masuhdius cum majore scriptorum parte non consentit, qui eum Buziri Curides occisum esse referunt. Buzirum provinciæ Fajjumi est appellatum *Buzirum Dafanu*. Historici Orientales vero nomina hæc, similitudine seducti, interdum non bene distinxisse videntur. Conf. præt. viri doct Ét. Quatremere librum : Mémoires sur l'Égypte, *tom. I*, *pag. 110 et sqq.* Et de regni spatio et de ætate Merwani magna est inter auctores dissensio.

(Adn. 71.) Ahbd-Allahus ben-Ahli per novem annorum spatium jussu Al-

manzuri carcere inclusus erat. Quum anno 149 Manzurus iter sacrum suscipere in animo haberet, eum a se ad Ihsam ben-Musa transferri jussit, cui, ut clam eum interimeret, mandavit. Ihsa ben-Musa, quid faciendum esset, Ebu-Schebremam consulens, quum hic, ne rem perageret, consilium dedisset, illum occidere noluit; sed Almanzuro ejus cædem simulavit et rem vulgavit. Gens Ahlii, ad quam rei fama perlata erat, Ihsam ben-Musa, quæ res esset, interrogavit, et hoc, se eum occidisse, respondente, ad Abu-Djahfarum rediens, huic exposuit Ihsæ verba. Abu-Djahfarus, ob hanc rem iram contra Ihsam manifestans, dixit: Patruum meum occidit, per Deum! eum occidam. Re vera autem Manzurus cædem in Ahbd-Allahum ab Ihsa factam haud ægre ferebat, ut hoc prætextu, utriusque metu liberatus, Ihsam neci daret. Manzurus Ihsæ advocato dixit : Tu patruum meum occidisti! Dixit Ihsa : Tu ejus trucidandi mandatum mihi dedisti. Dixit : Rem tibi non mandavi. Respondit Ihsa : Hæc est epistola tua, hac de re mihi scripta. Dixit alter : Eam non scripsi. Quum vero Manzuri studium videret, de vita timens, dixit : Ille apud me est, eum non occidi. Dixit tum Manzurus : Mitte eum ad Abu-Alascharum Almuhallebum Ebn-Abi-Ihsa. Apud hunc semper vinctus permansit, donec Manzurus eum occidi jussit. Abu-Alascharus quum ad eum intraret, apud ipsum puellam, quam habebat, invenit. Primum Ahbd-Allahum strangulavit, tum puellam occidi jussit; utriusque vero corpora ita in lecto disposuit, ut mutuo amplexu circumfundi viderentur. Re peracta, domum dirui jussit, et judicem Ebn-Tsalamum aliosque advocavit, ut occisorum statum inspicerent. Ahbd-Allahus in cœmeterio Abu-Sowaidi ad portam Syriæ, Bagdado ab occidente sito, sepultus est.

(Adn. 84.) Observandum est, in pluribus locis ubi voces فى عنقى vel فى رقبتى legantur, quæ initio adnotationis diximus, adplicari non posse. Exempli gratia, in vocibus كل فى رقبتى, *ede in collo meo*, verba فى رقبتى alium sensum præbere non videntur, quam *ede et torques vel beneficium collo meo impositum est ;* id est, si cibum sumseris, gratum mihi erit, ut rem beneficii loco habeam.

(Adn. 113.) Reiskius cl. nomen Badendun loco et fluvio commune fuisse putavit; Masuhdius autem, Mamunum, quum, quindecim arcibus expugnatis, ab expeditione rediisset, ad fontem Badenduni, qui fons nomine Alkoschaira notus sit, castra collocasse, refert. Hunc locum Mirchondus ex Masuhdio excerpsit. (Conf. Wilken cl. Chrestom. Pers. *pag. 114.*)

(Adn. 114.) Masuhdius refert, Almohtazimum Constantinopolin expugnare in animo habuisse, et rebellionem Alahbbasi, qui et ad imperatorem Græcorum litteras dederit, quominus hoc faceret, eum impedivisse. Idem causam iræ in Alafschinum excitatæ tradit, dicens : Anno 225, Almasjarus Ebn-Masen ben-Bendar Hormus, princeps montium Thabaristanæ, Samiram ductus contra Alafschinum edixit, eum ad rebellionem ipsum incitasse, ob doctrinam, in qua se conjunxissent, religionemque ad dualismum et magismum (ut ita dicam) pertinentem, in qua consensissent. Alafschinus diem, antequam Almasjarus Samiram duceretur, in vincula conjectus est. Scriba, cui nomen Saburus, rem confirmavit. Masjarus in urbe circumductus, et donec exspiraret flagellatus, a latere Babeci cruci affixus est.

(Adn. 121.) Metaphora, quæ in verbis *ex umbilico vallis* est, et in Vita Timuri, *t. II*, *pag. 642*, occurrit.

(Adn. 127.) Masuhdius, ut alii codices, anno 248 eum plus quam nonaginta annos natum, nulloque prælio vulneratum, succedente in locum Musa ben-Bugha, diem obiisse, narrat.

(Adn. 130.) Anno 253, Ihsa ben-Alschaich Alschaibani ex Ægypto cum magnis pecuniis et septuaginta-sex viris ex filiis Abu-Thalebi, nempe filiis Ahlii, Djahfari et Ohkaili, qui, metuentes bellum intestinum, ex Hedjaso in Ægyptum fugam ceperant, Samiram pervenit. Ihsa ben-Alschaich tum Palæstinæ præfectus creatus est (Masuhdius).

(Adn. 134.) Quum adnotationes libelli nostri typis exscriberentur, codex 1392 Bibliothecæ regiæ, qui diwanum Bohtarii ordine litterarum finalium collectum continet, in manus nostras incidit. Ex quo quum carmen, cujus versus in poetæ Vita citatus est, adderemus, fore, ut viri docti haud ægre id ferant, speravimus. Textum ex hoc codice, qui vetustissimus anno 610 Mosulæ scriptus est, exscripsimus. Quæ a nobis mutata sunt, vel aliter leguntur in altero codice, videas in fine carminis.

اخفي هوى لك في الضلوع واظهر	والام في كمد عليك واعذر
واراك خنت على النوى من لم يخن	عهد الهوى وهجرت من لا يهجر
وطلبت منك مودة لم اعطها	المعنّى طالب لا يظفر
هل دين علوة يستطاع فيقتضى	ام ظلم علوة يستفيق فيقصر
بيضاء يعطيك القضيب قوامها	ويريك عينيها الغزال الاحور
تمشي فتحكم في القلوب بدلها	وتميس في ظل الشباب فتخطر
وتلين من لين الصبى فيقيمها	قد يونث تارة ويذكر
اني وان جانبت بعض بطالتي	وتوهم الواشون اني مقصر
ليشوقني سحر العيون المجتلى	ويروقني ورد الخدود الاحمر
الله مكن للخليفة جعفر	ملكا يحسنه الخليفة جعفر
نعمى من الله اصطفاه بفضلها	والله يرزق من يشاء ويقدر
فاسلم امير المومنين ولا تزل	تعطى الزيادة في البقا وتشكر
عمت فواضلك البرية فالتقى	فيها المقل على الغنى والمكثر
بالبر صمت وانت افضل صائم	وبسنة الله الرضية تفطر
فانعم بيوم الفطر عينا انه	يوم اغر من الزمان مشهر
اظهرت عز الملك فيه بجحفل	لجب يحاط الدين فيه وينصر
خلنا الجبال تسير فيه وقد غدت	عددا يسير بها العديد الاكثر
فالخيل تصهل والفوارس تدّعي	والبيض تلمع والاسنة تزهر
والارض خاشعة تميد بثقلها	والجو معتكر الجوانب اغبر
والشمس مائعة توقد في الضحى	طورا ويطفيها العجاج الاكدر

حتى طلعت بضو وجهك فانجلى   ذاك الدجى وانجاب ذاك العثير
وافتن فيك الناظرون فاصبع   يومى اليك بها وعين تنظر
يجدون رويتك التى فازوا بها   من انعم الله التى لا تكفر
ذكروا بطلعتك النبى فهللوا   لما طلعت من الصفوف وكبروا
حتى انتهيت الى المصلى لابسا   نور الهدى يبدوا عليك ويظهر
ومشيت مشية خاشع متواضع   لله لا تزهى ولا تتكبر
فَلَوِ انّ مشتاقا تكلف غيرما   فى وسعه لمشى اليك المنبر
ايدت من فضل الخطاب بخطبة   تنبى عن الحق المنير وتخبر
ووقفت فى بزد النبى مذكرا   بالله تنذر تارة وتبشر
صلوا وراك اخذين بعصمة   من ربهم وبذمة لا تخفر
ومواعظٍ شفت الصدور من الذى   يعتادها وشفآوها متعذر
حتى لقد علم الجهول واخلصت   نفس المروّى واهتدى المتحير
فاسعد بمغفرة الاله فلم يزل   يهب الذنوب لمن يشا ويغفر
الله اعطاك المحبة فى الورى   وحباك بالفضل الذى لا ينكر
ولانت املا للعيون الديهم   واجل قدرا فى الصدور واكبر

« Amorem erga te in corde abscondo eundemque manifesto, et modo ob mœrorem propter te reprehendor, modo excusatus habeor;

» Et video te remotam decipere eum qui non violavit fœdus amoris, et fugere eum qui non dignus est qui fugiatur;

» Et petivi a te amorem, cujus particeps non factus sum: nam ignobilis (admissarius) quærens est; sed non admittitur.

» Num debitum Ahlwæ agnoscitur, ut exigatur, vel injuria ab Ahlwa illata corrigitur, ut omnimodo abrumpatur!

» Candida est: ramus tener tibi dat ejus staturam, et hinnulus oculis pulchris præditus tibi ostendit ejus oculos.

» Incedit, et gracili incessu in cordibus regnat, et jactanter incedit in umbra adolescentiæ motitatque membra.

» Mollis est mollitie adolescentiæ; sed statura utitur, quæ modo viri, modo feminæ habetur.

» Et si a strenuitate mea paulummodo decesserim; at delatores ab officio me defecisse putant.

» Profecto! haud obtectum oculorum fascinum amore me implevit, et rosa genarum rubra admiratione me affecit.

» Deus, stabili Djahfaro chalifæ regnum, quod chalifa Djahfarus ornat!

» Deus insigni gratia eum elegit, et Deus beneficia confert, in quem vult et decernit.

» Salvus sis, o princeps fidelium! ut tibi semper prolongetur vitæ cursus, ut semper beneficiis orneris!

» Beneficia tua omnes amplectuntur creaturas, et in illis pauper diviti et locu-
» pleti occurrit.

» Pietate adductus, jejunium observas, et tu es excellentissimus jejunantium, et
» secundum Dei propitiam regulam jejunium solvis.

» Quam præclarus dies, dies jejunii solvendi, est! candidus, inter temporis dies
» celebratus.

» Hoc die, exercitu numeroso potentiam regni ostendis: hoc die, religio defen-
» ditur et victrix evadit.

» Putamus montes hoc die incedere; sed magnus numerus incedit apparatu
» instructus.

» Hinniunt equi, equites gloriantur, gladii rutilant, hastarum cuspides
» splendent,

» Et terra depressa onere suo agitatur, et aër, in lateribus caligine inclusus,
» pulverulentus est,

» Et sol elatus accendit meridie montem, et eum (solem) pulvis turbidus
» extinguit,

» Donec cum splendore faciei tuæ oriris: tum tenebræ hæ deteguntur et pulvis
» hic dissipatur.

» Qui te vident, vario modo de te sermones faciunt; digiti te indicant, oculi te
» adspiciunt.

» Intelligunt, adspectum tuum, quo potiti sint, ex Dei beneficiorum numero
» esse, quæ negari non possunt.

» Adspectu tuo prophetam sibi in memoriam revocant; Deum laudant, quum
» prodis ex ordinibus, Deumque celebrant;

» Donec tu pervenis ad Muzallam, lumine directionis vestitus, quod supra te
» apparet, splendetque.

» Tu incedis, sicut incedit humilis et Deo submissus, neque superbia elatus
» es, neque fastu.

» Si amans, quæ in potestate sua non est, rem perficere posset, profecto ad te
» accederet ipse suggestus.

» Tu præclaro sermone a Deo donatus es; prophetico ore veritatem, animum
» illuminantem, annuncias et exponis;

» Stas vestitus veste striata prophetæ, monens per Deum! modo hortaris, modo
» læta annuncias.

» Pone te preces peragunt, in domini sui fidem clientelamque, quæ non fallitur,
» se recipientes,

» Et (accipientes) monita, quæ pectora sanant a peccatis, quibus adsueverunt
» et quorum remedium difficile est,

» Ut ipse ignorans sciat, cor hypocritæ purificetur, et dirigatur attonitus.

» O quam fausta est clementia Dei! nunquam cessavit remittere et condonare
» peccata cui vult.

» Deus tibi amorem inter homines donavit, et meritis, quæ negari non
» possunt, te beavit,

» Et profecto tu es in quem solum oculos vertunt; tu in animis eorum es
» maxime venerandus et æstimandus. »

Metrum horum versuum الكامل appellatum est, et pedem متفاعلن ● ● — ● —, qui interdum in مستفعلن — — ● — mutatur, sexies repetitum habet. Cum hoc codicem imperfectum, qui continet selecta Bohtarii et Motenabbii carmina, et numero 181 bibliothecæ Sancti-Germani designatus est, consulimus. Variæ lectiones sunt, quæ sequuntur. Vers 3, pro اعطها أ —

فيعنفني. Vers. 5 et 6 in codice nostro sine utilitate repetiti sunt. Vers. 7, pro وتميل – وتلين. Vers. 17, pro خلت – خلنا. Codex noster pro العدين habet العن quod metrum non patitur. Vers. 19, pro معتكف – معتكر. Vers. 21, pro priore عنها – ذاك. Vers. 27, pro فوق – غير. Vers. 28, pro بحكمة – بخطبة. Vers. 29, pro تاسه – باسه; et pro وتحذر – وتبشر. Vers. 30, Hic versus in altero codice post versum qui incipit, حتى لقى, legitur. Versum ووقفت sequuntur versus حتى لقى et ومواعظ. Incipit poëta cum mentione puellæ, quam rejectus amat. A versu decimo laudat chalifam Mutawaccilum, ejusque exitum ad Muzallam die festi jejunii Ramadhani describit. Quæ in pluribus versibus ex Alcorano deducta sint, haud opus est pluribus exponere: id solummodo observare nobis liceat, vocem المروّى, quæ in versu 32 occurrit, in lexicis non explicari; sed, quum sensus id exigere videretur, huic verbo significationem tertiæ formæ verbi رأى, quæ melius conveniret secundæ formæ, tribuimus. Vers. 33, vox ويغفر non est, ut videri possit, معطوف على يشا, ut Arabum grammatici dicere solent; sed cum voce يهب conjungenda est. Similem constructionem legimus in Vita Timuri, *t. II, p. 646*, واجتمع من اعيان اوليك الاعوان كل مطيع مقتطف ثمر احسان ذلك البستان من انس وجان. Observandum est, ut Mangerus hunc locum verterit, hujus modi constructionem locum non habere. Sed vox جان primo scribi potest جانّ *genius*, et conjungi potest cum præcedente انس; tum جانٍ *injuste agens*, et conjungi cum مطيع, *omnis probus et injuste agens;* denique جانٍ, *decerpens*, ut معطوف على مقتطف sit, *decerpens et abrumpens.*

(Adn. 135.) Hic versus paulo aliter in codice diwani Bohtarii legitur; pro فردت codex habet اضاق, ut Almuwafficus subjectum sit, et pro نحاوله codex habet يحاوله. Nobis, quum verbum punctis diacriticis careret, نحاوله legendum esse, visum est; nunc vero يحاوله versui præcedenti magis convenire videtur. Sensus est, *et nobis omnia, quæ vult, placent.*

(Adn. 136.) Anno 264, palam faciens bellum sacrum, magnas copias et voluntarios ex Ægypto eduxit. Ex Palæstina quoque voluntarii cum eo secum conjunxere. Antequam Damascum perveniret, Amadjurus Turca, hujus oppidi præfectus, diem obiit. Hujus opibus Ahmedes potitus, Emessam se convertit et inde in regiones Antiochiæ proficiscitur. Primum agmen usque ad Alexandriam, ad littus maris Græci sitam, pervenit: ipse usque ad locum qui nomine Baghrasi notus ad montem Alawami pertinebat, processit, dum voluntarii et milites bello sacro destinati ipsum ad confinia Syriæ jam præcesserant. Inde, omnibus rem ignorantibus, Antiochiam, ubi tum temporis Sima Althawil cum magno Turcarum numero erat, deflexit. Fine anni 264 ad portam oppidi, quæ maris porta appellabatur, castra metatus, locum dolo a parte incolarum, quibus muri custodia commissa erat, parato, anno 265 expugnavit. Pars enim ab oppidi parte, quæ montibus et portæ *Faris* contigua est, ad Ebn-Thuluunum, qui spem expugnandi

oppidi jam abjecerat, accesserunt. Hi in murum, unde descenderant, adscendere, dum Ebn-Thulunus exercitum disponebat, et, nondum aurora illucescente, jam Ebn-Thuluni copiæ murum in potestatem redegerant. Sima, qui in domo sua erat, clamore strepituque audito, cum satellitibus suis celeriter equum conscendens, a muliere, lapide molari a superiore tecti parte in ipsum devoluto, occisus est. Ejus caput a quodam, qui eum novit, Ebn-Thuluno adlatum est, qui, per portam *Fares* oppidum intrans, ad fontem, qui ibi erat, consederat. Cum ipso Alhusainus Ebn-Ahbd-Alrahman judex, notus nomine Ebn-Alzabuni Alantaci Alhanefi, erat. Copiæ Ebn-Thuluni, circiter per horæ spatium in urbe grassantes, incolas communi noxa afflixerunt. Ebn-Thulunus, oppido capto, ad confinia Syriæ tendens, Mazizam et Adnam pervenit: sed quum Thursi populus ei introitum recusaret, neque vero dolus strui posset, frustratus recessit, quum, ut contendunt, in Græcorum ditiones irrumpere in animo haberet; nam, de filii rebellione nuncio adlato, timens ne reditus in Ægyptum ipsi intercluderetur, magnis itineribus recessit.

(Adn. 149.) Prælium ad Althawahinum die Martis, decimo-quarto ante finem mensis Schawwali, commissum est.

(Adn. 156.) Adde ad explicandas voces ابن ابا versum carminis inediti ex Hamasa:

فسايل هداك الله اىّ بنى أبٍ من الناس يسعى سعينا ويقارض

« Et interroga, Deus te ducat, quisnam ex *filiis patris* inter homines agat, » sicut nos agimus, et mutuum det (sicut nos mutuum damus). »

(Adn. 158.) Hi versus in diwano Bohtarii (cod. 1392 A.), ita tamen ut metrum idem sit, paulo aliter leguntur.

(Adn. 163.) Apud Masuhdium vitiose nomen legitur Alhasan ben-Ahbd-Allah nomine Ebn-Alhazzar notus. Quum die Lunæ, tertio mensis Schawwali, apud Almohtadhedum adveniret, hic ipsum et septem socios, qui cum eo erant, vestibus pretiosis ornavit. Mohtadhedus dixit legatis: Quum dominus nil aliud quam ut per me honoretur, intendit, ego majore eum honore affecturus, ipse eam in matrimonium ducam.

(Adn. 173.) Masuhdius rem melius explicat. « Anno 288, Almohtadhedus, ut Wazifum eunuchum persequeretur, ad fines Syriacos profectus est. Legato ad eum misso Baschiko nomine Aldjesami noto, Wazifus Aljeschceri aliique ex ducibus sociisque eunuchi in fidem clientelamque Almohtadhedi se recepere, qua re commotus ille in Græcorum regiones intrare et in angustiis se defendere constituit; nec vero de Almohtadhedo magnis itineribus, ita ut ipsius corpus molestia affligeretur, a Bagdado proficiscente, Wazifus, quamvis cautus providusque esset, donec ille, Euphrate trajecto, in Syriam intravit, nuncium accepit. Quum Almohtadhedus in mediam Syriæ confiniorum provinciam pervenisset, impedimentis ad locum *Alcenisa-Alsuda* relictis, duces cum equitibus ad persequendum Wazifum misit. Quindecim milliariorum spatio confecto, Wazifum primum equitum agmen, in quo Chakanus Almuflehi, Wazifus Muschgir, Ahlius aliique ex ducibus erant, assecutum est. Apud locum *Darb-Alhabb* appellatum prælium commissum est. Appropinquante Almohtadhedo, major sociorum pars præter paucos ex confiniis Syriacis aliisque regionibus cum eo conjunctos illum deseruerat. » Post hæc relata, auctor introitum in oppidum Bagdadum, qui fluvio factus est septimo mensis Zafari anni 288, descripsit. Primo mensis Muharremi, die

Martis anni 289, vitam amisit. Corpus sine capite ad pontem cruci affixum est, et nova veste, rogantibus eunuchis aliis, ut nudæ ejus partes obtectæ essent, vestitum.

(Adn. 215.) Masuhdius nonnulla haud omittenda habet: « Almottakio Euphrate profecto obviam missus Tusuni scriba Abu-Djahfarus ben-Schiras, et Turcis in ordines dispositis, summum habuit honorem. Quum in *fluvium Ihsæ* intrans ad villam *Senderijja* appellatam pervenisset, Tusunus obviam veniens ipsum pedibus antecessit; et, quum, ut equum conscenderet, eum obsecrasset, obediens hic usque ad castra, in latere fluvii, ubi Bagdadum situm erat, collocata, cum eo profectus est. Ibi statim in adventu Tusunus in domum Ebn-Thaheri misit, ut Almostacfius adduceretur. Re peracta, omnes Almottakii tum catenis onerati res diripuerunt. Ejus Wesirus Abu-Alhasanus Ebn-Moklah et judex Ahmedes ben-Ahbd-Allah ben-Ishak in vincula conjecti sunt. Dux ab Alachschidso cum eo missus aliique ad principem suum reversi sunt. »

Maxima quidem cura in corrigendis vitiis typographicis a nobis adhibita est; nonnulla vero nos effugere. Accidit quoque, ut pauca nomina propria paulo aliter, quam in præfatione indicatum est, scriberentur. Quæ vero res quum ejusmodi sint, ut sensum non turbent, fiducia veniæ lectorum, et spe, fore, ut quilibet eas corrigat, freti, errorum tabulam non addidimus.

FINIS.

TABULA

VOCUM ARABICARUM.

TABULA NOMINUM.

A

F

G

H

L

M

R

S

T

FINIS TABULÆ.

EMENDANDA

IN SELECTIS EX HISTORIA HALEBI.

Quum, otio nobis concesso, versionem latinam iterum perlegeremus, in oculos nostros incurrit, nonnulla verba haud negligenda in versione omissa esse; quæ res potissimum in causa fuit, cur paulo post emissum libellum hanc tabulam emendandorum indicem adderemus. Cæterum et alia verba, quæ neglecta sensui non nocent, in versione omissa fuisse non diffitemur, quum in textu arabico latine vertendo ea nobis ratio instituta esset, ut potius sensum quam verba redderemus.

IN TEXTU ARABICO.

Pag. 16, linea	9,	pro	بالجزيرة	lege	بالجزيرة
26, adnot. *(x)*,			صالج		صالح
29, linea	18,		صولون		طولون
31,	4,		ابو الجيش		ابو الجيش
37,	10,		الحلبيين		الحلبيين
42,	12,		فطربل		قطربل
46,	18,		فسا		فسار
47,	9,		الاخسين		الاخشين
50, adnot. *(p)*,			فاشار اليه		فاشار عليه
51, linea	9,		اختوته		اخوته

IN VERSIONE LATINA.

Pag. 2, linea 28, pro *Muhammedanis*, lege *Muhammedanos.*
7, 9, pro *Alahasis*, lege *Alahsis.*
8, 6, add. ante *sepulcri* vocem *patris.*
ibid. 17, pro *127*, lege *126.*
ibid. 27, ante *Alcautser* dele *Ahbd.*
9, 1, ante *Chalifa* adde *Cufæ.*
10, 1, lege *Alaschahts.*
ibid. 6, voces *de clade certior factus* in textu non leguntur, sed a nobis ob sensum additæ sunt.

Pag. 10,	linea 20,	post *temporis* adde *Mesopotamiæ*.
11,	32,	post *Alzamadum* adde *ejus divitiis potitus*.
13,	22,	ante *præfecto* adde *Ahbd-Aldjabbaro*.
ibid.	36,	pro *Allahus ben-Ahli*, lege *Almalicus*.
14,	7,	post *Jahja* adde *ben-Chaled eodem anno*.
ibid.	18,	post *filius ejus* adde *Ahbd-Alrahmanus*.
ibid.	29,	post *provincia* adde *anno 189*.
15,	2,	post *addente* adde *Mesopotamiæ autem præfecit Chusaimam ben-Chasim*.
ibid.	4,	ante *Kinnesrini* adde *Halebi*.
ibid.	33,	post *ejus filio* adde *Ahbd-Allaho*.
16,	5,	post *profectus est* adde *Omnes hæ res anno 209 gestæ sunt*.
17,	31,	post *involvens* adde *mense Dsu-Alkahdæ*.
ibid.	34,	pro *precibus faciendis* lege *bello gerendo*.
19,	32,	post *administrabat* adde *ita ut præfecti ab ipso creati provinciam gererent*.
20,	25,	post *posthac* adde *anno 252*.
21,	19,	post *palatium* adde *pulchrum*.
22,	10,	post *contra* adde *Abu-*.
23,	17 et 18,	voces *Quibus de rebus certior factus* a nobis ob sensum additæ sunt.
24,	15,	pro *Chahbujja* lege *Chabuhjja*.
25,	5,	post *pace* adde *anno 273*.
ibid.	7,	pro *viginti* lege *ducenta*.
28,	14,	post *Adveniente* adde *ad Halebum*.
ibid.	34,	post *nemo* adde *eorum*.
30,	26,	pro *Alaghwar* lege *Alahwar*.
31,	20,	pro *Alagwar* lege *Alahwar*.
32,	31,	post *Cighalgh* adde *iterum*.
35,	29,	pro *pervicax, a prophetæ posteris mente alienus* lege *suo consilio fretus, Dei auxilio, tutamine et directione destitutus*.
ibid.	37,	voces *mandato satisfaciens et* a nobis ob sensum additæ sunt.
36,	10,	lege *ab equi*.
ibid.	11,	lege *cujus gladio sumto*.
38,	4,	pro *et* lege *ejusque patruelem*.
ibid.	17,	pro *uno* lege *altero*.
40,	4,	voces *eorum adventus nuncio adlato* a nobis ob sensum additæ sunt.
ibid.	21,	post *Arabes* adde *campestres*.
ibid.	26,	post *Alnohman* adde *magnis cum copiis*.
42,	11,	post *hostes* adde *qui rei certiores facti erant*.
43,	8,	post *135* adde *illo relicto*.

2,00